27,341/D/2




*William Borrer.*

D. ALBERTI HALLER

*Archiatri Regii & Electoralis, Med. Anat. Chir. Bot. P. P. O.*
*Soc. Reg. Angl. & Suec. Sod.*

# ENUMERATIO METHODICA STIRPIUM HELVETIAE INDIGENARUM.

QUA OMNIUM BREVIS DESCRIPTIO ET SYNONYMIA
COMPENDIUM VIRIUM MEDICARUM
DUBIARUM DECLARATIO
NOVARUM ET RARIORUM
VBERIOR HISTORIA ET ICONES CONTINENTUR.

*TOMUS* II.

*GOTTINGAE*
EX OFFICINA ACADEMICA ABRAMI VANDENHOEK.
MDCCXLII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

1831
DUPLICATE
FOR SALE

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# ISOSTEMONES.

ORDO II.

I. PLACENTIFERAE.

II. SEMINIBUS BINIS.

*GYMNOSPERMAE* ſemine duplici COLUMN. apud HERN. p. 858.

FLORE CORONATIS.

I. PENTAPETALO.

*UMBELLIFERAE* BOERH. p. 47. ROYEN. p. 91. MALPIGH. f. 192.

Huic magnae claſſi commune eſt, quod pediculi florales terminentur duobus ſeminibus; ad medium axin conjunctis, plerumque a cortice ſuo non ſeparabilibus. Ea in apice confluentem gerunt placentam, tumentem, ellipticam, ex qua quinque petala, & totidem ſtamina in ambitum ſparguntur. E media vero placenta duo cornicula ſ. Tubae eriguntur. Praeterea pleraeque plantae hujus claſſis flores gerunt in petiolis, ex uno pediculo ramoſis, quorum ſinguli denuo rami plures pediculos pariter in circulum ſpargunt, cum medii breves rectique, laterales longi & obliqui ſint. Omnibus etiam folia totalia alterna ſunt, & pleriſque caulis fiſtuloſus: & vis medica aromatica in ſeminibus, & carminativa, acris & diuretica in radicibus.

ORDO I.

PAUCIFLORAE OBSCURIUS UMBELLATAE.

## *HYDROCOTYLE.*

TOURNEF. T. 173. LINN. n. 200.

Flores ex uno pediculo binatim, ſeni, octoni. Sub ſingulo pare involucrum peculiare, quadrifolium. Petala ex ovatis acuta, integra. Fructus latior circulo, quadriſulcus. Semina plus quam ſemicircularia.

1. HYDROCOTYLE foliis peltatis orbiculatis undique emarginatis CLIFF. p. 88. ROYEN. p. 93.

*Herba rotundo folio* CORD. p. 69.
*Cotyledon aquaticum* DOD. Ic. p. 40.
*Cotyledon paluſtris* DOD. Pempt. p. 135. MERR.
*Aquatica cotyledon acris ſeptentrionalium* LOB. Ic. p. 387.
*Cotyledon aquatica* I. B. III. p. 781. ſed adſcribit Ranunculi capitulum.
*Ranunculus aquaticus cotyledonis folio* C. B qui cum Ranunculi vera ſpecie a COLUMNA deſcripta eam confudit.
*Hydrocotyle vulgaris* T. aut. de Par. p. 471. I. R. H. FABREG. V. p. 33.
*Acarizoba* PISONIS Hiſt. Braſ. p. 260.
*Cotyledon media folio ſubrotundo* MUR. p. 743. omnino, etſi nomen longe diſtet.
*Hydrocotyle* RUPP. p 221. MILL. &c.

I. B. in lacu *Felino*: & MURALT. In paludoſis circa *Creſſier*: & pontem *Thilae*: ego vero ad *Rhenum* circa *Gernsheim* abunde legi.

Radix longe repens, per intervalla edit foliorum faſciculos: Haec longe petiolata, petiolo ſubhirſuto, pene orbicularia ſunt, ſed uti octo nervis pinguntur, ita octo obtuſis interrumpuntur inciſuris. Alii ex radice petioli nudi flores gerunt, folioſis multo breviores.

ORDO II.

II. EVIDENTER UMBELLATAE.

I. ABSQUE COMMUNI PLACENTA SEMINUM.

I. SEMINE GIBBO STRIATO.

I. INVOLUCRO NULLO.

I. PETALIS AEQUALIBUS.

## *FOENICULUM.*

*FOENICULI* TOURN. ſp. T. 164. *ANETHI* ſp. LINN. n. 234.

Umbellae peramplae, cavae; neque univerſali, neque particulari calyx adſidet. Semina hinc gibba, inde plana, praeter ſulcos ovata. Petala quinque aequalia, dorſo medio eminente, in acumen terminata, pene triangula. Tubae nullae conſpicuae.

1. FOENICULUM.

Synonyma obſcura reddit diverſitas obſcura a variabili ſapore deſumta. In ſpeciminibus enim Aquitanicis acris eſt & aromaticus. In Italicis dulcis & gratiſſimus. Helvetica medio modo ſe habent.

I. Helvetica planta eſt.

*Fœniculum* RUELL. L. 3. C. 48. BRUNF. II. p. 24. FUCHS. p. 501. TRAG. p. 418. CORD. Dioſc. III. C. 81. GESN. Coll. p. 77. CAM. Ep. p. 534. DOD. p. 297. BLAKW. T. 288. RIV.

*Fœniculum commune* GESN. Hort. p. 259.
*Fœniculum ſ. marathrum vulgatius dulce* LOB. Ic. p. 775.
*Fœniculum vulgare* LUGD. p. 689.
*Fœniculum vulgare germanicum* C. B.
II. Ad acrem, Galliae calidioris plantam, quam cum vulgari conjungit I. B.
*Fœniculum erraticum* MATTH. p. 777.
*Fœniculum ſylveſtre* CAES. L. 7. c. 9. LOB. Adverſ. p. 347. C. B. PARK.
I. II. *Fœniculum vulgare minus acriori & nigriori ſemine* I. B. III. P. II. p. 3. I. R. H. PONT. Anth. p. 37.
*Fœniculum vulgare germanicum* MORIS. II. p. 270. Umbell. p. 3.
*Fœniculum vulgare* RAJ. p. 457.
*Anethum fructu ovato* LINN. p. 106. ROYEN. p. 116.

Non puto veram eſſe indigenam, etſi ad vias, & ad vinearum margines, in agro Aventico & circa *Mathod* vulgare ſit.

Radix alba, acris. Caulis & folia leviſſima, ſuavis ſaporis: ramoſus ille, brachiatus, erectus, bicubitalis. Folia ex longis ſtrictisque vaginis, teretia, ampliſſima, triangularia, pinnis conjugatis, ramoſis, ultimis laciniis longis, uncialibus, ſimplicibusque. Umbellae peramplae; flos luteus.

Totum medicatum eſt. Radix, princeps aperientium, diuretica eſt, in morbis pectoris utilis, antaſthmatica, propellit exanthemata, menſes & lochia. Febres unciis quatuor ſucci radicem ſanabat ZACUTUS, ſudore, aut ſcreatu motis. Folia cum lacte inflammationes ſolantur, & gonorrhoeis injecta medentur, menſes etiam pellunt, & lactis copiam faciunt. Fructus grate aromaticus, carminativus eſt, & ad oculorum vicia laudatur, & corrigendae Sennae additur. Ejus aqua ſpirituoſa vulgo in uſu eſt. Oleum deſtillatum, uti congenera, ad colicam datur. Serpentes foeniculo, etiam leviter percuſſo, ſe occidiſſe narrat FABREGO V. IV. p. 155. an ſerius?

## *M E U M.*

TOURNEF. T. 165. BOERH. p. 49.
*ATHAMANTA* LINNAEI n. 211.

Habitus Foeniculi. Involucrum univerſale vix conſpicuum, ex longis foliolis, in apice inciſis. Particulare evidentius, heteromallum tamen, etiam inciſum. Petala in exterioribus floribus inaequalia, in interioribus minime, ovalia, apice per aetatem reflexo. Tubae longae. Semina majora ſemiovalia, profunde ſulcata, pene alata, tribus alis eminentibus.

I. MEUM MATTHIOL. p. 24. DODON. p. 305. purg. p. 478. optime, RAI. p. 432. RIV. T. 62. bene, ZWINGER. p. 516.
*Daucus creticus* FUCHS. p. 231. TRAG. p. 444. *Fuchſii* LOB. p. 777.
*Beerwurtzel* TRAG. Apod. p. 275.
*Tordylium* CORD. Dioſc. I. c. 3. III. c. 63.
*Tordylum* CORD. Hiſt. II. c. 56. FUCHS. p. 809.
*Meum vel meon* GESN. Hort. p. 267 *b.*
*Seſeli creticum aliter tordylium* GESN. Hort. p. 281.
*Meum quorundam* GESN. Tab. Coll. p. 90.
*Foeniculum femina* THURN. p. 70.
*Daucus meum* CLUS. p. CXCVIII. ex DOD.
*Meum vulgare* EJ. Pann. p. 700. abſque ic.
*Meum* CAES. L. 7. c. 12. flores facit luteos.
*Meum, anethum ſylveſtre* TAB. p. 74.
*Meum vulgare ſ. branca urſina* I. B. III. P. II. p. 11.
*Meum foliis anethi* C. B. I. R. H. & T. 165. MAGN. Char. p. 158. MUR. p. 724.
*Meum athamanticum* MORIS. Umbell. p. 4. ſemen F. *f.* & 79. 80.
*Meum vulgare tenuifolium* H. OX. III. p. 270.
*Athamanta foliis capillaribus glabris ſtriatis* LINN. Cliff. p. 93. ROYEN. p. 97.

Paſtor C. GESNERO retulit „ inacceſſo loco naſci in M. *Pilati.* In *Toggicis* M. MURALT. Copioſiſſime legi in M. *Grandvi.*

Radix craſſa, ramoſa, perennis. Circa naſcentem caulem capillorum penicillus. Folia minutiora quam Foeniculo, circumſcriptione minus ampla, primis alis ad ortum ramorum majoribus, ut reliquas quaſi decuſſent, omnibus vero conjugatis, pinnulis etiam ſecundis ramoſis, ultimis laciniis planis brevibus, & peranguſtis. Caulis pedalis. Petala ex albo ſubviridia.

Sapor & odor ſeminum acris, pene *Meliloti.* Laudatur a viribus diureticis, emmenagogis, in omnibus morbis frigidis, cachexia &c. HOFMANNUS p. 435. In febribus intermittentibus, ſed raro nobis in uſu eſt, Angliae frequentior in infuſis BLAIR. *Dec.* VII. p. 318.

Melius ponetur poſt Cicutam p. 434.

*APIUM*

## *APIUM.*

TOURN. T. 160. LINN. n. 239. &c.

Semina pene priorum, minuta, profunde ſulcata. Petala, integra, acuta, apice plerumque reflexo. Tubae vix conſpicuae. Umbellae utriuſque generis nudae.

1. APIUM foliis ſemitrifidis, ora loborum circumſerrata.
*Hippoſelinum* RUELL. L. 3. c. 47.
*Vulgare apium* TRAG. p. 464.
*Apium* FUCHS. p. 744. BLAKW. T. 443.
*Apium paluſtre* CORD. D. III. c. 75. GESN. Hort. p. 247. *b.* Coll. p. 59. CAM. Epit. p. 527. optime.
*Apium agreſte* CORD. Hiſt. II. c. 171.
*Eieoſelinum* DOD. Ic. p. 153. Pempt. p. 695.
*Eleoſelinum paludapium* LOB. Ic. p. 707. eadem icon.
*Aliud apii genus* CAES. L. 3. c. 38.
*Eleoſelinum apium ruſticum ſ. aquaticum* TAB. p. 90.
*Apium vulgare ingratius* I. B. III. P. II. p. 100.
*Apium paluſtre & apium officinarum* C. B. H. OX. III. p. 293. T. aut. de Par. p. 390. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 161.
*Apium paluſtre noſtras ſ. officinarum* MOR. Umb. p. 24.
*Apium paluſtre ſeu officinarum* RAJ. p. 447.
*Apium foliis caulinis cuneiformibus* LINN. Cliff. p. 107. ROYEN. p. 115.

Locis ruderoſis & paluſtribus, etſi dubitem veram eſſe indigenam.

Radix craſſa, odore validiſſimo, ramoſa. Folia diverſiſſima a prioribus, pinnata, pinnis ſemibilobis, extrema ſemitrifida, latis omnibus, acute & profunde circumſerratis. Caulis anguloſus, erectus, fungoſus, ramoſus. Folia ſuperiora acutius laciniata, anguſtiora. Umbellae ex breviſſimis pediculis, in diviſionibus ramorum pene ſeſſiles, non maximae, fere 12. ramorum. Petala alba, extus pene ſubvireſcunt.

Totum amarum, acre, ſingularis ſaporis eſt, ſale dives & oleo. Radix eſt ex aperientibus: diuretica eſt, ſanguinem diſſolvit, lac coactum diſcutit inpoſita, uti tuſa etiam folia, in unguentum reducta CHOMEL. *ſuppl.* p. 68. urinam pellit reneſque mundat. Succus febrifugus eſt, ad ſex uncias ſumtus: & ad dentes firmandos in ſcorbuto utilis. Semen ex calidis minoribus, carminativum. Oculis nocere dicitur, non vulgo ſolum, ſed BOYLEO *de util. exper. Exerc.* v. n. 6. & epilepſiam facere frequente uſu, BUCHWALD p. 28. ſed is pro Apio Thyſſelinum in herbario repoſuit.

### ORDO III.
### II. UMBELLIFERAE.
### I. ABSQUE COMMUNI PLACENTA.
### I. SEMINE GIBBO STRIATO.
### I. INVOLUCRO NULLO.
### II. FLORIS PETALIS INAEQUALIBUS.

## *PODAGRARIA.*

RIVIN.

*AEGOPODIUM* LINN. n. 237.

Involucrum neutrum. Semina magna, craſſa, ſemiovalia, ſulcata. Petala exteriora irregularia, interiora minime, cordata omnia, medio margine elevato. Tubae duae longae, & placentae pene diſtinctae.

1. PODAGRARIA RIVIN. T. 46. RUPP. DILL. MAGNOL. *Char.* p. 162.
*Pycnocomos* BRUNF. III. p. 165.
*Herba ad elophoboſcnm accedens* CORD. Dioſc. p. 55 *b.*
*Sylveſtre oſtericium* TRAG. p. 434.
*Angelicae vitium* EJ. ib. p. 422.
*Corchorus quibuſdam* GESN. Hort. p. 255.
*Herba gerardi* DOD. p. 320.
*Podagraria Germanica aut Belgica* LOB. Ic. p. 700. eadem.
*Aegopodium, herba gerardi* TAB. p. 83.
*Angelica ſylveſtris repens* I. B. III. p. 145. H. OX. III. p. 281.
*Angelica ſylveſtris minor ſ. erratica* C. B. Baſil. p. 47. MORIS. Umbell. p. 9. 10. RAJ. p. 435. I. R. H. T. 167. B. I. H. G. G. aut. de Par. p. 387.

*Aegopodium foliis caulinis ſummis ternatis* LINN. Cliff. p. 107. ROYEN. p. 115.

Nihil frequentius ad ſepes, & in hortis, quibus reptatu moleſta eſt.

Caulis brachiatus, anguloſus, tripedalis. Folia totalia, lata, trifoliata, peculiaria petiolata, triloba, medium aequaliter trifolium, medio lobo ſubinde ſemitrilobo, lateralia inaequalia, cum majori & minori pinna, ex qua nota facile adgnoſcitur. Umbellae rariores, ex longis bacillis, albae.

Subaromatica eſt, ſed in medicinam non video recipi.

## *C A R U M.*

LINN. n. 235. RIVIN.
*CARVI* T. 160.

Flos parum inaequalis, vel omnino regularis, petalis inciſis, medio dorſo eminente. Tubae reclinatae. Semina hinc convexa, inde plana, fere ſemiovalia.

1. CARUM CORD. *Dioſc.* L. 3. c. 66. MATTH. p. 755. (peſſime ſi noſtram vult) CAMERAR. *Epit.* 516. optime. DOD. p. 299. LUGD. H. OXON. III. p. 296. cum mala icone. RUPP. LINN. *Lapon.* n. 105. *Cliff.* p. 106. ROYEN. p. 116. RIVIN.

*Caron* CORD. Hiſt. I. c. 43.
*Caros* RUELL. L. I. c. 43. FUCHS. p. 396. non bene. TRAG. p. 455. eadem icon. GESNER Coll. p. 66. I. B. III. P. II. p. 69.
*Carus* GESN. Hort. p. 251. *b.*
*Carum, carvi* LOB. Ic. p. 724.
*Carvi* CAES. L. 7. c. 25. THAL. T. aut. de Par. p. 253. I. R. H.
*Carum careum* TAB. p. 66.
*Cuminum pratenſe, carvi officinarum* C. B. Baſil. p. 47.
*Cirum ſ. careum* RAJ. p. 446.
*Carum ſ. carvi* MORISON Umbell. p. 24. T. 8. folium bene. MAGNOL. Char. p. 158.

Ubique in pratis, etiam altiſſimis, & alpinis.

Radix conica, depacta. Folia longa, parum lata, pinnis conjugatis, pinnulis primis circa coſtam ſe decuſſantibus, unde peculiaris habitus naſcitur, laciniis planis, longis, acutis. Caulis brachiatus, rami umbellis terminati. Flores toti albi.

Semen eſt ex calidis majoribus, cum ſiccitate carminativum, ſtomachale, anticolicum, ſi morbus ab acido & fermentabili fuerit. Additur etiam Sennae, ut flatulentam ejus naturam temperet BLAIR. *Dec.* V. p. 195. Infuſum cum melle pulmonibus muco oppletis, & ſuppuratis prodeſt.

2. DAUCUS pratenſis millefolii paluſtris folio MURALT. p. 529.

Plantam iſtam vulgo *Tiguri in pratis & ad vias* naſci dubito, non alibi lectam in *Helvetia.*

## *T R A G O S E L I N U M.*

TOURN. T. 163.
*PIMPINELLA* LINN. n. 236. RIVIN &c.

A Caro differt extremis floribus umbellarum evidentius difformibus, extremo petalo maximo, deinde minori pari, intimo minimo. Interiores vero regulares ſunt. Caeterum media petala introtracta ſunt, quaſi inciſa. Semina convexa, mucrone anguſtiori. Tubae longae, & conſpicuae. Non valde repugnarem conjuncturo utrumque genus.

1. TRAGOSELINUM pinnis ſemilobatis, circumſerratis.

I. Varietas ſylvatica flore albo
*Pimpinella* BRUNF. III. p. 28. DORST. p. 221. *b.* RIV. T. 79. abſque imis foliis.
*Pimpinella I.* TRAG. p. 466.
*Pimpinella major* FUCHS. p. 608. non male.
*Pimpinella a Germanis vulgo dicta* GESN. Hort. p. 272. *b.*
*Saxifraga pimpinellae ſimilis major* GESN. Tab. Coll. p. 105.
*Pimpinella ſaxifraga* MATTH. p. 1032. CAM. Ep. p. 775. bene. RAJ. p. 445. *major* ZWING. p. 869.
*Saxifraga magna* DOD. p. 315. Purg. p. 494. cum bona icone.
*Pimpinella major Fuchſii* LOB. Ic. p. 720. eadem.
*Saxifraga pimpinella Germanica major* CLUS. Pann. p. 697. Hiſt. p. CXCVII. eadem.
*Saxifraga quaedam* CAES. L. 7. c. 57.
*Apium ſylvaticum* THAL. p. 8.
*Tragoſelinum majus pimpinella major* TAB. p. 88. bene.
*Saxifragia hircina major* I. B. III. p. 109. GESN. Hort. p. 279.
*Pimpinella ſaxifraga major umbella candida* C. B. Baſ. p. 48. MORIS. Umbell. p. 13. T. V. cum folio bene picto. Hiſt. III. p. 284. RUPP.

*Saxi-*

*Saxifraga major Germanica foliis magis inciſis* BARR. ic. 243.
*Tragoſelinum majus umbella candida* T. aut. de Par. p. 539. I. R. H. ZANICH. p. 262. ic. 306.
II. *Pimpinella major ſplendens* SCHWENCKF. p. 158.
β *Daucus cyanopos* CORD. Hiſt. II. c. 122. p. 155. *Cordi* I. B. III. P. II. p. 59.
*Tragoſelinum majus coeruleum* WALTHER. Ind. Hort. p. 111. Haec varietas deſtillata dat ſpiritum coeruleum, & Marchiae peculiaris eſt ELSHOLZ.
γ Varietas alpina umbella *rubente*
*Daucus coriophyllus* CORD. Hiſt. L. II. C. 123? *Cordi* I. B. III. p. 59.
*Pimpinella II.* TRAG. p. 467?
*Saxifraga major alpina umbella purpuraſcente* GESN. Tab. Coll. p. 105.
*Saxifraga hircina major flore rubente* EJ. Hort. p. 279.
Varietas *in Etſchero* CLUSII l. c.
*Pimpinella ſaxifraga major umbella rubente* C. B. MORIS. III. p. 284. RAJ. p. 445. TIT. Iter. [*purpuraſcente* MUR.]
*Pimpinella flore rubro* RIVIN. T. 80.
*Tragoſelinum majus umbella rubente* I. R. H.

Illa ubique in ſylvis & pratis humectis, haec in alpium paſcuis frequens eſt.

Radix alba, in β. manans ſucco coeruleo, conica, longa, acerrima. Folia pinnata, pinnis primis triangularibus, reliquis ellipticis, acute ſerratis, aliquando ſemipinnatis, ultimo folio ſemitrifido: Superiora acutiora ſunt, & anguſtiora. Umbellae rariores, flore albo in α, purpureo in γ.

Celebris planta inter STAHLIANOS, eſſentia ſua ſtomachica, antifebrili, vulneraria, incidente, in pectoris morbis, ad partum accelerandum. Olim radices Norimbergae ad menſes & lochia pellenda celebres fuiſſe HOFMANNUS monet p. 533. Acerrima certe eſt, cum non ingrato aromate, & laudibus ſuis digna. Lac mirifice augere dicitur etiam extus mammis admota CAR. AVANTIUS in FIERAM. Anheloſis & hydropicis, quando fortiſſime reſolvendum eſt, prodeſt infuſio BOERH.

2. TRAGOSELINUM pinnis ſubrotundis, circumſerratis.

An hic potius *Daucus ſelinoides* CORD. Hiſt. L. II. c. 121? Videtur ob folia non ſplendentia.
*Saxifraga hircina minor* GESN. Hort. p. 279.
*Saxifraga pimpinellae ſimilis minor* GESN. Coll. p. 105.
*Pimpinella ſaxifraga minor* CAM. Epit. p. 775. MORIS. Umbell. p. 13. T. 5. ZWING. p. 869.
*Saxifraga II. ſ. minor* CAES. p. 315.
Annon *Dauci ſecundum genus Dalech* LUGD. p. 717? niſi fuerit Italica ſpecies ſemine hirſuto, a COLUMNA deſcripta, quam non bene huc revocat I. B.
*Tragoſelinum minus, pimpinella minor* TAB. p. 88. bene.
*Saxifragia hircina minor foliis ſanguiſorbae* I. B. III. p. 111. PLUKN.
*Pimpinella ſaxifraga major altera* C. B. ZWING. denuo &c.
*Pimpinella ſaxifraga vulgaris pimpinellae minoris foliis* MOR. III. p. 285.
*Pimpinella ſaxifraga hircina minor montana foliis alte inciſis* BARR. ic. 738. videtur.
*Pimpinella ſaxifraga minor foliis ſanguiſorbae* RAJ. p. 445.
*Tragoſelinum alterum majus* T. aut. de Par. p. 234. 539. VAILL. &c.

In pratis locisque aridis.

A priori differt foliis durioribus, minoribus, pinnis non inciſis, primis lineis ſimplicibus, exteriori ambitu ſerrato.

*Tragium* COL. ab hac ſpecie differt ſemine hirſuto.

3. TRAGOSELINUM pinnis laciniatis, ſuperius tenuiſſimis.

An *Pimpinella tertia* TRAG. p. 467? ſed propior eſt n. 4.
*Saxifraga parva* DOD. Purg. p. 495. Pempt. p. 315. optime.
*Bipinella, ſaxifraga minor* LOB. Ic. p. 719. eadem icon.
*Saxifraga pimpinella germanica minor* CLUS. Pann. p. 697. Hiſt. p. CXCVII. eadem.
*Dauci tertium genus* LUGD. p. 717.
*Pimpinella criſpa ſ. petraea* TAB. p. 89.
*Saxifragia hircina minima, pimpinella criſpa Trag.* I. B. III. p. 113.
*Pimpinella ſaxifraga minor.* C. B. Baſ. p. 48. RAJ. p. 445.
*Pimpinella ſaxifraga minor foliis diſſectis* H. OX. III. p. 285.
*Pimpinella ſaxifraga minor criſpa* MORIS. Umbell. p. 17. T. 5.
*Pimpinella ſaxifraga hircina major montana Italica foliis alte inciſis* BARR. ic. 737? non ſimillima.
*Pimpinella media* RIVIN. T. 81.
*Tragoſelinum minus* I. R. H. &c.
*Pimpinella ſaxifraga* BLAKW. T. 472.

 *Dauci*

II. *Saxifraga hircina media* I. B. III. p. 110. non video differre. RAJ. p. 445.
*Daucus campeſtris apii folio* C. B.
β Varietas foliis albis maculis adſperſis PONTED. Comp. Tab. Bot. p. 42.

Minime rara in vallo urbis, locisque aridioribus v. g. *im Weiſſenſtein-Hölzlein.*

A priori n. 1. differt, foliis quidem ad terram ſatis ſimilibus, ad caulem vero pinnatis, pinnis autem & ipſis pinnatis, aut ſemipinnatis, pinnulis primis profunde ſectis, reliquis integris. Habitus etiam altior reliquis, tripedalis.

4. TRAGOSELINUM ...
An *Daucus coniophyllos* CORD. T. 2. C. 124?
*Pimpinella ſaxifraga tenuifolia* C. B. Prodr. p. 84. I. B. III. p. 112. MOR. III. p. 285. RAJ. Syll. p. 204.
*Pimpinella tenuifolia* RIVIN. T. 82. RUPP.
II. *Pimpinella ſaxifraga hircina minima* I. B. ex TRAGO, huic propior eſt, quam priori.

Ad ripas lacus Lemani.

Caulis durus, parum ramoſus, paucis foliis, umbellis raris, infrequentibus. Folia trifida, medio lobo ad angulos rectos tripartito, cujus lobuli quadrifidi ſunt, planis & graciliſſimis laciniis ... Hujus generis eſſe totus habitus demonſtrat. Flores autem ſpecimen meum, quod ex C. B. eſt, non habet. An idem ſequenti?

Totum genus in unam plantam conjunxit RIVINUS *Introd.* p. 32. deinde LINNAEUS, ROYEN p. 119. & LUDWIGIUS *de min. ſpec. plant.* Sed fateor, videntur diverſitates recenſitae retineri poſſe, donec demonſtretur unam in aliam cultu degenerare.

5. TRAGOSELINUM foliis tenuiſſime diviſis, pinnulis ultimis tripartitis.
I. *Saxifraga pannonica* CLUS. Pann. p. 698. Hiſt. p. CXCVI. non male.
*Daucus montanus multifido brevique folio* C. B. P. MORISON. Umbellif. p. 84. Omnino ex fide horti ſicci C. B. & HAGENBACHIANI.
*Saxifragia multifido folio pannonica* I. B. III. P. II. p. 19. ex CLUSIO, RAJ. p. 461.
*Saxifraga montana minor multifido folio pannonica* MORIS. III. p. 273.
II. *Meum* Icon. poſt Dioſc. 1552. f. 1. *aliud* LUGD. p. 759.
*Meum dauci cretici facie* C. B. P. I. B. l. c. p. 15.
*Saxifraga montana minor humillima ſ. palmaris* MORIS. l. c. p. 273. Umbell. p. 76.
III. *Daucus petraeus glauco folio* I. B. III. p. 58. pro nova planta RAJ. Hiſt. p. 460.*
*Ammi petraeum glaucifolium perenne* MORIS. p. 295.

Paſſim in Helvetia. In M. *Dolaz*: in rupibus ſupra *Biennam*, & circa *Nodz*, locis niſi omnino fallor, paludoſis.

Radix conica, ramoſa, aromatica, capillis comata. Caules florenti in M. *Dolaz* ſemipedales, altiores autem in Biennenſibus, brachiati. Omnia & folia, & pinnae uniformiter plana, ſulcata, & acuta, ſicca, fragilia, dura. Pinnarum quatuor diviſiones, extremae laciniae bipartitae, tripartitae, lanceolatae, & totalia folia graciliter triangularia. Omnes caules & ramos multae coronant umbellae, ex longitudine exeuntes, in apice confertae, exiguae, rotundae, nudae. Flores albi ... conf. *It. Helv.* n. 16.

* PYRETHRUM umbelliferum folio Anethi. In Gotth. M. naſci ait ZWINGERUS p. 720. An certa fama? ſed planta ipſa ignota eſt.

## ORDO IV.
## II. UMBELLIFERAE UT PRIUS.
## I. PLACENTA COMMUNI DESTITUTAE.
## I. SEMINE GIBBO STRIATO.
## II. INVOLUCRO UTROQUE AUT ALTERUTRO PRAEDITAE.
## I. PETALIS INAEQUALIBUS.

## *S E S E L I.*

LINN. n. 228.

*HIPPOMARATHRUM* RIV.

Huic involucrum univerſale nullum, peculiare multis, iisque latiuſculis foliis fit. Semen ovatum, ſulcatum (ſubhirſutum in noſtra). Petala paulum inaequalia, cordata, retracta ora & eminente.

1. SESELI petiolis ramiferis membranaceis ventricoſis emarginatis CLIFF. p. 103. ROYEN. p. 112.
Difficillimae plantae ecce ſynonyma certiora, deinde conjecturalia.
I. *Hippomarathrum* RIVINI T. 66. non optime. RUPP. BUXBAUM. WALTHER.

*Foeni-*

*Foeniculum ſylveſtre minimum patulum* T. aut. de Par. p. 445.
*Foeniculum ſylveſtre annuum tragoſelini odore umbella alba* VAILL. p. 54. T. 9. f. 4. ubi umbellae radii vix diſtinguuntur.
II. An *Foeniculum montanum* TRAG. p. 429.
*Selinum montanum pumilum* CLUS. p. CC. Pann. p. 701. MORIS. Umbell. p. 6. & *l.* i. MAGNOL. Char. p. 159. *Cluſii, foliis foeniculi aut peucedani, flore albo, ſemine ſelini* I. B. III. P. II. p. 17. ex CLUSIO.
An *Libanotis minima* LUGD. p. 766?
*Oreoſelinum apium montanum* TAB. p. 91. ex CLUSIO.
*Daucus montanus multifido folio ſelini ſemine* C. B.
*Saxifraga montana minor foliis peucedani* MOR. III. p. 274.
III. *Peucedanum pannonicum* CLUS. p. CXCVI. Ita C. B. ſed CLUSIUS ſaporem ignavum dicit.
*Peucedani facie puſilla planta* LOBEL. p. 745. Similior icon Tragoſelino ultimo.
I. III. *Apium petraeum Peucedani facie noſtras* PLUKN. p. 34.
*Saxifraga minor tenuiſſimis & longiſſimis foliis* MOR. l. c. III. p. 273.
*Peucedanum minus* C. B. P. H. BLES. p. 156, RAJ. p. 460.
IV. *Foeniculum petraeum* TAB. p. 68.
*Daucus glauco folio ſimilis foeniculo tortuoſo* I. B. III. p. 16. videtur.
C. B. in M. *Waſſerfall.*

Pulchrae plantae caulis durus, ſtriatus, cubitalis, erectus, frequenter ramoſus, non ita uti ſequens, & praecedens planta, brachiatus. Folia ex magnis duriſque vaginis, glauca, ſulcata, rigida, laciniis ultimis, ut in Tragoſelino quinto bifidis, trifidis, eadem ubique latitudine, fine lanceolato. Umbellae per totam longitudinem, ramos terminant, totales denſae, orbiculares, peculiares exiguae. Involucrum univerſale nullum, peculiare conſpicuis latis foliolis fit, in apice inciſis.

2. SESELI caule vix ramoſo, umbella purpurea, pinnulis acute multifidis.
*Mutrina* ARET. p. 234. *b.*
*Muttelina vulgo in alpibus dicta.* GESN. Fract. p. 64. Hort. p. 268.
*Muttelina* CAM. Epit. p. 8. ſatis bene. PONAE Bald. I. B. III. p. 66. RAJ. Syll. Ext. p. 84. RAJ. p. 453.* *Helvetica* ZWING. p. 517.
*Meum alpinum umbella purpuraſcente* C. B. MURALT. p. 724. TIT. It.
*Seſeli humile alpinum umbella purpuraſcente* H. OX. III. p. 287.
*Phellandrium alpinum umbella purpuraſcente* I. R. H. LEMER. p. 420.
II. *Daucus montanus* CLUS. Pann. p. 700. Hiſt. CXCVIII. abſque icone. *Pannonicus* PARK. p. 896.
*Daucus montanus Cluſii flore carneo ſemine ſelino hortenſi aequali* I. B. III. p. 67. RAJ. p. 454.*
*Apium montanum flore carneo* MORIS. III. p. 293.

In omnibus alpium paſcuis amata agricolis, ob lactis ex aromatico pabulo nati, & praeſtantiam & copiam.

Radix craſſa, ramoſa, multiceps, capitulis ſetis coronatis. Caules pene nudi, pauciſſimas uncias alti. Folia graciliter diviſa, duriuſcula, pinnata, pinnulis duplicato ramoſis, laciniis ultimis planis, peracutis, quadrifidis, trifidis, ſimplicibus. Umbellae generales non magnae, nudae, particulares vero notatu dignis foliolis exceptae. Semen ſemiovale, circulo potius quam calyce coronatum, qua nota differt a Phellandrio. Tubae conſtanter recurvae. Petala inaequalia, extremo majori, cordata, perpetuo purpurea. Conf. *It. Alp.* n. LXVII.

## *O E N A N T H E.*

TOURN. T. 166. LINN. n. 22.

A priori genere maxime differt calyce in ſummo ſemine quinquefido. In quibusdam ſpeciebus flores in centro mares, in ambitu hermaphroditici. Flos manifeſtius irregularis.

1. OENANTHE ſtriata rigida LINN. *Cliff.* p. 99. ROYEN. p. 108.
*Seſeli Maſſilienſe* RUELL? L. III. c. 42. CLUS. Hiſp. p. 432. CAES. L. 7. C. 31. ZWING. p. 692. *Penae* LUGD. p. 749.
*Seſeli Maſſilienſe nonnullorum* CAM. Epit. p. 511. bene.
*Seſeli Maſſilienſium foeniculi folio craſſiore* LOB. Adv. p. 352. Ic. p. 785.
*Foeniculum tortuoſum* CLUS. p. CXCIX. RAJ. p. 460. Syllog. p. 126. I. R. H.
*Foeniculus tortuoſus Dalech.* LUGD. p. 740.
*Seſeli Maſſilienſe Foeniculi folio quod Dioſcoridis cenſetur* C. B. Baſ. p. 49. PARK. PLUKN.
*Saxifraga montana minor foeniculum tortuoſum dicta* H. OX. III. p. 273.

C. B.

C. B. in ſaxoſis herbidis M. *Crenzach*, tum in ſylvis *Huningenſibus* circa *Michelfelden*: ſed fateor, pene dubito indigenam eſſe.

Ad Seſeli I. accedit facie, cum foliis glaucis & vaginis Hippomarathri ſit. Sed magis brachiata eſt, ramis ad magnos angulos diviſis, & inflexis. Umbellae peculiares perexiguae, radiis latiuſculis & brevibus ſuccinctae. Petala . . . alba, extus rubra, regularia & bifida facit MAGNOL. Semina manifeſto calyce coronata. Radix longa, craſſior, aromatica.

Semen in officinis recipitur ad pellenda excrementa uteri, ad incidendum in morbis pectoris, uſu tamen eſt rariori.

2. OENANTHE foliis caulinis inflato fiſtuloſis LINN. *Cliff.* p. 99. ROYEN. p. 108.

α *Oenanthe, herba filipendula* GESN. Coll. p. 93?
*Filipendula Oenanthe* GESN. Hort. p. 259.
*Oenanthe IIII.* MATTH. p. 869. cum bulbis, LUGD.
*Oenanthe aquatica ſerpens* CAM. Epit. p. 265. cum bulbis & ſine bulbis.
*Oenanthe aquatica, Oenanthe IIII. Matth. Dodon &c.* LOBEL. Ic. p. 731. icon exterior.
*Foeniculum ſylveſtre* CAES. L. 7. c. 42.
*Siſer paluſtre* LUGD. p. 724.
*Filipendula aquatica* TAB. p. 142.
*Oenanthe aquatica* C. B. Baſ. p. 49. RAJ. p. 441. ZWING. p. 768. T. aut. de Par. p. 290. I. R. H.
*Oenanthe ſ. filipendula aquatica* I. B. III. p. 191.
*Oenanthe aquatica anguſtifolia recta vulgaris* H. OX. III. p. 289.
β *Juncus odoratus* DOD. Cereal. p. 242. *aquatilis* pempt. 590.
*Oenanthe &c.* LOB. l. c. ic. int.
*Filipendula paluſtris ruta paluſtris* TAB. p. 142.
*Oenanthe ſ. filipendula folio rutae* I. B. III. p. 192.
*Oenanthe ſ. filipendula aquatica altera* T. aut. de Par. p. 291. I. R. H.
*Oenanthe aquatica triflora caulibus fiſtuloſis* MORIS. l. c. RAJ. Syn. III. p. 210.
*Oenanthe aquatica minor* RAJ. p. 441.
CAMER. Epit. & ZWING. l. c. ic. interior.
*Oenanthe aquatica minor juncoides trianthophoros* PLUKN. p. 268.
*Oenanthe* RIV.

In foſſis non rara.

Caules longe repentes, per aquas demittunt fibrarum faſciculos in var. β., in hortis vero, planta culta bulbillos habet adpenſos, ut in var. α. Supra aquam caulis erectus, pene nudus, ramoſus effertur. Folia ima pinnata, pinnis latis trilobis, aut pinnatis quinquefidis: ad caulem vero coſta teres eſt, fiſtuloſa, paucis, & ſimplicibus laciniis in extremitate folioſa. Umbellae peculiares, in generali qualibet, circiter tres, paucae, confertiſſimae. Calycis univerſalis ſquama unica, particularis tres, ad decem, albae, latiuſculae, unilaterales. Flores exteriores mares, valde difformes; calyce quinquedentato, tribus, longiſſimis exterioribus ſegmentis, ovariis nullis aut minimis. Interiores androgyni calyce uniformi, minus irregulares, tubis duabus longis, non caducis coronantur. Petala in utriſque mucrone retracto, ut cordata videantur, ſubrubella. Per maturitatem flores androgyni denſas ſphaeras aculeatas referunt. Semen leviter aromaticum: fructibus pentagonis, bilocularibus, diſpermis, pyramidalibus, cornubus ex baſi prodeuntibus.

## *PHELLANDRIUM.*

TOURN. T. 161. LINN. n. 221.

Umbellae univerſales nudae, peculiares aliquot (ſeptem facit LINN.) foliis graciliſſimis. Petala cordata, inaequalia, ora eminente, exteriora majora. Tubae breves, non deciduae. Semen ſemiovale, ſed acutius, vix ſulcatum. Calyx, ut in Oenanthe, ſemen coronat, exiguus.

1. PHELLANDRIUM foliis ad angulos obtuſos ramoſis.

*Sylveſtre Leviſticum* TRAG. p. 427.
*Dauci III. genus* TRAG. p. 446. omnino.
*Phellandrium* DOD. Cereal. p. 244. Pempt. p. 591. bene. RIVIN. T. 64. T. aut. de Par. p. 351. I. R. H. VALL. LINN. Cliff. p. 100. ROYEN. p. 108.
*Cicutaria paluſtris* LOB. Ic. p. 735. TAB. p. 783.
*Silaus Plinio* CAES. L. 7. c. 26.
*Phellandrium vel cicutaria aquatica quorumdam* I. B. III. p. 183.
*Cicutaria paluſtris tenuifolia* C. B. Baſ. p. 49. Phyt. cum non bonis ſynonymis, MORIS. III. p. 291. MUR. p. 580.

*Cicu-*

*Cicuta* 4. MORIS. Umbell. p. 18. Seminis autem icon Z. Z. 91. 92.
*Cicuta aquatica* ZWING. p. 906. confunditur cum *Cicuta Geſneri.*
β *Caule craſſo* RUPP.

In foſſis non infrequens, in lacu *Moos-Seedorfenſi* &c.

Caulis craſſiſſimus, per aquam repit, & per intervalla fibrarum fundit faſciculos, brachiatus, ramoſus. Folia ampliſſima, multiplici diviſione, angulis ramorum rectis, aut obtuſis, quales in Oreoſelino minore ſunt. Laciniae ultimae, planae, ubique aeque latae, ſemipinnatae, lanceolatae. Umbellae non ampliſſimae, ſemina ex ovatis conpreſſiora, ſulcis potius picta, quam inciſa, tubis ſuperſtitibus.

Sapor ſeminis leniter aromaticus eſt, cum acrimonia conſtantiori. Inde dudum ad ulcera difficilia, ſcirrhos, cancros & gangraenas commendatum eſt (BOERHAAVE *hiſt. plant.* p. 94.) nuper vero fuſius ab HEISTERO E. N. C. *Vol.* V. *Obſ.* 139. &, proprio libello, ab ERNSTINGIO, quem vide: Idem ad morbos etiam pectoris ſemen ipſum commendat. Doſin HEISTERUS facit drachmam unam.

## *E T H U S A.*

LINN. n. 224.

*CYNAPIUM* RIVIN. *CICUTAE* ſp. T. T. 160.

Calyx univerſalis nullus, peculiaris trifolius, ab uno latere, longe reflexus. Flores difformes, bifidis petalis. Semina quatuor ſulcis profunde inſcripta, & diviſa in duas latas facies, tria vero craſſa juga eminentia, hinc convexa inde plana. A Coriandro ſemine differt, a Cicuta ſemine eodem non granulato, & calycis generalis defectu.

1. ETHUSA LINN. *Cliff.* p. 100. ROYEN. p. 109.
*Petroſelini vicium* TRAG. p. 459. abſque icone.
*Species cicutae Glyſen* GESN. ad Cord. Dioſc. IV. c. 79. vid. Ind. quadr. p. 68.
*Cicuta minor* CORD. L. II. c. 150. HOFMANN &c.
*Apii communis vicium* GESN. Hort. p. 247 *b.*
*Cicutam referens herba* EI. ib. p. 253 *b.*
*Dauci inutile genus* EI. Coll. p. 73 *b.*
*Cicutaria fatua* LOB. Ic. II. app. p. 280.
*Apium cicutarium* THAL. p. 9.
*Cicutaria apii folio* I. B. III. p. 179.
*Cicuta minor petroſelino ſimilis* C. B. Baſ. p. 48. H. OX. III. p. 290. ZWING. p. 905. cum icone aliena, Oenanthes ſucco viroſo. T. aut. de Par. p. 419. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 161.
*Cicutaria tenuifolia* RAJ. p. 451. Syn. III. p. 215.
*Cicutaria* 3. MORIS. Umbellif. p. 18. Semen Y y. & n. 89. 90.
*Cynapium* RIVIN. T. 75. RUPP. DILL.

Nihil in hortis frequentius.

Caulis ſulcatus, ramoſus, brachiatus. Folia nitentia, circumſcriptione ampla, pinnis raris, pinnulis laciniatis, laciniis pene pinnatis, laciniolis planis, lanceolatis, ſemitrifidis. Umbellae rarae, calyx peculiaris longiſſimus. Flores externi inaequales, petalis in duas inaequales partes diviſis: intimi flores vix difformes.

Tota planta trita virulento odore eſt, & alliato, ut non mirum ſit, venenatam eſſe, quod DALECHAMPIUS vidit, & BLAIR Pharmacol. Dec. V. p. 212. & Miſcell. p. 80. & in COMM. NORIB. 1731. n. 23. 1740. n. 48. & BOERHAAVE in Prael. Deliria facere E. N. C. *Vol. I. Obſ.* 52. ſtupores, nauſeas, inpotentias. Ib. *Obſ.* 200. faucium conſtrictiones, ſpasmos ventriculi IB. *Obſ.* 121. mortem convulſivam BUCHNER *Miſc.* 1729. p. 724. neque enim alia videtur cicuta aquatica in hortis lecta, etſi alibi legatur innoxiam fuiſſe v. g. in E. N. C. *Dec. II. Ann. IV. Obſ.* 50. Nempe narcotica haec venena mitiora ſunt, neque doſi minori occidunt.

## *C I C U T A.*

RIVIN.

*CICUTAE* T. Sp. T. *CONIUM* LINN. n. 209.

Calyx generalis umbellae, aut nullus, aut paucis, latiuſculis, ſquamis brevibus latisque reflexis: Peculiaris tribus latis, mucronatis, pariter (vel uno trifido) ex uno latere poſitis. Flores in exteriori parte irregulares; intimi regulares cordati. Semen hinc

 val-

valde gibbum, inde planum, quinque ſulcis inſcriptum, eleganter crenatis. Tubae breviſſimae, per aetatem longiuſculae, capitatae. Placenta bipartita.

1. CICUTA DORSTEN. p. 83. TRAG. p. 473. non bene. FUCHS. p. 406. CORD. *Dioſc. IV.* c. 79. GESN. *Coll.* p. 68 *b.* MATTH. p. 1098. CAMER. *Epit.* p. 839. male. DODON. *Purg.* p. 375. *Pempt.* p. 461. bene. LOBEL. *Ic.* p. 732. ead. CAESALP. L. 7. c. 27. TABERN. p. 782. RAJ. p. 451. BLAKWALL. T. 451.

*Cicuta major* CORD. Hiſt. II. c. 149. C. B. Baſ. p. 48. I. R. H. MAGN. Char. p. 161. ZANICH. p. 66. ic. 284.
*Cicuta vera* GESN. Hort. p. 253 *b.* THAL.
*Cicutaria vulgaris* CLUS. p. CC.
*Cicuta vulgaris major* MORIS. III. p. 290.
*Cicuta domeſtica* MORIS. Umbell. p. 18. T. 6.
*Conium ſeminibus ſtriatis* LINN. Cliff. p. 92. ROYEN. p. 107.
β *Foliis* tenuioribus C. B. I. R. H.

Ad maceries & ſepes abunde.

Caulis craſſus, maculoſus, nodoſus, brachiatus, ad octo aliquando pedes adſurgit. Folia albida, quaſi ſcabra, circumſcriptione perampla, pinnis pinnatis, laciniis ultimis ſemipinnatis, ſemiſeptifidis &c. ultimis ſegmentis obtuſis. Umbellae multae, rarae, exiguae.

Sale volatili urinoſo tota planta abundat, & oleo GEOFROI. III. p. 325. Narcotica eſt, & refrigerat, odore ſuo vertiginem inducit BOERHAAVE. Intus adſumta ſomnum facit, (vide hiſtoriam FONTANI in *Conſ. & Reſp.* p. 162.) vertigines, deliria, mortem ipſam. Externo uſu emollit, lenit, inponitur mammis cancroſis, ſcrophulis, tumoribus duris chronicis, dolentibus ex nimio labore muſculis, non ſine encomiis etiam prudentiorum Medicorum, genitalibus a nimia venere dolentibus (HENR. AB HEERS). Venenatam eſſe, vetus fama eſt. CARDANUS hiſtoriam narrat hominis placenta occiſi, quae cicutam continebat. Amentes, & vertiginoſos reddit, homines & beſtias, & occidit POMPONATII praeceptorem SCALIGER *de Subtil.* Ex. 152. Similem in anſeribus & ſuibus, & homine eventum habet BRASSAVOLA p. 335. etſi alios evaſiſſe narret LOBELIUS *Adverſ.* p. 329. Alios dementatos fuiſſe referunt MATTHIOLUS p. 1415. 1416. ex multiplici experimento, & BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* p. 148. & BUCHNER *Miſc.* 1727. p. 58. Subitam mortem WEPFERUS l. c. p. 312. etiam in cuniculo braſiliano HARDER *ib.* p. 334. Aliis tamen experimentis minus formidabilis facta eſt. RENEALMIUS olim drachmam dimidiam radicis propinabat ad ſcirrhos viſcerum. PETIVERIUS unciam mediam: HENLEY integras quatuor uncias absque noxa devoravit LOWTHORP. *Abridgm. II.* p. 640. 641. & ſimile exemplum habet SEB. JUNGIUS E. N. C. *Dec. I. Ann. IV. Obſ.* 106. Canes vero, quibus data eſt ab HARDERO, ad ſeſcuncem, aegre & vix niſi infuſo in ipſas venas ſucco interierunt, E. N. C. *Dec. II. Ann. III. Obſ.* 115. ſeptemque uncias idem vulpi dedit, minime funeſto eventu apud WEPFERUM *de Cic. aquat.* p. 335. Pleraeque demum de cicuta hiſtoriae de incerta planta ſunt. Conf. TREW. *Comm. Nor.* 1740. *Hebd.* 47.

## II. PETALIS AEQUALIBUS.

## *L I G U S T I C U M.*

LINN. n. 217.

*LIGUSTICI* T. Sp. & *CICUTARIA* T. T. 171.

Utrumque involucrum multis fit latisque foliis. Semen calyce quinquefido coronatum, craſſum, profunde quinque lineis ſulcatum. Petala aequalia, integra, apice inflexo.

1. LIGUSTICUM foliis multiplicato pinnatis foliolis, pinnatim inciſis LINN. *Cliff.* p. 97. ROYEN. p. 104.

*Seſeli Peloponneſenſe* MATTH. p. 753. folia bene. CAM. Epit. p. 514. cum charactere.
*Seſeli peloponneſiacum, quod Matthiolus pingit* C. GESN. Hort. p. 281. 296.
*Cicutaria latifolia foetidiſſima perperam ſeſeli Peloponnenſe quorumdam* LOBEL. Ic. p. 733. absque flore, quem addit in *app.*
*Cicutaria foetida* TAB. p. 783. HOFM.
*Cicutaria latifolia foetida* LUGD. p. 790. ex LOB. MOR. Umbellif. p. 18. T. 6. ſemen *X x.* RAJ. p. 451. VOLC.

*Cicu-*

*Cicutaria latifolia foetida* C. B. nomen, non vero planta Baſ. p. 48. RAJ. Syll. p. 97. PLUKN. I. R. H. MAGN. Char. p. 160.

*Seſeli Peloponneſenſe Matthioli ſ. Cicutaria quibusdam* I. B. III. p. 184.

I. B. in montibus *Rhaetiae* circa *Pusclav.* C. GESNER ex montibus *Rhaetiae* habuit. „Folia ampliſſima, pinnis, in meo ſpecimine, alternis, plurimis. Pinnulae longe decreſcentes, filicum more, primis lobulis diſtinctis, obtuſe & leviter tridentatis, reliquis late confluentibus, mucrone arguto: Caulis & radix craſſisſima. Umbellae ſubluteae. Odor gravis Cicutae.

## *S I U M.*

TOURNEF. T. 162. & SISARUM T. 163.

*SIUM* LINN. n. 219. & *CICUTA* LINN. n. 222.

Involucrum univerſale fit quinque ad ſeptem latis foliis, per aetatem reflexis, ſaepe inciſis: particulare ſimile eſt. Petala aequalia, cordata, media linea eminente. Semina ſemiovata, minimo calyce coronata TOURN. D. Tubae breves, vix diſtinctae.

1. SIUM foliis pinnatis, umbella terminatrice LINN. *Cliff.* p. 98. ROYEN. p. 104.

Tota gens confuſiſſima eſt. Huc refero

*Apium paluſtre* FUCHS. p. 270.

*Sium verum* CAMER. Epit. p. 265.

*Sium* DOD. Cereal. p. 240. Pempt. p. 589. bona icon. RIVIN. T. 77.

*Sium ſ. laver Dioſcoridis oluſatri folio, ſ. paſtinaca aquatica* LOB. Ic. p. 208.

*Sium majus latifolium, apium paluſtre* TAB. p. 78.

*Creſcione alterum genus* CAES. L. 7. c. 39.

*Sium medium* I. B. III. p. 173.

*Angelica paluſtris & Sium* WEINM. T. 134. & denuo *Angelica aquatica* ejusd. T. 133.

II. *Sium medium paſtinaca paluſtris* TAB. p. 78.

*Sium maximum latifolium* I. B. III. p. 2. p. 175. l. 174. MORIS. Umbell. p. 16.

*Sium latifolium* C. B. I. R. H.

*Sium majus latifolium* H. OX. III. p. 282. RAJ. p. 443.

III. *Sium ſ. apium paluſtre foliis oblongis* ZWING. p. 567. ex icone.

In foſſis circa *Mathod*, & ad *Rhenum* paſſim.

Multo erectius ſequente, ad tres pedes. Folia pinnata. Pinnae circumſcriptione ellipticae, circumſerratae, molles; neque ulla praeterea folia auriculata. Radii generales alias plures, alias pauci, aut nulli, peculiares multi, latiuſculi, brevesque. Umbellae ſummos ramos terminant.

2. SIUM foliis pinnatis, inferioribus ſimplicibus, ſuperioribus ſemitrilobis, argute ſectis.

Vulgaris haec planta difficillima ſynonyma habet.

I. Certiora.

*Creſcione* CAES. L. 7. c. 39.

*Sium aquaticum ad alas floridum* MOR. Umbell. p. 63. I. R. H.

*Sium aquaticum procumbens ad alas floridum* MORIS. III. p. 283. T. 5. f. 3.

*Sium umbellatum repens* RAJ. Cant. p. 156. MART.

*Sium geniculis umbellatis* VAILL. p. 187.

*Sium foliis pinnatis umbellis ex alis ſubſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 98. ROYEN. p. 105.

II. *Sium erectum humilius & ramoſius foliis profunde ſerratis* MOR. III. p. 283.

*Sium verum Matth.* LUGD. p. 1092. ob ſerras profundas.

*Sium erectum umbellatum ſ. paſtinaca aquatica* RAJ. p. 444. cum bona deſcriptione.

*Sium minus* RIVIN. T. 78.

*Sium paluſtre alterum foliis ſerratis* T. aut. de Par. p. 302. I. R. H.

*Angelica vel Sium aquaticum* WEINM. T. 135.

In rivulis ſuburbanis *Bernae* vulgatior.

Alia folia ex aqua ſe efferunt ſimilia Sii 1., pinnata, pinnis ſimplicibus, circumſerratis, ad baſin ſaepe auriculatis. Sed ex ramoſis & brachiatis cauliculis alia folia exeunt, multo diſtinctioribus auriculis, binis, ut ſint inaequaliter ſemitriloba, acutiſſime ſerrata. Umbellae modo brevibus petiolis, caule breviores, ex alis foliorum, modo, & in eadem planta, ex altioribus petiolis, ramos ſummos coronant. Corona radiorum & generalis & ſpecialis lata, ſerrata.

Odor aromaticus vires prodit: Diureticum ajunt eſſe, & antiſcorbuticum.

*3 SIUM. . . . .

*Sium umbelliferum* I. B. III. p. 172.

*Sium ſ. apium paluſtre foliis oblongis* C. B. Baſil. p. 56.

et tot alia ſynonyma, quam plantam velint, ignoro, niſi aut primi Sii minorem varietatem intelligant, aut ſecundi prima folia. Genevae naſci ajunt & Baſileae & ubique in Germania.

4. SIUM pinnis multifidis, rarius ſerratis, nervo folioſo.

*Crithamus agreſtis* TRAG. p. 664. absque icone.
*Crithmum quartum* MATTH. p. 492. CAM. Epit. p. 275.
*Eryngium quartum* DOD. p. 732.
*Eryngium montanum recentiorum* LOB. Ic. II. p. 24.
*Crithmum Chryſanthemum* (malum nomen) TAB. p. 101.
*Ammi quorundam Dalech* LUGD. p. 696.
*Crithmum quartum Matthioli* CAM. Hort. *umbelliferum* I. B. III. p. 195. RAJ. p. 454.
*Eryngium arvenſe foliis ſerrae ſimilibus* C. B. P. Baſil. p. 104. ZWING. p. 588. quod ad deſcriptionem.
*Ammi perenne* MOR. Umbellif. p. 22. & icon ſeminis 2. 2. I. R. H. T. aut. de Par. p. 245. *foliis longioribus ſerratis* H. OX. III. p. 294.
*Falcaria* RIVIN. T. 47. RUPP.
*Crithmum luteum* ZWING. p. 588. icon, non nomen.
β Foliis magis inciſis VAILL.
γ Foliis pictis WEINMANN.

Circa Baſileam C. & I. B. ad domum *ſclopetariorum*, & extra portam *Johanneam* ad ſepes. (Circa *Oppenheim* ad viam *Wormatienſem* frequens eſt.)

Caulis ramoſus, brachiatus, cubitalis & major. Folia ex vaginis, facillimae notitiae, pinnata, coſta alata, pinnis veris trifidis, longis, acutis, argute ſerratis. Umbellae rarae, plurimae, involucro generali & peculiari ex multis graciliſſimis foliolis facto, illo ſaepe unifolio, aut nullo denique. Petala alba, cordata, aequalia. Semina longa.

5. SIUM pinnis laciniatis, pinnulis trifidis, nervo non folioſo.

*Cicuta aquatica* GESN. Hort. p. 253 *b.* Coll. p. 68 *b.* THAL. LINN. Lapon. n. 103. *Geſneri* I. B. III. p. 175. l. 174. WEPF. de cicut. aquat. T. 1-4. quem non videtur legiſſe, quando compilaſſe ait hunc librum Cl. MEADIUS, dum ipſe noſtram plantam cum Oenanthe ſucco viroſo confundit *de venen.* p. 113.
*Sium alterum* DOD. p. 589. *oluſatri facie* LOB. Ic. p. 208. RAJ. p. 450.
*Sium alterum Erucae folio* LUGD. p. 1094.
*Cicuta maxima* AICHST. Vern. Ord. 7. T. 2. f. 2.
*Sium Erucae folio* C. B. Baſ. p. 46. &c.
*Sium aquaticum foliis multifidis longis ſerratis* H. OX. III. p. 283.
*Sium aquaticum foliis rugoſis trifidis dentatis* MOR. Umbellif. p. 63. T. 5.
*Cicutaria* RIVIN. T. 76.
*Cicuta* LINN. Cliff. p. 100. ROYEN. p. 109.

Baſileae inveni verſus *Friedlingen.* C. B. Michelfeldae, GESNERUS ad lacum *felinum.*

Radices faſciculatae. Caulis procerus, brachiatus. Folia ampliſſima, pinnarum paribus ſeptem. Pinnae quinquefidae, trifidae, bifidae, ſimplices, petiolo folioſo, longae, graciles, argute circumſerratae, dentibus diſtantibus. Umbellae & generales & ſpeciales habent involucra, illae paucifolia latiora, hae multifolia anguſta: adeoque, etſi aliquando generales umbellae pene nudae ſint, poteſt tamen cum ſimillimo Sio 4. manere. Petala aequalia, emarginata. Tubae globulo terminatae.

Vires ſumme deleteriae, in hominibus per triſtia experimenta notae ſunt. Summas anxietates facit, deliria, convulſiones, mortem, niſi moto vomitu ſuccurratur. Vide WEPFERUM toto libro, JAUGEON. *Comm. Par.* 1715. p. 30. ſi de eadem planta loquitur, GORIZ. *Act. Sileſiac* 1722. M. *Mart.* ibidemque M. *Maj.* BUCHNER. *Miſcell.* 1727. p. 311. 314. E. N. C. *Cent.* X. *Obſ.* 58. & nuper in *Comm. Lit. Nor.* 1740. *hebd.* 45. BOERHAAVE in *prael.* &c. Ex ejus herbae abundantia lues pecudum a LINNAEO obſervata eſt. Canis, quem uncia ſemis non necaverat, duabus unciis ab HARDERO occiſus eſt, apud WEPFERUM l. c.

## *BUPLEURUM.*

T. T. 163. LINN. n. 125.

Radii peculiaris umbellae maximi, umbellam comprehendunt, plerumque quini, aut unus quinquefidus. Univerſale involucrum modo adeſt, modo abeſt. Semina profun-

funde ſulcata, pene alata. Flores omnibus regulares, lutei, & folia, quod in hac gente rarius eſt, integerrima.

1. BUPLEURUM foliis ovatis perfoliatis LINN. *Cliff.* p. 104. ROYEN. p. 109.
*Perfoliata* BRUNF. I. p. 182. DORST. p. 215. GESN. Coll. p. 95. MATTH. p. 1156. CAM. Epit. p. 888. DOD. p. 104. AICHST. Aeſt. Ord. 4. T. 3. f. 3. RIVIN. T. 45. BLAKW. T. 95.
*Perfoliatum* FUCHS. p. 632.
*Perfoliata major* TRAG. p. 482. GESN. Hort. p. 271. *b*.
*Perfoliatum vulgatius flore luteo folio umbilicato* LOB. Ic. p. 396.
*Seſeli aethiopicum* CAES. L. 7. c. 34.
*Perfoliata II.* TAB. p. 759. bene, LUGD.
*Perfoliata ſimpliciter dicta, vulgaris, annua* I. B. III. p. 198.
*Perfoliata vulgatiſſima ſ. arvenſis* C. B. &c.
*Perfoliata vulgaris* PARK. MOR. III. p. 299. RAJ. p. 471.
*Perfoliata 2. annua vulgatiſſima* MORIS. Umbell. p. 26. Semen 7. 7, & 93. 94.
*Bupleurum perfoliatum rotundifolium annuum* I. R. H. T. aut. de Par. p. 404. MAGN. Char. p. 165.
β *Criſpa ſeu muſcoſa* CAM. Hort. p. 120. Ic. XXXVII. & ex eo ZWING. I. R. H. GARID
γ *Perfoliata humilis alpina* BOCCONE T. 63. non videtur differre.
δ Neque *Perfoliata minor folio acuto* I. R. H.

In Helvetia rarior. *Baſileae* in agris, circa *Mandach* I. GESNER. *Genevae* verſus *Thuiri* I. B. Ego in Valeſia reperi, inter *Sideram* & *S. Leonhard*. GAGNEBIN in horto vicini, ubi ſatum fuiſſe vix videtur.

Caulis brachiatus, erectus, bipedalis. Folia cauli circumnata, hinc brevia, inde longiora, modice acuto fine, glauca, & glaberrima. Umbellae peculiares ſex, ſeptemve, & plures, unam totalem faciunt. Calyx peculiaris umbellae profundiſſime trifidus, & quinquefidus, ſegmentis inaequalibus, aliis ſegmentis ſemibifidis, aliis ariſtatis, univerſalis nullus. Umbellae peculiares parvae. Petala, revoluta. Tubae breviſſimae. Semina ovalia, ſtrictiora, utcunque coronata.

Vulneraria eſt, emplaſtra ad hernias ingreditur, & cataplasmata adſtringentia.

2. BUPLEURUM foliis imis petiolatis, ſuperioribus ovatis perfoliatis.
*Perfoliata montana* CAM. Hort. p. 120. Ic. XXXVIII.
*Perfoliata longifolia Dalechampii* LUGD. p. 1321. non bene.
*Perfoliata montana latifolia* C. B. PARK. ZWING. l. c.
*Perfoliata alpina magna longifolia* I. B. III. p. 198. H. OX. III. p. 299. RAJ. p. 272.
*Bupleurum montanum latifolium* I. R. H. RUPP. BUXBAUM.

In Jura M. SHERARD; ego in *Creux du Vent* (& circa *Gottingam*).

Cubitalis caulis, ramoſus. Folia longa, ex gracili petiolo, ovata, modice acuminata; quae vero ſub ramis prodeunt, amplexicaulia ſunt. Umbellae generales fiunt tribus, aut quinque, foliis obtuſis, inaequalibus: peculiares quinque ad octo brevibus, & e rotundo acuminatis.

*3. BUPLEURUM alpinum latifolium minus I. R. H.
*Perfoliata alpina latifolia minor* C. B. Prodr. p. 129. PARK. p. 579. cum icone ſpeciei vulgaris RAJ. Syllog. Exter. p. 200. Hiſt. p. 472.* H. OX. III. p. 299. ZWING. p. 936.

In alpibus Helvetiorum C. B.

Caulis gracilis, teres, glaber, cavus, cubito altior, diſtribuitur in ramos quaſi in umbellam diſpoſitos. Folia venoſa, Vaccariae foliis ſimilia, ſeſcuncem lata, baſi caulem amplexa... Semen oblongiuſculum, nigricans, anguloſum. Ita C. B.

4. BUPLEURUM foliis amplexicaulibus, inferioribus lineatis, ſummo cordato oblongo LINN. *Cliff.* p. 104.
Difficiliora ſynonyma ſunt.
I. *Perfoliata minor foliis gramineis* I. B. III. p. 199. bene, RAJ. Syllog. p. 200. Hiſt. p. 472.
II. *Bupleurum anguſtifolium pyrenaicum, ſ. perfoliata alpina anguſtifolia minima* C. B. Prodr. p. 130.
*Seſeli Aethiopicum parvum* CAES. L. 7. c. 34.
*Bupleurum montanum gramineo folio* I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 31. cum deſcriptione, ſed in icone, miſſa a I. G. etſi facies accedat, ita tamen pinguntur umbellarum calyces, ut ſpeciei 5. propiores ſint.
III. *Perfoliatum gramineum, helvetium, alpinum, pumilum, facie ranunculi pumili Narbonenſis, gramineis foliis latiuſculis* LOBEL. Illuſtr. p. 137.
*Ranunculus gramineus perfoliatus* PARK. p. 335. Ic. p. 338. Videtur omnino.
IV. *Pianta alpina di Corſica* BOCCONE. Muſ. di Piante. T. 107. & *Perfoliata alpina latifolia minor* Oſſerv. p. 287.

SCHEUCHZER in jugis alpium v. g. *Surenenſium.* Ego in M. *Rohtenhorn* ſupra *Brienz.* DIVERNOI recenſet inter plantas M. *Chaſſeron.* In alpp. *Abbatiſcellanorum* I. GESNER.

Caulis ſemipedalis. Folia ex vagina amplexicauli, paulo latiori, educuntur in longam gramineam tenuitatem: Suprema, quae ſub umbella ſunt, paulo latiora ſunt, e latitudine acuminata. Generale involucrum fit tribus foliis latis inaequalibus, lanceolatis; peculiare regulare eſt, floris roſacei ſimile, ex quinque latis & acuminatis foliolis. Umbellae peculiares conjunctim octonae.

5. BUPLEURUM alpinum, anguſtis nervoſis foliis, calyce unifolio, leviter inciſo.

An *Perfoliata alpina anguſtifolia media* C. B. Pr. p. 129. ob locum natalem, RAJ. Syllog. p. 200. Hiſt. p. 473.* *ſ. longifolia Dalech.* MUR. p. 727.

*Bupleurum alpinum anguſtifolium medium* I. R. H. MAGN. Hort. & Char. p. 165.

In adſcenſu *die Schöllinen*, circa *Teufelsbrük*, & in *Gotthardo* M. Ibidem SCHEUCHZER. HUBERUS circa *Airol.* Suam MURALTUS legit in alpp. *Toggicis.*

Radix perennis, craſſa. Caulis ad cubitum altus. Folia ad terram longa, pedalia, lentiſſime lateſcentia, & lente denuo decreſcentia, obtuſo fine & lanceolato: ad caulem breviora, caulem tamen non amplexa. Involucrum generale bifolium, latius foliis caulinis, obtuſe lanceolatum. Calyx unifolius, obiter in quinque portiones latas, modice in medio acuminatas, diviſus. Vide T. X.

6. BUPLEURUM foliis gramineis, calyce peculiari quinquefolio, ariſtato, rigido.

*Perfoliatum anguſtifolium montanum* COL. p. 247. optime.

*Perfoliata minima Bupleuri folio* ID. p. 84.

*Auriculae leporis affinis Odontites lutea Valerandi & Dalechampii* I. B. III. p. 201.

*Perfoliata minor anguſtifolia Bupleuri folio* C. B. ZWING. p. 936.

*Bupleurum minimum anguſtifolium* MAGN. H. R. M. I. H. R. SCHEUCHZ. It. p. 32.

Si verum nomen habet SCHEUCHZERUS, qui in alpibus *Valeſiae* naſci ait, cauliculo eſt palmari, brachiato, foliis petiolatis, gracilibus, gramineis, ſed paulum acutis, umbellis in ſummo caule perexiguis, calyce peculiari quinquefolio, rigente, duroque: pro generali aliquot etiam, ſed majora folia habet, quae quatuor fere peculiares umbellas complectuntur.

*7. BUPLEURUM foliis anguſtis & nervoſis, umbella univerſali quinquefolia, peculiari ſemiſexfida, ſtellata.

*Sedum petraeum Bupleuri folio*, PON. apud CLUS. p. CCXLVII. Ital. p. 246. &c.

*Perfoliata alpina gramineo folio ſ. Bupleurum anguſtifolium alpinum* C. B. P. MUR. p. 727. H. OX. III. p. 299. AMBROS. p. 417. RAJ. p. 473.*

TOURNEFORTIUS non habet.

MURALTUS nomen indicat in Alpibus.

I. GESNERUS ex alpibus *Abbatiſcellanis.* Idem SCHEUCHZERIANAM iconem miſit. Radix lignea, craſſa, tuberoſa. Caulis pedalis & altior; Folia graminea, fere prioris. Sed ad ſummum caulem calyx univerſalis quinquefolius, latior, aequalis. Petioli umbellarum peculiarium longi. Calyces peculiares ſtellati, acute ſemiſexfidi, ex qua ſola nota facile dignoſcitur.

8* BUPLEURUM alpinum anguſtifolium minus I. R. H.

*Perfoliata alpina anguſtifolia minor* C. B. Prodr. p. 129. P. PARK. p. 581. MORIS. III. p. 299. PLUKN. p. 287. T. 50. f. 1. ZWING. p. 936.

C. B. ex *Valeſiorum* alpibus.

Folia ad radicem graminea, ſemipalmaria. Caulis unus, aut gemini, pedales: Folia pauca acuminata, baſi latiore caulem ambeunt. Umbella, qualis in vulgari Perfoliata.

An ſpecies 4? In notis non invenio eamdem fuiſſe.

9. BUPLEURUM gramineo folio, umbellis & calyculis omnium minimis.

*Bupleurum tertium minimum* COL. p. 85. 85. ic. p. 247. optime.

*Auricula leporis minima* I. B. III. p. 201. RAJ. p. 474.

*Bupleurum anguſtiſſimo folio* C. B. MORIS. Umbell. p. 27. TIT. It. I. R. H. ZWINGER.

*Bupleurum annuum minimum* H. OX. III. p. 300.

*Bupleurum foliis linearibus acutis ſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 104. ROYEN. p. 110.

RYHINER apud I. B. inter *Birſam* & *ſylvam*, quae ducit *Auguſtam.*

Pedale eſt, caule a ſummo ad imum ramoſo, ramis umbellatis. Folia rigida, longa, acuta, peranguſta, graminea. Umbellarum loco ſpicae quatuor vel quinque florum ex alis foliorum adſcendunt, minutiſſimis loco calycis foliis ſuccinctae.

8. BUP-



*Bupleurum Alpinum angusto, nervoſo folio calyce unifolio leviter inciſo.*

*C. I. Rollinus Med. C. Delin* · *ſculp C. T. Fritsch C filius Acad Gött Sculpt.*

10. BUPLEURUM ....

*Bupleurum minus* GESN. Hort. p. 251.
*Bupleuron anguſtifolium* C. B. in Phyt. & Baſ. p. 81. DOD. p. 633. TAB. p. 872. MOR. Umbell. p. 27. ſemen 7 *a*. 7 *b*. planta T. 8.
II. *Bupleurum annuum longis & anguſtioribus foliis* H. OX. III. p. 300.
*Bupleurum annuum anguſtifolium* MAGN. Bot. p. 42. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 509.

SCHEUCHZERUS in *Valeſia*, C. B. circa *Baſileam*; ego circa *ſ. Chriſtophle*.

SCHEUCHZERIANUM & C. B. num omnino varietas eſt ſequentis, foliis anguſtiſſimis. Alterum (II.) diverſum num ſit, neſcio.

11. BUPLEURUM foliis petiolatis, falcato-ellipticis, acutis.

*Herba vulneraria* TRAG. p. 431. commode.
*Iſophyllon* CORD. Hiſt. l. c. 69.
*Bupleurum majus* GESN. Hort. p. 251.
*Auricula leporis umbella lutea* I. B. III. p. 200.
*Bupleurum folio ſubrotundo ſ. vulgatiſſimum* C. B. RAJ. p. 473. Syllog. Ext. p. 79. I. R. H.
*Bupleurum perenne longis & anguſtis foliis incurvis* H. OX. III. p. 300.
*Bupleurum latifolium* HOFMAN. &c. dubito enim, *rigidius* vere ſpontaneum eſſe.
*Bupleurum* RIVIN. T. 44. DOD. Ic. Vet. II. p. 373. ADVERS. &c.

In ſepibus circa *Mathod* & in *Valeſia* vulgare, neque *Baſileae* rarum.

Caulis erectus, ramoſus, brachiatus. Folia longo petiolo, foliaceo, longe & acute & inaequaliter elliptica. Umbellae perexiguae, calyce generali bifolio inaequali, peculiari quinque foliorum argutorum, quaſi ariſtatorum. Semen longum, quinque fere alis percurſum, valde convexum.

Decoctum radicis pro antifebrili habetur.

GENS VII.
I. UMBELLIFERAE.
II. SEMINE ALATO.
I. ALIS IN UNO SEMINE QUATERNIS ET ULTRA.

## *ASTRANTIA.*

T. T. 166. LINN. n. 202.

Umbella ſimplex: Radii tota umbella majores, viginti, lati, acuti, tridentati, conniventes. Flores alii hermaphroditici ſunt, quibus ſemina convexa, ſingula quinque alis criſpis & plicatis percurſa, fructus calyce coronatus pentaphyllo, petala integra, acuta, conplicata, & tubae repandae, ſimplices. Floribus maribus & hae deſunt & ſemina. 400

1. ASTRANTIA foliis quinquelobatis, lobis tripartitis.

*Sanicula femina* FUCHS. p. 670. non bene.
*Oſteritium montanum* TRAG. p. 434. abſque icone.
*Aſtrantia nigra* GESN. Hort. p. 249. Tab. Coll. p. 61. LOB. Ic. p. 681. ex DOD. RAJ. p. 475. MAGN. Char. p. 172.
*Veratrum nigrum Dioſcor.* DOD. purg. p. 194. Pempt. p. 387.
*Imperatoria nigra, ſanicula femina* TAB. p. 83. male.
*Sanicula femina quibusdam, aliis Helleborus niger* I. B. III. p. 638.
*Helleborus niger, ſaniculae folio major* C. B. PARK. TIT. it. Ic. REG. n. 102. MUR. p. 592.
*Aſtrantia nigra major* H. OX. III. p. 279.
*Aſtrantia* RIVIN. T. 67. MORIS. Umbell. p. 10. Semen *R. r.* flos T. 4. A. LINN. Cliff. p. 88. ROYEN. p. 93.
*Aſtrantia major corona floris purpuraſcente* I. R. H. PONTEDER. Anthol. p. 292.
*Helleborus niger ranunculi folio globoſo major* GARID. Ic. 46. cum nominibus Trollii.
β Corona *floris alba* I. R. H. BOERH. MILL.
γ Varietas minor.
*Aſtrantia nigra minor* MOR. Umbell. p. 11. Hiſt. III. p. 279. S. 9. T. 4. f. 2. H. L. B.
*Helleborus niger ſaniculae folio minor* HORT. BLES. p. 92. RAJ. p. 475.
*Imperatoria Ranunculoides ſaniculae folio minor* PLUKN. p. 198.
*Aſtrantia alpina* MUNTING. Phytogr. T. III.
*Imperatoria ſpuria ſaniculae facie minor* VOLCAMER. p. 229.
*Aſtrantia minor* SCHEUCHZ. It. IV. p. 331.

Nihil vulgatius in ſubalpinis, & in ſubjuranis v. g. circa *Valorbe*.

Radix ſcabra, ramoſa, acri odore. Caulis cubitalis, non admodum ramoſus. Folia confluentia, profundiſſime quinquefida ſunt, lobis denuo trifidis, & circumſerra-

ſerratis, lucida caeterum, & venoſa. Radii venis picti: Petioli florum longi erecti, & calyces & apices etiam purpuraſcunt.

Purgat mitius Helleboro GESNER *Epiſt.* p. 78. *b.* ex propriis periculis. Extractum aquam & phlegma ducit CONSTANT. *de med. Helv.* p. 164. Contrayervae caeterum ſimilis eſt odore & ſapore ID. in praef. Oleum & aquam valentem inde deſtillavit PENOTUS apud HILDANUM *Epiſt.* 9.

2. ASTRANTIA foliis digitatis, ſeptenis, integris, dentatis.

*Minima Fuchſii ſanicula* I. B. III. p. 639. cum priori.
*Helleborus niger ſaniculae folio minor* C. B. Phytop. p. 340. Prodr. p. 97. PARK. SCHOL. PAR.
*Helleborus minimus alpinus aſtrantiae folio* BOCCONE pl. rar. p. 10. T. 5. f. 3.
*Aſtrantia nigra minima* H. OX. III. p. 279.
*Aſtrantia nigra alpina minima* RAJ. Syll. p. 73. Hiſt. p. 475.
*Imperatoria ranunculoides alpina ſaniculae tenuiſſimo folio minima* PLUKN. p. 198.
*Aſtrantia minor* I. R. H. LEMERY Dict. p. 59.
*Aſtrantia alpina minima* SCHEUCHZ. It. VI. p. 453.

In altioribus alpinis vulgaris, non in humilibus, neque in Jura. C. B. ex *Fracto* & *Splügen* M. SCHEUCHZER ex *Furcula*, alpibus *Rhaeticis* & *Valeſiacis*. HUBER ex *Praegallienſibus*. Ego copioſiſſime legi a pago *Grund* ſurſum per totam vallem *Haſeliam* in *Grimſulam* M. uſque, in Gemmio praeterea &c. *In Septimo Rhaeticis* & *Glaronenſibus* I. G. Diverſiſſima foliis eſt a priori. Foliis fiunt ſeptem & novem diſtinctis, in unum petiolum convenientibus, longis, anguſtis, acute circumſerratis, non trilobatis. Aliquando tamen, prima maxime, quina ſunt, & latiora. Umbella longe minor, unciae dodrantem vix excedit, perpetuo alba, radiis minoribus, quam ut florem tegant, non tridentatis.

Saniculam ſexu ſimilem & foliis, huc referre ſemina non ſinunt. neque umbellae ratio.

## *LASERPITIUM.*

LINN. n. 216. & T. T. 172.
& *LIGUSTICI* Sp. T.

Princeps nota eſt in fructu, cujus ſingulum ſemen quatuor latis alis percurritur, totusque fructus octonis. Addit LINNAEUS, umbellae involucrum parvum, quod non omnibus reſpondet, petala inflexo - cordata, calycem proprium exiguum: T l. c. c.

1. LASERPITIUM foliis cordatim inciſis LINN. *Cliff.* p. 96. ROYEN. p. 101.

*Dauci alterum genus* FUCHS. p. 232.
*Libanotis ferulacea alba* GESN. Hort. p. 264. *b.*
*Seſeli Aethiopicum* GESN. ind. quadr. p. 113. MATTH. p. 751. *vulgare* CAM. Epit. p. 513. malae icones.
*Seſeli Aethiopicum Fuchſii & Matthioli* GESN. Hort. p. 281.
*Seſeli Aethiopicum herba* DOD. Purg. p. 482. Pempt. p. 312. bene.
*Libanotis Theophraſti* DOD. Ic. II. p. 307. LOB. Ic. p. 704. *alba altera* TAB. p. 108.
*Seſeli Aethiopicum Matthioli* CLUS. p. CXCIIII.
*Libanotis Theophraſti quorundam ſ. ſeſeli Aethiopicum Matthioli, Cervaria alba.* I. B. III. p. 164.
*Libanotis latifolia altera ſ. vulgatior* C. B. Baſ. p. 47. MURALT. p. 718.
*Libanotis Theophraſti minor* PARK. p. 951. RAJ. p. 427.
*Laſerpitium foliis latioribus lobatis* MOR. Umbell. p. 28. I. R. H. RUPP.
*Laſerpitium latifolium vulgatius ſeminis alis planis* H. OX. III. p. 321.
*Laſerpitium* RIVIN. T. 21.
II. Varietas major, magis ſerrata, alis criſpis.
*Libanotis Theophraſti major* LOBEL. Ic. p. 704. (ipſo fatente eſt varietas) PARK. RAJ. p. 427.
*Libanotis Theophraſti alba major* TAB. p. 107.
*Libanotis latifolia major* C. B.
*Libanotis Theophraſti quorumdam folio minus rotundo* I. B. III. p. 165.
*Libanotis latifolium ſemine criſpo foliis minus rotundis* H. OX. III. p. 320. huc Umbellif. Tab. ſem. 10. 10.
III. Varietas maxima, foliis ſemibilobis, alis criſpis, qualem nuper miſit Cl. GAGNEBIN.
*Libanotis Theophraſti quorumdam valde ſimilis, Coſtus amara dicta, ſemine criſpo* I. B.
*Laſerpitium foliis latioribus ſemine criſpo & verrucoſo majus* MORIS. III. p. 320.
*Laſerpitium foliis amplioribus ſemine criſpo* PLUKN. I. R. H.
*Libanotis latifolia minor ſemine criſpo* RAJ. p. 427. Syll. ext.
*Libanotis alpina latifolia ſemine criſpo* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 24. T. 3.

IV. Va-



*Laſerpitium alpinum extremis lobulis breviter multifidis.*

J. Rollinus. Med. C. delin.

Sculp. C. F. Fritſch Chriſt. filius Gött.

IV. Varietas forte eadem I. aut II.

*Seſeli aethiopici aliud genus* CLUS. p. CXCV.

*Seſeli aethiopici Matth. aliud genus Cluſio* I. B. III. p. 168.

*Seſeli Pannonicum foliis amplioribus* H. OX. III. p. 286.

V. *Laſerpitium minus alpinum foliis rotundioribus* SCHEUCHZERI in catalogo, non puto differre.

In Helvetiae ſylvis non infrequens. Reperi in adſcenſu M. *Mutetz*, in monte ſupra *Dornach*, inter balneorum domum & *Heilbad*, in M. *Suchet* lapidoſo culmine, & alibi. In *Uetliberg* M. MURALT & I. GESNERUS.

Radix craſſa, teres, corona ſetarum tecta. Caulis brachiatus, ſtrictus, humilis. Vaginae foliorum peramplae. Folia circumſcriptione ampla. Paria pinnarum primarum fere quatuor, pinnae ipſae quinquefoliae, quae majores, reliquae trifoliae. Folia oblique cordata, firma, glauca, glabra, circumſerrata, dentibus ſpinulas emittentibus, aliquando ſemibiloba. Umbellae ampliſſimae. Involucrum univerſale fit latis longisque foliis, particulare vero anguſtioribus. Semina breviter ovata, alis latis eminentibus, modo planis, modo criſpis. Petala alba, inaequaliter cordata, inaequalia. Tubae repandae, longae.

In uſu medico eſt potius inter ruſticos, quam inter urbanos homines.

* LASERPITIUM humilius paludapii folio, in M. *Uetliaco* ponit I. GESNERUS. Verum, ſpecimen ab eo miſſum, eſt omnino Oreoſelini majoris, paulo profundius inciſum.

2. LASERPITIUM alpinum extremis lobulis breviter multifidis T. XI.

In horto ſicco C. B. fuit cum nomine

*Panax Aſclepium ſemine folioſo.*

Citabat *Panax Aſclepium apulum* COLUMN. I. p. 86. 87. cui folia nimis tenuia ſunt, & flos luteus, & umbellae nudae.

II. Annon *Panaces Aſclepiadeum Guillandino flore albo, folio aliquatenus Carotae, ſed tenuiori* I. B. III. p. 67.

C. B. in *Gotthardo*. Ego dudum in M. *Scheideck*, deinde copioſe in via ad *Gotthardum* ſupra *Teufelsbrük*, & in pratis vallis *Urſeler-rhal* reperi a. 1736.

Caulis cubitalis, brachiatus. Folia duriuſcula, atroviridia, nitentia, quaſi criſpa, circumſcriptione ampliſſima, diviſione quintuplici, perpetuo conjugata, extremis laciniis brevibus, latiuſculis, argutis, trifidis, quadrifidis. Umbella denſiſſima, ſub utraque umbella folia multa, lata reflexa. Petala leniter inaequalia, modice diviſa, alba. Semina longe ovata, quatuor alis elevatis percurſa. Tubae longae, globulo terminatae, conſtantes.

3. LASERPITIUM pinnis petiolatis, tripartitis, laciniis longe ellipticis.

*Seſeli Maſſilienſe* GESN. Ind. p. 113.

*Siler montanum* TRAG. p. 877. abſque icone. GESN. Hort. p. 264. *b.* DOD. Purg. p. 484. Pempt. p. 310. bon. ic. CLUS. Hiſt. p. CXCV. Pann. p. 694. H. OX. III. p. 276. Umbell. p. 8. Semen 80. *a.* 80. *b.* MAGNOL. Char. p. 163.

*Libanotis ſterilis* Ic. ad Dioſc. RUELL. L. III. c. 70.

*Seſeli quod vulgo ſiler montanum cognominatur* GESN. Hort. p. 281.

*Liguſticum* MATTHIOL. p. 745. CAM. Epit. p. 505.

*Siler montanum officinarum* LOB. Ic. p. 737. RAJ. p. 439. Syll. Exter. p. 237.

*Sermontanum* CAES. L. 7. c. 32.

*Liguſticum verum Dioſcoridis* TAB. p. 79. non bene.

*Seſeli ſ. ſiler montanum vulgare* I. B. III. p. 168.

*Liguſticum, quod ſeſeli officinarum* C. B. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 42. It. VI. p. 459. It. VII. p. 514.

*Seſeli* BLAKW. T. 426.

*Laſerpitium foliolis lanceolatis integerrimis petiolatis* LINN. Cliff. p. 96. ROYEN. p. 102.

β Varietas

*Siler montanum anguſtifolium* PARK. p. 909. C. B. RAJ. p. 439. Syllog. p. 37.

*Liguſticum quod ſiler montanum anguſtifolium* I. R. H. GARID. &c.

Minime rarum in rupibus apricis Helvetiae. In adſcenſu ad *Dolaz*, *Thuiri*, *Creux du Vent*. In ſupercilio ſcopuloſo lacus *Brienzerſee* ſupra *Interlachen*: Simili loco ad lacum *Rivarium* SCHEUCHZ. In pratis inter *Vettis* & *Melimpſch* HUBER. In *Rhaeticis* & *Abbatiſcellanis* alpp. I. GESNER.

Radix craſſa, ramoſa, ſetacea corona tecta, valde aromatica. Caulis craſſus, brachiatus, ab uno ad ſex pedes altus. Folia ampliſſima circumſcriptione, glabra, glauca, ramis pinnatis, pinnis tripartitis, pediculatis, laciniis longe ellipticis. Involucrum univerſale latifolium reflexum, peculiare anguſtum & multifolium. Umbel-

 lae

lae ex ampliſſimis. Flos luteus, petala aequalia, bifida MAGNOL.. Semina pulcherrimi odoris, anguſta, longe ovata, coronata.

Aromatica vi procul dubio multas ſuperat, ſed negligitur. Radice alpicolae & inter armentorum potiones utuntur, & ſcopo apophlegmatismi in odontalgia.

## ORDO VIII.
## I. UMBELLIFERAE UT PRIUS.
## I. SEMINE GIBBO.
## II. ALATO.
## I. ALIS DUABUS LATERALIBUS.

## *PEUCEDANUM.*

LINN. n. 212.

Calyx umbellae & generalis & ſpecialis exiguus: Semen proprio, exiguo, calyce coronatum, ſulcatum, ala cinctum. Petala apice reflexo, quaſi cordata.

1. PEUCEDANUM pinnis duplicato pinnatis, foliis latiuſculis, longe trifidis.

An *Seſelis genus in pratis paluſtribus* GESN. Coll. p. 107.
*Siler alterum pratenſe* DOD. p. 310. bene, HOFMAN.
*Seſeli pratenſe Monspelienſium* LOB. Ic. p. 738. PARK. H. OX. III. p. 287.
*Silaum quibusdam flore luteolo* I. B. III. p. 170. BOERH. MAGN. Char. p. 160.
*Seſeli pratenſe, ſilaus forte Plinio* C. B. Baſil. p. 49. P.
*Seſeli I. pratenſe*, MORIS. Umbell. p. 17. ſemen *U. u.*
*Seſeli pratenſe* RIVIN. T. 57. DILLEN. RUPP. &c.
*Siler pratenſe* ZWING. p. 694.
*Angelica pratenſis apii folio* I. R. H. & aut. de Par. p. 388.
*Peucedanum foliis pinnatim diviſis laciniatis, oppoſitis* LINN. Cliff. p. 94. ROYEN. p. 98.
II. *Saxifraga anglicana facie ſeſeli pratenſis Monspelienſium* LOB. Ic. p. 784.
*Hippomarathrum, foeniculum ſylveſtre, Mium* TAB. p. 67.
*Saxifragia Anglorum folio foeniculi latioribus, radice nigra, flore candido, ſemine foeniculi, ſimilis Silao* I. B. III. p. 171. ex LOB.
*Seſeli pratenſe noſtras* PARK. MOR. III. p. 287. PLUKN.
*Saxifraga Anglicana facie ſeſeli pratenſis* RAJ. p. 453. qui recte utramque varietatem conjunxit.

Minime rara in pratis paludoſis: v. g. inter *Seelhofen* & *Belp*, inter *Nidau* & *Biel*, circa *Neocomum* &c. Baſileae in pratis M. *Muteti.*

Caulis brachiatus, erectus. Folia ampliter & cum raritate diviſa, coſta lata, pinnarum paribus tribus, aut quatuor. Pinnarum diviſio denuo conjugata. Pinnulae primae trifidae, deinde ſimplices, ultimae laciniae latae, longe fere ellipticae, lanceolatae, nervo notabili, atrovirentes, ſubtus pallidae. Umbellae ramos terminant, Generale involucrum nullum, aut unifolium, pro particulari multa foliola latiuſcula. Semina craſſa, magna, ita profunde tribus lineis ſulcata, ut alata videantur. Tubae breviſſimae. Petala revoluta, linea media diviſa, ex albo virentia.

Dicitur diuretica eſſe & ad calculum valere, tum ſemen, tum radix.

* PEUCEDANUM Germanicum audio naſci *a la Tour d'Aix* monte ſupra *Aquilegiam* poſito. Sed fama nondum certa eſt.

2. PEUCEDANUM pinnis duplicato pinnatis, foliis anguſtis, breviter trifidis.

*Cyminum equinum* TRAG. p. 429. Ita C. B. ſed deſcriptio eſt breviſſima.
An *Paſtinaca nigra ſylveſtris* CORD. Hiſt. l. c. 42.
An *Liguſticum herba ferulacea* GESN. Hort. p. 264. *b.*
*Carvifolia* I. B. III. p. 171. C. B. Baſ. p. 47. RAJ. p. 415. ex Syllog. ext. p. 87. VAILL. T. 5. f. 2. Sed haec icon *Selini I.* ſimilior eſt.
*Angelica tenuifolia* RIVIN. T. 18. DILLEN. RUPP.

C. B. in arenoſis ad pontem *Monchenſteinenſem.* Ex ejus horto habeo, & ex Germania.

Folia Selini 3. habitus laxior. Caules bicubitales, brachiati, Calyx univerſalis nullus: peculiaris exiguus & reflexus. Semen late ſemiovale, ſulcis tribus inciſum, alis vero duabus lateralibus magnis. Petala lutea, apice reflexo. Tubae rectae, breves. Addit I. B. „ radices longas, odore viroſo, petala hinc ex luteo pallida, inde rubra.

*SELI-*

# *SELINUM.*

LINN. n. 210.

*OREOSELINUM* T. T. 169. & *THYSSELINUM* T.

Semen planiuſculum, ſtriatum, alatum, marginatum: Petala regularia, cordata. Involucrum utrumque multifolium, & univerſale quidem reflexum, peculiare patulum, notabile utrumque, prima ſpecie excepta, quae poteſt ad Peucedanum referri.

1. SELINUM radice fuſiformi multiplici, involucro univerſali nullo.

Ob inſuperabiles in quatuor plantis, quarum unam, dixi, tres vero recenſebo, difficultates, moneo ſynonyma, quae hic appoſui, ad ſequentem plantam pariter referri poſſe.

*Siler aquaticum* RUELL. L. 2. c. 145.
*Olſenichium* CORD. L. II. c. 98. THAL.
*Herba pro Meo picta a Dod.* GESN. ad CORD. p. 135.
*Daucus quidam paluſtris* GESN. Hort. p. 256.*b.* planta DOD. (niſi potius, ob loci natalis ſimilitudinem, pertinet ad n. 3.)
*Daucus paluſtris* EI. Tab. Coll. p. 73?
An *Apio ſativo ſimilis ad lacum felinum* EJ. Epiſt. p. 93?
*Apium ſylveſtre ſ. Thyſſelinum* DOD. p. 699. radios nullos habet.
*Thyſſelinum Plinii* LOB. Ic. p. 711. neque iſte, H. OX. III. p. 317. Umbellif. p. 42. ſemen 32. 32. folium T. 10. ad ſequentem. I. R. H.
*Apium ſylveſtre Dodonaei, Thyſſelinum quorumdam, planta lacteo ſucco turgens, locis humidis proveniens* I. B. III. p. 188. cum icone aliena.
*Apium ſylveſtre lacteo ſucco turgens* C. B. RAJ. p. 413.* Syllog. exter. p. 66.
*Thyſſelium* RIVIN. T. 19.

In pratis paludoſis inter *Ebrodunum* & *Grandiſonium* prope lacum, menſe ſeptembri. Radix fit ex multis in diverſa recedentibus bulbis cylindricis. Caulis erectus, vix ramoſus, cubitalis, & ultra, atropurpureus, ſtriatus. Folia non ampla, neque rara, pinnis pinnarum pinnatis, ultimis laciniis ſemibifidis & ſemitrifidis, lateſcentibus, linea diviſis. Involucrum univerſale nullum, aut paucifolium, peculiare ex multis foliis anguſtis. Umbellae denſae. Petala ex albo rubentia, ora media elevata. Tubae reclinatae, perſiſtentes. Semina majuſcula, tribus alis exiguis percurſa, lateralibus vero faciebus planis latiſſimis, breviter caeterum ſemiovata. Radicem acerrimam eſſe, & alvum movere lego, ut lac ejus pro ſcammonio eſſe poſſit.

2. SELINUM radice fuſiformi multiplici, involucro univerſali ampliſſimo.

Huc refero herbam GESNERI, MORISONI & RIVINI, ad primum numerum excitatam. Ex Germania, & a STAEHELINO habeo, a priori abunde diverſum.

Folia laxiora, ampliora, Peucedani primi: umbella univerſalis magnis & reflexis foliis caudatis ſuccincta, peculiaris latis pariter & longe caudatis. Flores etiam albi. Umbellae laxiores.

3. SELINUM leviter lacteſcens, radice unica.

An haec potius *herba a Dodonaeo pro Meo picta* CORD. p. 135. cum in icone radix pingatur unica? & adeo
*Olſenichium* CORDI L. II. c. 98.
II. *Seſeli paluſtre* CAM. Hort. p. 159.
*Seſeli paluſtre lacteſcens acris foliis foeniculaceis ſapore fervido* I. B. III. p. 188. RAJ. p. 414.*
*Seſeli paluſtre lacteſcens* C. B. Prodr. p. 85. P. PARK. H. OX. III. p. 317. Umbellif. p. 43. ſemen 33. 33.
*Libanotis ſ. ſeſeli paluſtre lacteſcens acris foliis ferulaceis, flore albo, ſemine lato* H. OX. III. p. 310. cum iisdem ſynonymis.
*Thyſſelinum anguſtifolium* RIVIN. T. 20. RUPP.
*Thyſſelinum paluſtre* I. R. H. T. aut. de Par. p. 367.
*Selinum paluſtre leviſſime lacteſcens* LINN. Cliff. p. 92. Lapon. n. 100. ROYEN. p. 106.
III. *Seſeli pratenſe tenuifolium ſ. Daucus pratenſis tenuifolius* C. B. Baſil. p. 49. Prodr. p. 85. P. MOR. III. p. 287. Ita ex notis HAGENBACHIANIS. In horto ſicco non adfuit.
*Seſeli pratenſe tenuifolium* PARK. RAJ. p. 453.* VOLC.

In paludoſis circa *Mathod.*: in torfaceis *Gumlingenſibus* ad rivum. C. B. in pratis paludoſis *Michelfeldae.*

Succus totius plantae albus, acris, fervidus. Radix unica, craſſa, lignoſa. Caulis trium, & quatuor pedum altitudine, brachiatus, ſulcatus. Folia radicalia ampliſſima, pedalia, pinnarum pinnis pinnatis, pinnulis quadrifidis, aut bifidis, ultima trifida, planis omnibus, longe ellipticis, acutis, & multo, quam priori, anguſtio-

ſtioribus. Umbellarum involucrum utrumque album & viride, lineatum, latifolium, reflexum. Semina minutam coronam habent, lata caeterum, margine lato alata. Petala alba, media linea elevata.

Radice pro apophlegmatiſmo utuntur Lapones LINN.

4. SELINUM pinnis pinnatis, pinnulis appendiculatis, circumſerratis, triangularibus.

Confuſiſſimae plantae ecce aliqua ſynonyma.
I. *Dauci tertium genus* FUCHS. p. 233.
*Libanotis Ferulacea nigra* GESN. Hort. p. 264 *b.*
*Seſeli Peloponnenſiacum aliud* GESN. Hort. p. 281.
*Daucum II.* MATTH. p. 780. CAM. Epit. p. 537.
*Daucus ſecundus ſelinoides* LOB. p. 720.
*Libanotis Theophraſti nigra* TAB. p. 108.
*Libanotis altera quorumdam, aliis cervaria nigra* I. B. III. p. 165. RAJ. p. 413.
*Daucus montanus apii folio major* C. B. Baſ. p. 45. ZWING. p. 554.
*Libanotis nigra Theophraſti* H. OX. III. p. 318.
*Libanotis nigra ſ. ſaxifraga venetiorum* MOR. Umbell. p. 42. ſemen n. 33 *a.* 33 *b.*
*Cervaria* RIVIN. T. 12. DILL. RUPP.
*Oreoſelinum apii folio majus* T. aut. de Par. p. 510. I. R. H. GARIDEL. p. 343. ic. 116. (non placet) MAGN. Char. p. 169.
II. *Seſeli II. montanum Pannonicum* CLUS. Pann. p. 691. Hiſt. p. CXCIII. eadem utitur icone, qua LOBELIUS, ſed diſtinguit plantam ſuam, RAJ. p. 438.
*Valde bonae nomine miſſa, Libanotidis ſecundae quorumdam ſ. cervariae nigrae ſpecies* I. B. III. p. 167.
*Duucus ſelinoides maximus* PARK. p. 898. ex CLUSIO.
III. *Daucus campeſtris apii folio* C. B. Prodr. p. 77. PARK. RAJ. p. 449. ZWINGER. p. 554. omnino.

C. GESNERUS in *Albio* & *Badae*. In *Muteto* C. B. Ibi & in *Crenzacho* I. B. In montibus circa *Genevam* RAJUS & in *Saleva*. Ego paſſim reperi, v. g. proxime *Mathod* ſupra vineas, inter *S. Chriſtophle* & *Champvent*; in adſcenſu M. *Falconarii* &c. I. G. mecum in M. *Leiterberg*, uti in Valeſia ad vias paſſim reperi, Varietatem III. C. B. legit in pratis *Michelfeldenſibus*.

Radix praelonga, craſſa, circulis inſcripta, plena ſucco reſinoſo odorato, cum ſetacea corona. Caulis brachiatus 3 & 5 pedum. Folia perampla, circumſcriptione triangulari, pinnis pinnatis, rariuſculis, pinnulis una ad baſin, aut duabus appendicibus praeditis, extrema ſemitrifida, figura in omnibus fere triangulari, margine inaequaliter circumſerrato: inferne rugoſa caeterum, & durae carnis. Calyx univerſalis ex paucis foliis caudatis fit, particularis ex multis & gracilibus reflexis. Flores regulares, petalis in media ora elevatis, apice revoluto, alba, extus purpuraſcunt. Semina gratiſſime odorata, modice gibba, ſulcata, alata, ovata. Odor vires promittit. Sed obſervationes non reperio. Cataplaſma ad Podagram habent BRESLAVIENSES.

* *Panaces Aſclepium* DOD. p. 308. &c.
*Libanotis ferulae folio & ſemine* C. B.
*Libanotis folio ferulae* C. B. *ſeu Panax Aſclepium* MUR. p. 537.

In M. *Huetliaco* autumno floret MURALT.

Radix alba, longa, odore Iridis Florentinae. Folia minute diviſa, glabra, ferulae fere, ſuperius quam inferne viridiora, longis pediculis nixa, alis diviſa obpoſitis. Flores parvi lutei. Semen longum, Ferulae, amarum.

Quam plantam velit MURALTUS, non dixerim, ſed ſuſpicor dicere eum de Selino noſtro n. 4.

5. SELINUM pinnis ad angulos obtuſos pinnatis, pinnulis inciſis, non ſerratis.

*Dauci ſecundum genus* TRAG. p. 445. omnino, cum comparet Petroſelino.
*Polychreſtum* CORD. II. C. 125.
*Apium montanum, Oreoſelinum* GESN. Hort. p. 247 *b.*
*Oreoſelinum* CLUS. Pann. p. 694. Hiſt. p. CXCV. RIVIN. T. 8. bene RUPP. &c.
*Oreoſelinum ſ. Veelgutta* DOD. p. 696.
*Oreoſelinum ſ. Petroſelinum* LOB. Ic. p. 707.
*Libanotis* ναρθηκοειδὴς THAL. p. 71?
*Apium montanum nigrum* I. B. III. p. 104. RAJ. p. 413.
*Apium montanum folio ampliore* C. B. Baſ. p. 46.
*Oreoſelinum majus* H. OX. III. p. 317. Umbell. p. 41. ſemen 31. 31. folium T. 10.
*Oreoſelinum apii folio minus* I. R. H. aut. de Par. p. 216. SCHEUCHZ. It. II. p. 138.
*Selinum foliolis ovato acutis acute ſerratis & inciſis* LINN. Cliff. p. 92. ROYEN. p. 106.

II. *Apium*

II. *Apium montanum Dalechampii* LUGD. p. 702. I. B. III. p. 103. RAJ. p. 449.*
*Apium montanum folio tenuiori* MOR. Umbell. p. 24.
III. *Oreoſelinum Pariſienſe* LUGD. p. 702. huc revocat I. B.

C. GESNER in *Legerberg* M. & *Badae* Epiſt. p. 107 *b*. C. B. in M. *Mutets*, *Crenzach*, & *Michelfeldae*, (foliis ibi tenujoribus I. B.) Idem I. B. in *Rhaetia* prope *Curiam*, in M. *Thuiri*. RAJUS non procul *Geneva*. SCHEUCHZER in M. *Maloja*. Ego ſuper *Biennam auf der Paſſgartflüh*, & in *Valeſia* inter *S. Leonhard* & *Siders*. In M. *Leiterberg* I. GESNER.

Radix conica, aromatica, reſinam fundens, ſetacea corona capillata. Folia circumſcriptione perampla, pinnata, ad angulos rectos & rectis majores. Pinnulae ſemi quinquefidae, ſemitrifidae, irregulariter, extrema tridentata: nigra omnia, orisque non dentatis. Caulis ramoſus, brachiatus. Umbella rarior. Calyx uterque multifolius, gracilis. Petala cordiformia, regularia, alba.

Et haec & prior medicis viribus pollet, ſed exiguo utraque in uſu eſt.

## *ANGELICA.*

LINNAEI n. 218.

*IMPERATORIAE* Sp. T.

Involucrum totale nullum, aut una, paucaeve ligulae. Peculiari vero multae ſunt, ad decem, graciles eaedem. Seminis latae alae laterales, cuique binae, medii eminentis nuclei ſulci terni. Flos aequalis, petalorum apice introflexo. Tubae longae, globulum gerunt.

1. ANGELICA foliolis aequalibus, ovato lanceolatis, ſerratis LINN. *Cliff.* p. 97. ROYEN. p. 103.

*Angelica* BRUNF. III. p. 66. CAES. L. 7. c. 48. RIVIN. T. 17.
*Angelica ſylveſtris* TRAG. p. 422. non male, FUCHS. p. 125. MATTH. p. 1171. CAM. Epit. p. 900. DOD. p. 318. LOB. Ic. p. 699. MOR. Umbell. p. 9. RAJ. p. 434.
*Angelica in uliginoſis* CORD. DIOSC. L. 3. c. 79.
*Angelica aquatica* GESN. Hort. p. 247. Coll. p. 58 *b*. C. B. Baſ. p. 47.
*Angelica minor aquatica* TAB. p. 81.
*Angelica ſylveſtris magna vulgatior* I. B. III. p. 144.
*Angelica ſylveſtris major* C. B. Baſil. p. 47. H. OX. III. p. 280. ZWING. ZANICH. p. 16. ic. 278. non bene.
*Imperatoria pratenſis major* I. R. H. aut. de Par. p. 342.
β *anguſtifolia* RUDBECK. p. 96.
γ *Angelica ſylveſtris montana* TAB. C. B. ZWINGER. &c. Omnino videtur,

Frequens in aquoſis; Sed in ſicca etiam & petroſa alpium adſcendit.

Radix craſſiſſima, brachiata, odore ſingulari, ſucco reſinoſo turgida. Caulis craſſus, pollicaris, brachiatus, ad humanam uſque altitudinem elevatur. Vaginae ventricoſae, maximae. Folia pinnata, pinnis denuo pinnatis, pinnulis pene ovatis, circumſerratis, quarum media inpar ſemper major eſt. Umbella ampliſſima, & denſiſſima. Petala mucronata, integra, leviſſime inaequalia, plerumque rubella.

Haec ſpecies minus grata, etſi nihilo debilior (I. B.), in officinas non recipitur. Morbum a tumore oris interno in equis ortum, hac radice pota curari vidit I. B.

## *IMPERATORIA.*

LINN. n. 230.

*IMPERATORIAE* T. Sp. T. 168.

Involucrum univerſale nullum, particulare multifolium, ſed gracile, & nonnunquam obſcurum. Semina ovata, parum gibba, leviſſima, ſtriata, ora explanata in aciem, duabus ergo alis lateralibus ornata, etſi neget RIVINUS. Petala apice reflexo, modice inaequalia.

1. IMPERATORIA MATTH. p. 775. CAMER. *Epit.* p. 532. cum charactere TABERN. p. 82. I. B. III. p. 137. MORIS. *Umbellif.* p. 10. ſemen 83. 84. RAI. p. 436. RIVIN. T. 7. LINN. *Cliff.* p. 103. ROYEN. p. 110. BLAKWALL. T. 279.

*Aſtrantia & angelica* BRUNF. III. p. 65.
*Aſtrantia* GESN. Tab. Coll. p. 61. DODON. Purg. p. 500. bene, Pempt. p. 320. CLUS. Hiſt. p. CXCVII.
*Smyrnion hortenſe* TRAG. p. 433.
*Laſerpitium Germanicum* FUCHS. p. 763.

*Struthium hodie vocatum* CORD. Hiſt. L. II. c. 10.
*Aſtrantia vulgo dicta, vel imperatoria* GESN. Hort. p. 249.
*Imperatoria oſtrutium* LOB. Ic. p. 700.
*Herba Rena* CAES. L. 7. c. 49.
*Imperatoria major* C. B. I. R. H. MUR. p. 536. SCHEUCHZ. It. II. p. 136. MAGN. Char. p. 168. GARID. Ic. 55.
*Imperatoria ſ. Aſtrantia vulgaris* PARK. MOR. III. p. 278.
II. Certo eadem eſt
*Imperatoria alpina* CAMER. Epit. p. 533. cum mala icone, I. B. III. p. 139. PARK. ZWING. p. 714.
*Imperatoria minor* C. B.
*Imperatoria alpina anguſtifolia* H. OX. III. p. 278.
III. An ſatis diverſa?
*Imperatoria alpina maxima* I. R. H. *latiſſimo folio* SCHOL. PAR. p. 168. MORIS. III. p. 278.
Et IV. *Imperatoria alpina rotundifolia* SCHOL. PAR. l. c. MORISON. l. c.

SCHEUCHZER in *Maloja* & *Rhaetiae* montibus. Ego circa *Teufelsbrük* verſus *Urſelen*, & in valle hujus nominis HUBERUS. In alpp. *Glaronenſium* I. GESNER.

Radix valens, aromatica. Caulis craſſus, ramoſus, cubitalis. Folia ampliſſima, margine obiter plicato, pinnis ſemitrilobis, & ſemibilobis, ora acute circumſerrata. Flos albus: tubae breviſſimae: ſeminis odor grate aromaticus.

Acris, alexipharmaca reſolvit coagula, ſudorem movet & urinam: &, majori copia adſumta, etiam alvum. Manducata inter praeſtantiores eſt apophlegmatismos. Clyſter ad partum pellendum efficax eſt BLAIR. Radix hyeme effoſſa, carminativa eſt, febrifuga, pondere dimidiae drachmae ſumta. In morbis pectoris lentis laudatur, ad quartanam, & partus movendos a BRASSAVOLA p. 560. & BUCHWALD. p. 152. Maximi radicem fecit HOFMANNUS *de Med. Offic.* p. 334. ad omnes morbos frigidos, hydropem, quartanam, menſes pellendos, colicam, morbos flatuoſos, refrigerationem ventriculi. Ad urinam pellendam infuſum unius unciae expertus laudat CHOMEL, ad pectoris morbos mucoſos, & ipſam Peripneumoniam BAGLIVUS infuſam cum melle. Ad vermes, ſi mater radicem ſumſerit, ex vulgari experimento valere ait BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* p. 137.

## ORDO IX.

## I. UMBELLIFERAE. II. SEMINE PLANO. IN MARGINE ALATO.

## *PASTINACA.*

T. T. 170. LINN. n. 232.

Folia ſub utravis umbella omnino nulla. Semen planum, margine foliaceo cinctum, petala integra, acuminata, apice revoluto.

1. PASTINACA foliis ſimpliciter pinnatis LINN. *Cliff.* p. 114. ROYEN p. 154.
*Siſer ſylveſtre* FUCHS. p. 753.
*Sylveſtris Paſtinaca* TRAG. p. 439.
*Paſtinacae vulgo dictae ſylveſtre genus* GESN. Hort. p. 271.
*Paſtinacae genus erraticum umbellis luteis* CAM. Epit. p. 507. abſque icone propria. GESN. Coll. p. 94 *b*.
*Paſtinaca latifolia ſylveſtris* DOD. p. 680.
*Paſtinaca quae ſponte oritur* CAES. L. 7. c. 55.
*Elaphoboſcum erraticum, Branca Leonina* TAB. p. 77.
*Paſtinaca germanica ſylveſtris quibusdam Elaphoboſcum* I. B. III. p. 149.
*Paſtinaca ſylveſtris latifolia* C. B. Baſ. p. 46. H. OX. III. p. 314. Umbell. p. 39. RAJ. p. 409. T. aut. de Par. p. 125. I. R. H. MAGN. Char. p. 168. ZANICH. p. 204. ic. 298.
*Paſtinaca* RIVIN. T. 6.
β *Paſtinaca latifolia, peculiaris, ſylveſtris* JUNGERMANN.
γ Sativam cum hac conjungit RIVINUS & LINNAEUS.

Omnino frequens in gramineis, ruderoſis, ad vineas &c.

Radix brachiata, ſed macilenta. Caulis ad virilem magnitudinem adſcendit. Folia longiſſima, pinnis breviter petiolatis, conjugatis, ſemitrilobis, varie circumſerratis, lucida caeterum & nitida. Umbellae rariores, longis bacillis fiunt. Petala lutea. Semen odo-

odoratum. Semine ob vim mitem, emollientem, cum ſucco Glycyrrhizae in pilulas redacto, ad calculum & veſicae ulcera mitiganda, multum utebatur BOERHAAVIUS. Sylveſtrem tamen acriorem eſſe, urinam, menſes, & foetum pellere, ait BUCHWALD p. 193. Annoſas paſtinacas venenatas eſſe, vetus eſt traditio, vide CONSTANT *de* REBEQUE Obſ. 51. &c.

## *SPHONDYLIUM.*

TOURN. T. 170.

*HERACLEUM* LINN. n. 231.

Generalis umbella foliolum unum, duove ſubjecta habet, aut nulla, peculiaris anguſta aliqua, ad ſex, inaequalia, capillaria. Umbellae ampliſſimae. Semina hilo exciſa, pene cordata, plana, marginata, quatuor ſtriis picta, foliacea. Petala in floribus exterioribus valde inaequalia, & difformiter cordata, in intimis fere regularia, apice reflexo, margine eminente, ut inciſus videatur. Tubae rectae, parum diſtantes.

1. SPHONDYLIUM pinnatum, pinnis hirſutis, ſemiquinquefidis.

*Acanthus Germanica* FUCHS. p. 53.

*Branca urſina* TRAG. p. 437. male, GESN. Tab. Coll. p. 63 *b*.

*Sphondylium* MATTH. p. 791. Ita I. B. Verum icon omnino recedit. CAM. Epit. p. 548. mala ic. DOD. p. 307. optime. GESN. Hort. p. 282 *b*. Tab. Coll. p. 108 *b*. CAES. L. 7. c. 54 RAJ. p. 408. RIVIN. T. 4.

*Sphondylium, acanthus Germanica Fuchſii* LOB. p. 703. ex DOD.

*Sphondylium & branca urſina I.* TAB. p. 92. tum *II.* ejusd. ib.

*Sphondylium quibusdam ſ. branca urſina Germanica* I. B. III. p. 160.

*Sphondylium vulgare hirſutum* C. B. Baſ. p. 47. H. OX. III. p. 313. T. aut. de Par. p. 150. I. R. H. MAGN. Char. p. 168.

*Sphondylium I.* MOR. Umbell. p. 38. Folium T. 9. Umbella T. 2. (bene) ſemen 25. 25.

β Varietas

*Sphondylium vulgare hirſutum flore purpureo* BREYNE Prodr. II. p. 98.

Et γ *Sphondylium hirſutum foliis anguſtioribus coſta & pediculo violaceis* T. aut. de Par. p. 365.

δ Et alia

*Sphondylium hirſutum foliis anguſtioribus* C. B. Prodr. p. 83. in pratis Rhaeticis, H. OX. III. p. 313. T. aut. de Par. p. 365. I. R. H. ZWING. p. 722.

*Sphondylium majus aliud laciniatis foliis* PARK. RAJ. p. 408.

*Sphondylium vulgare foliis acute inciſis* BARRELIER. ic. 56.

ε *Sphondylium folio criſpo ſemine oblongo gracili* PLUKN. p. 355. In pratis alpinis SCHEUCHZER.

ζ *Sphondylium hirſutum minus foliis breviter laciniatis ſemine plano* PLUKN. p. 355. T. 63. f. 3.

Nihil frequentius in pratis, ubi celeritate renaſcendi celebre eſt: Varietas anguſtifolia in ſubalpinis reperta, minime diverſa eſt a vulgari.

Caulis inſigniter fiſtuloſus, & ſulcatus, brachiatus. Folia hirſuta, perampla, pinnata, pinnis conjugatis, ſemipinnatis, plerumque ſemiquinquefidis, lobis varie ſerratis. Flores hirſuti, modo albi, modo rubentes.

Inter emollientes numeratur, loco Acanthi, clyſteres ſubit, balneaque. Infuſum fermentatum inde Poloni & Lithuani faciunt, diaeteticum, etiam medicatum, & ſtomachicum PONTANUS, E. N. C. *Dec. II. Ann.* 6. *Obſ.* 60. *Ann.* 5. *Obſ.* 87.

2. SPHONDYLIUM foliis glabris, ſimplicibus, obiter trilobis.

*Sphondylium majus in montibus, Panacis Heraclii aemulum* GESN. Hort. p. 282 *b*.

*Sphondylium alpinum glabrum* C. B. Prodr. p. 83. cum bon. ic. Baſ. p. 47. I. B. III. p. 163. PARKINS. MOR. RAJ. ZWING. p. 722. I. R. H.

*Sphondylium glabrum montanum albo flore* BARREL. ic. 55.

Species eſt diverſiſſima a vulgari: Ad rupes ſylvae *der Geiten* imminentes praecipitio.

Folia glabra, circumſcriptione rotunda, leviter tribus diviſionibus notata, lobo medio obſcure trifido, lateralibus non profunde biſectis, coſta folioſa deſtituta. Flores minores, ſemper albi, & rarior umbella:

3.* An Panax Paſtinacae folio, an Syriae Theophraſti C. B. BURSER *Act. Suec.* p. 503.

Prope *Diſentis* Rhaetiae in umbroſa valle. Quid ſit, minime video.

## T O R D Y L I U M.

T. T. 170.

*TORDYLII* LINN. n. 203. ſpecies.

Semen coronatum, fere rotundum, planum, margine granulato, aut aculeato. Haec princeps nota eſt, cum Caucalis aliquot alas aculeatas habeat.

1.* TORDYLIUM....

*Tordylium Helveticum elatius flore albo* MORIS. III. p. 316. a ZOLLICOFERO miſſum.

„ Simile *Caucalidi majori*, ſed altiſſimo, & ſepedali caule, umbellis majoribus, floribus lacteis, quorum exteriores majores, ſemina paulo majora, limbis tumidis, planis.

An fuerit *Caucalis major ſemine minus pulchro hirſuto* I. B. III. p. 85. Videtur: in Sabaudia certe, non longe Geneva naſci ait.

## ORDO X.

## I. UMBELLIFERAE.

## III. SEMINE ACULEATO.

## C A U C A L I S.

T. T. 171.

LINN. n. 204. pleraeque ſpecies:

Involucrum peculiare quinis, aut pluribus, fit foliis. Univerſale non perpetuum eſt, latifolium alias, alias exiguum & pene nullum. Semina aculeata, aculeis modo vagis, modo in proprias alas ordinatis. Flores alii hermaphroditici, alii mares. Illis in ambitu quidem calyx peculiaris quinquefolius; irregularis, petala cordiformia, valde inaequalia, ut extremum inſigni ratione maximum ſit: Tubae perſiſtentes rectae. Alii interiores, aequales ſunt, neque difformi calyce. His petala pene aequalia, ſemen & tubae nullae.

1. CAUCALIS involucris latifoliis, petalo extremo maximo.

*Lappa agreſtis* TRAG. p. 842.
*Caucalis* DODON. p. 700.
*Caucalidis ſpecies* GESN. Coll. p. *66 b.*
*Dauci genus arvenſe magnis latis &c.* EJ. Coll. p. 73. *a.b.*
*Caucalis albo flore* CLUS. p. CCI.
*Caucalis albis floribus vulgaris* LOB. Ic. p. 728.
*Caucalis, apium arvenſe* TAB. p: 97.
*Caucalis* ακανθοκαρπος *ſive* εχινοκαρπος *ſive* ξανθοκαρπος *minor* THAL. p. 38.
*Caucalis Dodonaei* GESN. Hort. p. 252. LUGD. p. 715. AICHST. Vern. Ord. 8. T. 8. f. 2.
*Myrrhis Lappa Dalech.* LUGD. p. 761.
*Echinophora* πυκνοκαρπος *an Dioſcor. Gingidium* COL. p. 91. ic. p. 94.
*Lappula canaria flore pulchro magno albo* I. B. III. p. 79.
*Caucalis arvenſis echinata magno flore* C. B. Baſ. p. 46. H. OX. III. p. 308. ZWING. p. 590. T. aut. de Par. p. 410. I. R. H. PONTED. Anthol. p. 89. ZANICH. p. 54. ic. 209. male.
*Caucalis* λεπτοφυλλος *flore magno* MORIS. Umbell. p. 33. ſemen 16. 16. *v.* ξ.
*Caucalis albis floribus* RAJ. p. 466.
*Echinophora flore magno* RIVIN. T. 25. bene.
β *Caucalis cicutariae folio umbella candida* VOLC. an differt?

*Baſileae, Genevae, Tiguri* I. B. Circa *Mathod*, & circa *Ivonans* in arvis.

Habitus brachiatus, humilis, diffuſus. Folia tenuiter inciſa, ſubhirſuta. Pinnae & pinnulae conjugatae ſunt, hae vero ipſae latiuſculo nervo pinnularum tria paria recipiunt, modice acuta, ſemitrifida, & ſemibifida. Umbellae latae, perpetuo albae. Involucrum generale trifolium, quadrifolium, inaequale, peculiare tria magna folia habet, reliqua duo vel tria exigua. Semen magnum, aculei longi, debiliores. Tubae cylindricae. Petalum externum mirifice majus.

2. CAUCALIS involucro generali nullo, laciniis foliorum peranguſtis.

An *Daucoides minus* CORD. II. c. 141.
An haec *Caucalidis ſpecies* GESN. Coll. p. *66 b.*
*Caucalis flore minuto* CAM. Hort. p. 36.
*Echinophora tertia* λεπτοφυλλον *purpurea* COLUMN. p. 96.
*Lappula canaria flore minore ſ. tenuifolia* I. B. III. p. 80.

*Cau-*

*Caucalis arvenſis echinata parvo flore & fructu* C. B. Baſ. p. 46. T. aut. de Par. p. 325. I. R. H. PONTEDER Anthol. p. 89.
*Caucalis tenuifolia floſculis ſubrubentibus* RAJ. p. 467.
*Caucalis arvenſis echinata parvo flore* H. OX. III. p. 308.
*Caucalis* λεπτοφυλλος *parvo flore* MOR. Umbellif. p. 33.
*Echinophora* RIVIN. T. 24. bene.

*Baſileae* reperi & circa *Mathod.* I. B. prope *Leurach.*

Caulis erectus, ramoſus. Folia firma, concinna, conjugata, pinnarum confertis pinnulis, coſta latiuſcula factis, ſemipinnatis, laciniis longis, modice bidentatis & tridentatis. Umbellae parvae, rarae: umbellae univerſalis radii modo aliqui, modo nulli: peculiaris exigui, terni, quaterni, unilaterales. Flores, quales in genere dicti ſunt, duorum ſexuum, petala vero, etſi extrema in umbellis majora ſint, minus tamen difformia; in interioribus pariter aequalia. Alae aculeatae: ſpinis brevioribus, & durioribus. Mares copia abundant. Succus plantae lacteſcit.

3. CAUCALIS involucro exteriori anguſtifolio, laciniis foliorum latis, obtuſis.
*Daucoides majus* CORD. Dioſc. II. c. 141. Videtur.
*Dauci ſylveſtris genus* GESN. Hort. p. 291 *b.*
Et *Dauci genus parvum aſperiuſculum* GESN. Tab. Coll. p. 73. videtur.
*Gingidium* CAES. L. VII. c. 22.
*Anthriſcus quorumdam ſemine aſpero* I. B. F. Boll. p. 197. *hiſpido* I. B. Hiſt. III. p. 83.
*Caucalis ſemine aſpero floribus ſubrubentibus* C. B. Phyt. p. 266. Prodr. p. 80. cum icone. Baſ. p. 46. ZWING. p. 589. MAGN. Char. p. 170.
*Cautalis minor flore rubente* H. OX. III. p. 308.
*Caucalis minor prima* MOR. Umbell. p. 30. ſemen 18. 18.
*Caucalis minor floſculis rubentibus* RAJ. p. 468.
*Caucalis* RIVIN. T. 31.
*Daucus annuus minor floribus rubentibus* I. R. H. T. aut. de Par. p. 18.
*Tordylium umbella conferta, foliolis ovato lanceolatis, pinnato laciniatis* LINN. Cliff. p. 90. ROYEN. p. 94.
β *Floribus albis* I. R. H. T. aut. de Par. &c.
γ *Caucalis minor ſecunda* MOR. Umbell. p. 33.
*Caucalis arvenſis humilior ramoſior* MOR. III. p. 338.
*Caucalis ſegetum minor Anthriſco hiſpido ſimilis* RAJ. p. 468.
*Caucalis procumbens* RIVIN. T. 33?
*Caucalis humilis* RIVIN. T. 32?

Prior ubique frequens eſt ad agrorum limites, in ſepibus. Altera circa *Mathod* in arvis.

Caulis aſper, brachiatus, erectus, ad quinque pedes adſurgit. Folia circumſcriptione triangularia, ſubhirſuta & aſpera, pinnata, pinnae ſemipinnatae, ſed latiores, minus inciſae, laciniis latis, leviter ſectis, longiſſimis. Umbellae generalis radius unicus, aut nullus, peculiaris radii fere quini, anguſti. Flores, quales in charactere, ſaepe rubro tincti, utriuſque ſexus. Umbellae exiguae, planae, denſae. Extremorum florum extrema petala pariter, uti n. 2. modice majora. Semina ovata, alata tribus lineis, plenis brevibus aculeis rubentibus.

*Caucalis latifolia* hactenus in Helvetia non eſt viſa. Eam pingit ZWING. ex CAMER. p. 590. nullo nomine addito.

## *SANICULA.*

T. T. 173.

LINN. n. 201.

Semine, calyce proprio, ſexus diſcrimine cum Caucalide convenit: differt petalis integris tridentatis, longis, reflexis, umbellis minimis, diſſitis, globoſis. Involucra univerſalia multifolia, laciniata, peculiaria breviſſima.

1. SANICULA RUELL. p. 460. TRAG. p. 509. CAESALP. L. 14. C. 22. GESN. *Hort.* p. 278 *b.* DOD. p. 140. AICHST. *Vern. Ord.* 6. *T.* 10. *f.* 3. RIVIN. *T.* 30. LINN. *Cliff.* p. 88. ROYEN. p. 93. BLAKWALL. *T.* 63.
*Diapenſia* DORST. p. 105. BRUNF. I. p. 80. CAM. Epit. p. 763.
*Sanicula mas* FUCHS. p. 671. MAGN. Char. p. 173.
*Sanicula vulgo dicta* GESN. Coll. p. 104 *b.*
*Diapenſia f. ſanicula* MATTH. p. 1019.
*Sanicula & Diapenſia* LOB. p. 663.

*Sanicula conſolida quinquefolia* TAB. p. 84.
*Sideritis tertia Dioſcoridis* COL. Phytobaſ. p. 71. ic. p. 72.
*Sanicula mas Fuchſii ſ. diapenſia* I. B. III. p. 639.
*Sanicula officinarum* C. B. Baſ. p. 90. T. aut. de Par. p. 531. I. R. H. MORIS. II. p. 616.

In ſylvis ubique.

Folia ad radicem multa, ad caulem pauca, longe petiolata, nitida, duriuſcula, profunde triloba, lobis lateralibus bipartitis, omnibus vero etiam iterato tridentatis, circumſerratis. Caules nudi, erecti, cubitales. Umbellae ex longis bacillis, diſſitae, peculiares pauciſſimae. Maſculi flores in una ſpica fere viginti, androgyni unus alter aut tres. Petala aequalia, acuminata, pene tridentata. Tubae longae, repandae.

Dudum celebris eſt vi adſtringente, ſiccante, vulneraria, externa, interna: etiam quando ſanguis effuſus reſolvendus eſt.

## ORDO XI.

## I. UMBELLIFERAE.
## I. SEMINE GIBBO.
## II. NON STRIATO.
## I. NON ROSTRATO HIRSUTO.

### *DAUCUS.*

LINN. n. 206.

*DAUCI* T. ſp. 161. pro hac ſpecie.

Nimis evidens eſt character ab involucris generalibus deſumtus, quam ut negligatur: Magna ſunt, aequalia umbellae, polyphylla, foliolis pinnatis, ſurſum cava, & cavam umbellam ſuſtinent,, particularia vero inciſis, non autem pinnatis fiunt foliolis. Semina elliptica, alis ſerratis, Caucalidis, ſed molliora. Flores exteriores valde difformes, petalo extremo cordato & maximo, interiores. regulares ſunt.

1. DAUCUS ſeminibus hiſpidis CLIFF. p. 89. ROYEN. p. 97.
*Paſtinaca ſpontanea* RUELL. L. 3. c. 41.
*Paſtinaca erratica* CORD. Dioſc. L. 3. c. 59. FUCHS. p. 684. TAB. p. 76.
*Staphylinus ſylveſtris* TRAG. p. 442. CAES. L. 7. c. 21.
*Paſtinaca erratica purpureo apice in medio umbellae* GESN. Coll. p. 94 *b*.
Et *Daucus ſylveſtris major* EJ. Tab. Coll. p. 73 *b*.
*Paſtinaca ſylveſtris* MATTH. p. 748. CAM. Epit. p. 508. non vero LONICER. uti putat C. B.
*Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia* DOD. p. 679. MOR. Umbell. p. 31. T. 2.
*Daucus vulgaris* CLUS. p. CXCVIII. obiter. T. aut. de Par. p. 330. I. R. H. PONTED. Anthol. p. 88. ZANICH. p. 85. ic. 190. non bene.
*Genuina ſylveſtris Paſtinaca Dioſc.* LOB. Ic. p. 722.
*Paſtinaca ſylveſtris ſ. Staphylinus Graecorum* I. B. III. p. 62. RAJ. p. 465.
*Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis vel Daucus officinarum* C. B. Baſ. p. 45. HIST. OX. III. p. 305.
β *Umbella tota atro rubente* BREYNE Prodr. Rar. II. p. 59. WEINMANN. T. 458 *b*.
γ *Foliis ſub umbella integris* LOES. p. 189? Quid

Ubique in pratis, ad vias &c.

Radix durior, & gracilior, Carotae tamen odore. Caulis ſolidus, in paluſtribus aliquando ſepedalis, ramoſus & brachiatus. Folia hirſuta, ſubaſpera, plana, circumſcriptione longa, pinnarum numeroſa ſerie, pinnatarum, pinnulis acute, & recta linea, profunde ſemipinnatis. Umbellae ampliſſimae, cavae, corona florum difformium cinctae, plerumque in centro unum alterumve florem ſanguinei coloris habent, aliosque ſanguine tinctos.

Semen eſt inter calida minora, carminativum, laudatur ad menſes, foetum, & calculum pellendum, quo ſcopo infuſum in cereviſia, ut ſimul fermentet, magnopere laudat BOYLE *de Util. Philoſ. Exper.* Exerc. IV. idemque ſemen DETHARDING. app. ad *Cent. I.* E. N. C.

### *LIBANOTIS.*

RIVIN.

Huic generi ſemen villoſum eſt, involucrum utrumque multifolium, ſed minime laciniatum, neque umbella cava, neque flos adeo difformis, ut DAUCO.

1. AN-

1. LIBANOTIS pinnulis circa coſtam decuſſatis.

*Apii montani genus amarum* GESN. Hort. p. 247 *b.*
*Libanotis alba minor ſeu amara* THAL. p. 71.
*Apium petraeum ſive montanum album* I. B. III. p. 105. expreſſa utcumque foliorum decuſſatione. RAJ. Syllog. Exter. p. 66. Hiſt. p. 463.
*Daucus montanus apii folio major* C. B. Baſ. p. 45. in P. *albicans,* ZWING. obiter.
Et *Daucus montanus apii folio minor* C. B. Prodr. p. 77.
*Pimpinella ſaxifraga minor Daucoides ſive ſemine lanuginoſo* H. OX. III. p. 285. conf. *Umbellif.* p. 84.
*Daucus montanus Pimpinellae ſaxifragae minoris folio Dubrienſis* PLUKN. Almag. p. 129. T. 173. f. 1. pro minori varietate.
*Libanotis* RIVIN. T. 36. pro majori, KUPP., BUXB., HEUCHER, WALTHER.

Ex M. *Crenzach*, *Waſſerfall* & *Badae* I. B. ex *Jura* RAJ. Ego paſſim reperi, ſupra *Dornach*, inter *Mümmeliswyl* & *Falkenſtein*, circa arcem hujus nominis, ad lapides circa ſupercilium praecipitii *Creux du vent. Iter Helvet.* n. XLII.

Radix acris, aromatica, conica, corona tecta ſetacaa: Caulis a biunciali ad cubitalem. Folia circumſcriptione ſaepe cubitali, modo latiſſima, modo perangusta, ſemper tamen pinnis pinnatis, primis pinnulis longis, intervallo a reliquis ſecedentibus, retrogradis, & circa originem pinnae primae decuſſatis, uti in *Caro.* Caeterum pinnulae & ipſae pinnatae ſunt, coſta lata, laciniis latiuſculis, modice acutis, trifidis, aut ſimplicibus. Umbellae denſiſſimae, globoſae, conſtant 40. minoribus umbellis. Calyx uterque fit multis, longis, indiviſis ligulis. Semen molliter hirſutum. Flos albus. Petala cordata, paulum inaequalia.

Verum hoc idem ſemen, in eodem M. *Falconario* lectum, maturum, Apii ſimillimum eſt, breve, profunde ſulcatum, vix ullo veſtigio hirſutae naturae ſuperſtite, ut omnino huc pertineat, hoc etiam nomine miſſum a CL. *van* ROYEN, *Apium pyrenaicum Thapſiae folio* I. R. H. Loco tamen movere non eſt viſum, cum alioquin floris, & involucrorum diverſitas non permittant, ut cum Apio relinquatur.

2. LIBANOTIS foliis tenuiſſime pinnatis, laciniis petiolatis.

α Foliis hirſutioribus, brevioribus, craſſioribus, qualem in Baldo ait naſci I. B.
*Daucus montanus breviſſimis & minutiſſimis foliis* C. GESN. Mont. Fract. p. 64.
*Daucus creticus* ID. addend. ad Hort. Germ. p. 256 *b.* & p. 291 *b.* CAM. Epit. p. 536. WEINMAN. T. 458 *d. verus* CAMER. Hort. p. 54.
*Legitimus Daucus Creticus* CLUS. Pannon. p. 700. Hiſt. p. CXCVIII. absque icone.
*Daucus cretenſis verus* LOB. Adverſ. p. 323. obſ. p. 416.
*Daucus Creticus ſemine hirſuto* I. B. III. p. 56. RAJ. Syll. Ext. p. 114. Hiſt. p. 463.
*Daucus alpinus multifido longoque folio ſ. montanus umbella candida* C. B. Baſ. p. 45. P. SCHEUCHZER. It. I. p. 34. ZWING. p. 553.
*Saxifraga multifido longoque folio* MOR. III. p. 273. Umbell. p. 84.
Et *Myrrhis tenuifolia annua cretica ſemine lanugine alba pubeſcente* MOR. III. p. 302.
*Myrrhis annua ſemine ſtriato villoſo incano* MOR. Umbell. p. 44. 67. Semen n. 40. 40. Verum dubium eſt, an hanc voluerit MORISONUS, an alteram foliis teretibus. I. R. H. MILLER &c.
Et *Liguſticum multifido longoque folio* I. R. H.
*Athamanta foliis capillaribus ſemine hirſuto* LINN. Cliff. p. 93. ſi haec eſt.
β Foliis rarioribus, glabrioribus, tenuioribus C. B.
γ An idem *Daucum I.* MATTH. p. 779.
*Daucum* CAMER. Epit. p. 535. &c. Ita ſane LOBELIUS & I. BAUHINUS & van ROYEN.

In M. *Waſſerfall*, *Grandvi* (I. B.) In Genevenſium montibus LOBELIUS & STROBELBERGER p. 181. in *Saleve* I. B. in *Suchet* ID. & *Braulio.* In *Rhaetiae* alpibus & M. *Pilato* C. GESNER. Ego & in Jurae M. variis cacuminibus, & in omnibus alpinis editioribus paſcuis reperi v. g. *Neunenen*, *Scheidek*, *Gotthard.* Circa *Vettis* HUBERUS.

Radix ramoſa, multiceps, perennis. Folia circumſcriptione longa, tenuiter diviſa, in alpibus magis, in Jura minus hirſuta, pinnata, pinnis pinnatis, laciniis ultimis petiolatis, trifidis, ſemper latiuſculis, uti in Dauco. Caules dodrantales, & pedales. Involucrum univerſale quinquefolium, latum, umbella rarior, ex octo minoribus, quarum involucra 4. habent ad 7. latiuſcula folia. Petala cordata, paulum inaequalia. Tubae repandae perſiſtentes. Semina longa, elliptica, convexa, molliter hirſuta.

Odor & ſapor totius plantae acris & aromaticus eſt, qui olei & ſalis volatilis abundantiam indicat, & hujus plantae ſemen verus Daucus eſt, praeſtantior priori, quem in officinas recipi deceret. Mirificam de ejus vi in calculo reſolvendo hiſtoriolam habet HELMONTIUS, & vim lapidificam fontis cujusdam hoc ipſo medicamine repreſſam eſſe narrat.

## ORDO XII.

## I. UMBELLIFERAE.
## I. SEMINE GIBBO.
## II. LONGE ROSTRATO.

# *CHAEROPHYLLUM.*

LINN. n. 226.

*CHAEROPHYLLI* T. 173. ſpec.

Huic involucrum univerſale nullum, particulare latifolium, ex quinque circiter foliolis. Semen ſurſum anguſtum, ſemiconicum, non ſtriatum. Petala ſubrotunda, non diviſa. Tubae rectae, perſiſtentes, ſeminibus continuatae.

1. CHAEROPHYLLUM ſeminibus brevibus, hiſpidis.

*Daucus* λασιοκαυλος THAL. p. 36. THALII I. B. III. p. 58.
*Myrrhis ſylueſtris nova aequicolorum* COLUMN. p. 112. deſcr. p. 110.
*Cicutariae quodam modo ſimilis ſ. chaerophyllo accedens* I. B. III. p. 181.
*Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis* C. B. P. RAJ. p. 469.
Et *Paſtinaca ſylveſtris hirſuta echinato fructu* C. B. ex THAL.
*Cerefolium ſylveſtre annuum ſeminibus brevioribus villoſis* MORIS. III. p. 303.
*Myrrhis annua ſemine ſtriato aſpero brevi* MORIS Umbell. p. 44. Semen 39. 39.
*Caucalis foliis chaerefolii* RIVIN. *T.* 34. RUPP. DILL. BUXBAUM &c.
*Chaerophyllum ſylveſtre ſeminibus brevibus hirſutis* T. aut de Par. p. 187. I. R. H.
*Scandix ſeminibus hiſpidis* LINN. Cliff. p. 101. ROYEN p. 111.
*Myrrhoides* HEISTER catal. hort. 1732.

Circa *Genevam* I. B. ad muros, ubi Cicuta naſcitur. Ego in Germania reperi.

Caules ramoſi, cubitales. Vaginae piloſae. Folia concinna, hirſuta; Pinnarum conjugatarum paria quatuor, totidemque pinnulae. Pinnularum laciniae ſemipinnatae, ſemiſeptemfidae, lobulis & ipſis ſemiquinquefidis, obtuſis. Umbellae valde rarae, exiguae. Calyx univerſalis nullus, peculiaris quadrifolius, latiuſculus. Semina roſtrata, non ſtriata, hirſuta, Tubis rectis, perſiſtentibus. Petala RIVINUS paulum inaequalia pingit, & ſubrotunda.

2. CHAEROPHYLLUM ſeminibus levibus, nitidis, nervo foliorum ſubhirſuto.

*Myrrhis* FUCHSII p. 525. Ita I. B. ſed a noſtra longius recedit.
*Chaerefolium ſylveſtre* TRAG. p. 471?
*Cicutae ſimilis minor* GESN. coll. p. 69.
*Cicutaria* GESNER hort. p. 253 *b.*
*Cicutaria, ſeu cicutaria Myrrhis* THAL. p. 33.
*Cicutaria vulgaris* I. B. III. p. 181. RAJ. p. 429.
*Myrrhis ſylveſtris ſeminibus levibus* C. B. Baſ. p. 48. P. MAGN. Char. p. 171. &c.
*Cerefolium ſylveſtre perenne ſeminibus levibus nigris* MORISON Umbell. p. 47. Semen 41. 41. hiſt. III. p. 303.
*Cerefolium ſylueſtre* RIVIN. T. 43.
*Cicuta major ſ. cicutaria vulgaris* MURALT. p. 527. omnino.
*Chaerophyllum ſylveſtre perenne cicutae folio* T. aut de Par. p. 186. I. R. H. LINN. Lap. n. 104.
β *Flore purpureo* PONTEDER. comp. p. 123.
γ *Latiſſimo* folio, quale in fimetis naſcitur, in horto ſicco C. B. fuit pro *Cicutaria latifolia foetida*, neque aliam puto Baſileae naſci.

Nihil vulgatius in pratis primo vere.

Caulis craſſus, magna fiſtula pertuſus, brachiatus, hirſutus. Folia perampla, vidi cubitalia, pinnis conjugatis, pinnulis ramoſis, laciniis confluentibus, latis, profunde quinquefidis aut quadrifidis, plerumque glabra ſunt, nervis ſolis hirſutis, aliquando vero tota hirta. Umbellae planae, non denſiſſimae. Involucrum univerſale unifolium, aut nullum, peculiare quinque, ſex, ſeptemve foliis latiuſculis fit, quorum exterius longe majus eſt, per aetatem reflexis. Petala alba, leniter emarginata, in exterioribus floribus extremum maximum eſt, reliqua minora, & minima: ſed in interiori parte vmbellae vix vlla diverſitas apparet. Semina nitentia, livida, lente conica, uno ſulco diſtincta, tubam retinent.

Tota planta venenata eſſe videtur, qualem habitus *Cicutae* ſimillimus promittit. Deliria feciſſe lego apud I. B. neque tamen lethalia. Si haec eſt, ad gangraenam dicitur imponi apud Batavos a Cl. BUCHWALD p. 84.

*MYRR-*

## MYRRHIS.

T. T. 173.

*SCANDICIS* ſp. LINN. n. 226.

Cum Chaerophyllo involucris convenit, differt ſeminibus ſulcatis. Petala evidentius cordata ſunt.

1. MYRHIS pinnulis ſemipinnatis, ordinatim decreſcentibus.
   *Myrrhis in viis inter vites* GESN. *coll. p.* 91. Sed *Daucum ſepiarium* p. 73. huc referunt BAUHINI. Utriusque ſolum nomen adeſt.
   *Anthriſcus Plinii* LUGD. p. 791. foliis male glabris.
   *Cerefolium ſylveſtre, Onoſelinum* TABERN. p. 94. bene, pro varietate latifolia.
   *Anthriſcus Plinii quibusdam ſemine longo cicutariae vel chaerophylli* I. B. III. p. 70.
   *Chaerophyllum ſylveſtre* THURN. p. CVI. C. B. Baſ. p. 45. ZWING. p. 512.
   *Cerefolium ſylveſtre* PARK. RAJ. p. 431.
   *Myrrhis annua ſemine ſtriato levi* MOR. Umbell. p. 45. Semen 37. 37. T. aut de Par. p. 214. I. R. H. &c.
   *Myrrhis annua vulgaris caule fuſco* H. OX. III. p. 302.
   *Myrrhis* RIVIN. T. 48.

Vulgaris ad ſepes Helvetiae.

Caulis maculatus, brachiatus. Folia hirſuta, perampla, tenuiſſime pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis acute, parallele, & regulariter pinnatis, ut laciniarum habeant ad decem paria, lingulatarum, ſimplicium: Sed plerumque hae ligulae ita confluunt, ut pinnulas faciant continuas, dentatas, ordinate decreſcentes, uti in Filicibus. Calyx univerſalis modo nullus, modo unum ad quatuor latiuſcula folia. Peculiares lati, monophylli, ſexfidi, octofidi. Umbellae rarae. Semina lata, fulva, obſcure ſtriata, ut inter utrumque genus media ſint. Flos oblongus. Petala in extremis floribus inaequalia, inaequaliter inciſa, in interioribus accurate cordiformia, & aequalia, alba.

2.* MYRRHIS *minor* LOBELII in *Saleva* M. lecta, & repetita a LUGDUNENSIBUS p. 761. STROBELBERGERO p. 181. *Myrrhis minor* dicta C. B. ZWINGERO &c. mihi non ſatis perſpecta eſt. I. B. ſed cum dubio, refert ad ſp. 4. In ſummis vero alpibus planta naſcitur LOBELIANAE non diſſimilis, a priori non ſatis diverſa, licet habitus foliorum magis triangularis videatur, pinnarum numerus major, pinnulae acutiores, & argutius inciſae: Et talem omnino vidi in horto ſicco C. B.

3. MYRRHIS foliis glabris, radice rotunda carnoſa.
   *Cicutaria Pannonica* CLUS. Pann. p. 703. hiſt. p. CC. abſque icone HOFM.
   *Myrrhis cicutaria* TABERN. p. 98. abſque floribus.
   *Bulbocaſtanum coniophyllon* CAM. hort. p. 31.
   *Cicutaria bulboſa* PARK. C. B. Baſil. p. 49. BOCCONE Muſ. di Piant p. 123.
   *Cicutaria odorata bulboſa* I. B. III. p. 183. RAJ. p. 429.
   *Myrrhis tuberoſa nodoſa* κωνειοφυλλον *ſemine ſtriato levi* H. OX. Umbell. p. 45.
   *Myrrhis annua tuberoſa nodoſa* κωνειοφυλλον H. OX. III. p. 302.
   *Myrrhis foetens* RIVINI T. 49. optime. RUPP.
   *Myrrhis tuberoſa nodoſa coniophyllon* I. R. H.
   *Chaerophyllon radice turbinata carnoſa* LINN. Cliff. p. 102. ROYEN. p. 112.

In Helvetia rara, quam fruſtra quaeſivi in prato Sclopetariorum Baſileae, ubi indicatur a C. BAUHINO.

Bulbus rotundus, quaſi Ornithogali. Caulis priorum, hirſutus. Folia longe petiolata, glabra, mollia; pinnarum paria ſex, ſeptem, remota, pinnularum totidem laciniae ad pinnas, breves, latae trifidae, quadrifidae, extremae confluentes. Umbella exigua. Involucrum generale nullum, peculiare quinquefolium, per aetatem reflexum. Semina ovata, pene, ſtriata, uti priori RIVINO, teſte nam in meis, inmaturis, longa ſunt & ſtricta. Petala alba, inaequalia, cordata, pingit RIVINUS.

Radices edules ſunt, Viennae in cibo, vulgo receptae BOCCONE *Muſ. di Piant.* p. 171. ſed non absque noxa, capitis enim dolores facere ait CLUSIUS.

4. MYRRHIS ſeminibus ſtrictis, longiſſimis.
   An *Pityoſpermum* CORD. p. 148 b.
   An *Apii genus paluſtre foliis cicutae latioribus* GESN. coll. p. 59 *b.*
   *Cicutaria alba* LUGD. p. 789.

*Cicutaria quaedam ſemine chaerefolii* CAMER. hort. p. 41. ex LVGD.
Et *Meum Sileſiacum* CAMER. Hort. p. 101. Ita I. B.
*Cicutaria paluſtris latifolia alba* C. B. Phyt. P.
*Myrrhis paluſtris* RIVIN. T. 50.
*Myrrhis paluſtris alba latifolia* I. R. H. MAGN. Char. p. 172. &c.
*Chaerophyllum paluſtre latifolium flore albo* BOERH. p. 70.
β *Flore rubro* LVGD. l. c. C. B. I. R. H. BOERH. &c.
γ Conjunctim
*Cicutaria latifolia hirſuta* I. B. III. p. 182. RAJ. ſyll. p. 97. hiſt. p. 429.
*Cerefolium latifolium hirſutum album & rubrum* H. OX. III. p. 304.
*Chaerophyllum foliis diſſectis, petiolis univerſalibus ramiferis, utrinque membrana auctis* LINN. Cliff. p. 101. ROYEN p. 111.
δ *Myrrhis Broccenbergenſis* THAL. p. 77. VOLC. p. 296.
*Myrrhis montana* SCHWENCKF. p. 142.
*Myrrhis Broccenbergenſis foliis Myrrhidis Italicae flore albo radice craſſa nigra* I. B. III. p. 78.
*Myrrhis paluſtris Hercynica* RAJ. Hiſt. III. p. 257.
ε *Seſeli montanum cicutae folio ſubhirſutum* C. B. Prodr. p. 85. Baſil. p. 49. PARK. p. 902. cum icone p. 906. MOR. III. p. 286. RAJ. p. 452. * & ZWING. p. 695.

In Helvetia minime rara, v. g. *Bernae am Sulgenbach.* In alpibus etiam, & Hercynicis ſylvis frequens eſt: In ſummis rnpibus M. *Neunenen.*

Radix longiſſima, aliquot cubitorum, per intervalla fibrillas emittit. Caulis cubitalis, fiſtuloſus, brachiatus. Folia modo latiſſima, modo anguſtiora, ſubhirſuta, pinnata, pinnis pinnatis, laciniis oblique ſemibilobis, acute circumcrenatis, extremis confluentibus. Umbellae parvae, in brevibus bacillis. Involucrum univerſale unifolium, aut nullum, peculiare ex quinque latis foliis, per aetatem reflexis. Semina praelonga, peranguſta, ſubtiliter ſtriata. Petala alba vel rubra, cordata, omnino modice inaequalia, niſi aequalia fuerint.

## *SCANDIX.*

T. T. 173.

*SCANDICIS* ſp. LINN.

Cum Myrrhide convenit ſemine longo tuba perſiſtente, involucro peculiari quinquefolio. Differt longiſſimo roſtro ſeminis, cujus ima pars tumet, & ſtriata eſt, tum ſexu florum, quorum alii hermaphroditici ſunt, mares alii. Petala noſtrae ſpeciei longa & integra ſunt, in exterioribus floribus valde inaequalia, in intimis fere absque diverſitate. Deinde umbella ſimplex dicenda eſt potius, quam conpoſita, cum duo ſolum ſimul oriantur bacilli, tertiusque ramus ſit: Denique involucri folia pleraque evidentiſſime bicornia ſunt.

1. SCANDIX foliis omnibus tenuiſſime diviſis.
*Scandix* RVELL. L. II. c. 72. CORD. Dioſc. II. c. 168. DOD. purg. p. 502. CAESALP. L. 7. c. 24. MOR. Umbell. p. 47. Semen 52. A. B. C. RIVIN. T. 37.
*Pecten veneris* GESN. coll. p. 95. MATTH. p. 527. CAMER. Epit. p. 302. l. 305. I. B. III. p. 71. bene RAJ. p. 528.
*Pecten veneris ſ. ſcandix* GESN. hort. Germ. p. 271.
*Scandix, Pecten veneris* DOD. p. 701. bona icon.
*Veneris pecten Plinii* LOBEL. ic. p. 726.
*Scandix herba ſcanaria* TABERN. p. 98.
*Scandix ſemine roſtrato vulgaris* C. Baſ. p. 55. H. OX. III. p. 305. T. aut de Par. p. 35. I. R. H. MUR. p. 565.

In agris Helvetiae planioris v. g. *Baſileae* verſus *ſ. Margret:* Tiguri copioſe C. GESNER & MUR. & in vineis I. B. tum *Genevae* in agris.

Caulis pedalis. Folia longa, ſubhirſuta, tenuiſſime diviſa, pinnis pinnatis, pinnulis profundiſſime bipartitis & tripartitis, planis & peranguſtis. Peculiares umbellae pauciflorae. Ovaria longiſſima, uncialia, ſola ima parte ſulcata, reliqua tantum hirſuta. Flores albi.

# GENS XIII.

## II. UMBELLIFERAE.

## II. SEMINIBUS AD PLACENTAM CONMUNEM CONIUNCTIS.

## *ERYNGIUM.*

T. T. 173.

LINN. n. 199.

Placenta modo brevis, modo longe cylindrica, ſine obtuſo, ſquamis ſemina diſtinguentibus. Sub ea foliorum corona, qualia in planta ſunt. Semina teretia, calyce proprio quinquefolio coronata. Petala integra, reflexa, acuta.

1. ERYNGIUM ramoſiſſimum, pinnis foliorum alatis, pinnatisque.
*Eringion* RVELL. *L.* 3. c. 18.
*Eryngium Mannstreu* TRAG. apod. p. 276. 307.
*Eryngium* FUCHS. p. 296. TRAG. p. 871. CORD. Dioſc. L. III. c. 24. CAM. Epit. p. 447. CAES. L. 13. c. 28. TABERN. p. 692.
*Eryngium mediterraneum* GESN. Hort. p. 258.
*Eryngii ſ. cardui odorati ſpecies* GESN. Tab. Coll. p. 75 *b.*
*Eryngium montanum* MATTH. p. 679.
*Eryngium campeſtre* DOD. p. 730. *vulgare* CLUS. Hiſt. p. CLVII.
*Eryngium vulgare* CLUS. Pann. p. 668 I. B. III. P. I. p. 85. C. B. Baſ. p. 104. P. H. OX. III. p. 165. RAJ. p. 384. T. aut. de Par. p. 78. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 146.
*Eryngium campeſtre mediterraneum* LOBEL IC. II. p. 22.
*Eryngium album* EJ. adverſ. p. 368.

In arenoſis Helvetiae circa Baſileam, & ad lacum Lemanum ubique.

Folia ad terram plurima, dura, venoſa, finibus laciniarum in ſpinas terminatis, ampla circumſcriptione triangulari, coſta lata foliacea, ſpinoſa, pinnis undulatis pinnatis, ſed pinnulis cum coſta late confluentibus, laciniis primis pariter ſemipinnatis, acute, & craſſe circumſerratis. Caules brachiati, pene nudi, multas gerunt umbellas. His folia ſubſternuntur, ſimpliciora, anguſtiora, umbella longiora. Placenta & umbella pene rotunda. Petala alba, ſquamae interjectae durae & ſpinoſae.

Radix acris, diuretica eſt, inter aperientes recenſetur, recens praeſtantior. Laudatur ad calculum, ab ipſis AETII temporibus, ad reſolvenda coagula hypochondriorum, ad ſcorbutum, ad quartanam (CRATO apud MONAV. *Epiſt. L. V.* p. 471.) ad menſes pellendos a S. PAULI, pro alimento demum valide nutriente, & aphrodiſiaco.

2. ERYNGIUM foliis ad terram cordatis, ſub umbella pinnatis, ciliatis, copioſiſſimis.
*Edeldiſtel,* ARET. Neſſ. p. 235.
*Eryngium alpinum* GESN. Hort. p. 258. *coeruleum* ID. Tab. Coll. p. 75 *b.* TABERN. p. 693.
*Alpinum coeruleum Genevenſe* (intellige Eryngium) LOBEL. Ic. II. p. 23. *perquam venuſtum echinis Dipſaci* advers. p. 375. ZWING. p. 654.
*Eryngium planum Matthioli* DOD. p. 732. ex LOBELIO.
*Eryngium aliud montanum Dalech.* LUGD. p. 1460.
*Eryngium capite Dipſaci, nobile dictum Geſnero* CAMER. Hort. p. 58.
*Eryngium alpinum latis foliis, magno capite oblongo coeruleo* I. B. III. I. p. 88. RAJ. p. 386. Syllog. ext. p. 122. PLUKN.
*Eryngium alpinum coeruleum capitulis Dipſaci* C. B. H. OX. III. p. 166. HERM. I. R. H.
Icon MERIANAE n. LXXXVIII.

In *Neſſo* ARETIUS, ex *Jugo* M. adlatum vidi. In montibus Genevenſium LOBELIUS, in M. *Thuiri* I. B. Audio etiam ſupra *Vibiſcum* naſci.

Folia ima Cacaliae, integra nempe, pene cordata, ſed longiora, circumſerrata, contra pediculum prominentia: Ad caulem vero magis & magis laciniata ſunt, ultima longa, anguſta, ſemipinnata, pinnis molliter ciliatis. Caulis vix dodrantalis, capite unico; quod longum eſt, cylindricum, obtuſum, ſpinulis gracilibus diſtinctum, ſuccinctum longorum foliorum denſiſſima & elegantiſſima corona. Haec omnia & caput, & folia, in alpibus coeruleo pulcherrimo colore tinguntur, qui tamen non perpetuus eſt: & in aliis ſpeciebus Eryngii pariter reperitur.

3. *Eryngium latifolium planum* in Catalogo habet SCHEUCHZER, ſed locum non addit.

## ISOSTEMONES.

## ORDO III.

### I. FLORE FRUCTUI INNATO.

### II. DIPETALO.

## *CIRCAEA.*

T. T. 155.

LINN. n. 9.

Fructus hiſpidulus, pyriformis, dicoccos, etſi aliquando ſemen alterum abortiat. Ex ſummo fructu calyx bifolius, caducus, per aetatem cum petiolo reflexus, & duo petala aequalia, inaequaliter cordiformia. Stamina duo albis apicibus. Tuba ſimplex.

353 1. CIRCAEA major, foliis longioribus, obiter crenatis.

*Lappa ſylveſtris* TRAG. p. 843.
*Ocymaſtrum verrucarium* GESN. Hort. p. 269. I. B. II. p. 977.
*Herba ignota quam Heliotropium putabam* GESN. Tab. Coll. p. 82 *b*.
*Ocimi foliis herba* EIVSD. ib. p. 92.
*Helxine ſylveſtris ſeu fluvialis* THAL. p. 56,
*Circaea Dalechampii* LUGD. p. 1338.
*Herba divi Stephani* TABERN. p. 730. bon. ic.
*Circaea* AICHST. Aeſtiv. ord. 3. T. 7. f. 1. LINN. Cliff. p. 7. ROYEN. p. 303.
*Solanifolia, Circaea dicta major* C. B. Baſ. p. 51. MORIS. II. p. 617. MURALT. p. 736.
*Circaea Lutetiana* LOBEL Ic. p. 266. ubi flos male pingitur RAJ. p. 401. T. aut de Par. p. 419. I. R. H. MAGN. Char. p. 240.
β *Flore carneo* WEINM. T. 319.

Ad ſepes & in locis umbroſis totius Helvetiae, etiam alpinae.

Caulis erectus, cubitalis, ramoſus. Folia conjugata, longe petiolata, tenera, pene cordata, margine modo integro, modo undulato, modo ſerrato, ſubtiliter hirſuto. Flores ex petiolis unifloris, longa ſerie in ſummo caule. Calyx e viridi rufus. Flos albus, aut carneus. Petioli juniores erecti, per aetatem reflectuntur contra caulem. Cataplasma ad haemorrhoides valet CHOMEL.

354 2. CIRCAEA minima, foliis brevioribus, dentatis.

*Circaea ſylvatica* SCHWENCKFELD. p. 52.
*Circaea Lutetiana minor Danica* LOBEL Ill. p. 89.
*Circaea minima* COLUMN. Ecphr. II. p. 80. I. R. H. SCHEUCHZER It. I. p. 34. RUDBECK. p. 97.
*Solanifolia Circaea alpina* C. B. MORIS. II. p. 617. MURALT. p. 736. ZWING. p. 852.
*Circaea Lutetiana minor* PARK. RAJ. p. 401.
*Circaea Solanifolia minor, coliculis rubris, ſucculentis, fragilibus* MENZEL. Pugill.
*Circaea parva minima* TIT. It.
*Circaea calyce colorato* LINN. Lapon. n. 3. Nam in *Horto* conjungit cum priori, cui conſilio quidem non valde repugnarem.

Paſſim ad arbores putridas, & inter rupes in alpinis v. g. in Neſſi adſcenſu in valle, quae ducit ad *Canderſteg*, circa *Felſenburg*. In M. *Schweizerhacken* I. GESNER. A priori differt teneritate totius habitus, foliis levibus, perpetuo, & profundius per marginem dentatis, brevioribus, & evidentius cordatis.

VALERIANAS non male ſubnecterem, ſed ſtaminum ſingularis proportio cogit alio referre.

## ISOSTEMONES.

## ORDO IV.

### I. SEMINIBUS FLORE CORONATIS.

### III. QUADRIFIDO.

*STELLATAE* BOERHAAVE p. 147.

His ſemina duo conjuncta, ut prioribus, & flos ſeminibus inſidens, tubae duae, aut una bifida. Sed flos monopetalos, quadrifidus, ſegmentis planis, triangularibus, acutis, & ſtamina quatuor: Praeterea commune omnibus eſt caule eſſe quadrangulo, foliorum verticillos habere quaternorum & ultra, viribus demum pollere adſtringentibus.

*SHE-*

## *SHERARDIA.*

DILLEN. nov. gen. p. 96. T. III.
LINNAEI n. 67.
DILLENIA HEISTER Catal. Hort. 1730.

Flores umbellati, foliorum corona ſuccincti. Semina calycem proprium gerunt, in quovis ſemine triphyllum. Tubus longus floris & gracilis, ſurſum lateſcit.

1. SHERARDIA LINN. *Cliff.* p. 33. ROYEN. p. 257.
*Aſterias ſ. ſtellaria monſpelienſium* LUGD. p. 1384.
*Rubia arvenſis* SCHWENKFELD. p. 185.
*Rubia parva flore coeruleo ſe ſpargens* I. B. III. p. 719.
*Rubeola arvenſis repens coeruleo* C. B. *Prodr.* p. 145. Baſ. p. 94. P. H. OX. III. p. 332. RAJ. p. 483.
*Aſperula flore carneo acuto folio* BARREL. Ic. 541. n. 1.
*Aparine ſupina pumila flore coeruleo* T. aut de Par. p. 389. I. R. H. VAILL. p. 14.
β Non differt *Aſperula hexaphyllos purpurea* C. B. RAJ. p. 483. RUPP. MAGNOL. Char. p. 155.
*Alyſſon trigonum Dalech* LUGD. p. 1143. mala icon.
Abunde in agris *Genevae*, *Baſileae*, *Bernae* &c.

Caules ramoſi, humiles, ceſpitoſi. Folia duriuſcula, anguſto mucrone, acute elliptica, nervo inſigni, quaterna & ſena in uno verticillo. Flos purpureus, non, ut veteres, coeruleus. Semen flavum & leve.

## *ASPERULA.*

*ASPERULAE* LINN. ſpecies.

A Sherardia differt, ſemine non coronato, & foliis piloſis, ciliatis, quibus umbella diſtinguitur.

1. ASPERULA foliis ſenis, longis & obtuſis.
*Aſperula coerulea* DOD. Pempt. p. 355. LOBEL p. 801. ex DOD. LUGD. PARK.
*Aſperula flore coeruleo* CAMER. Hort. p. 23. RAJ. p. 483. Syllog. Exter. p. 70.
*Rubeola coerulea erectior elatiorve* I. B. III. p. 719.
*Aſperula coerulea arvenſis* C. B. Baſ. p. 95. MOR. III. p. 332. ZWINGER p. 873. MAGNOL. Char. p. 155.
*Gallium arvenſe flore coeruleo* I. R. H.
*Aparine ſegetalis erecta flore coeruleo* VAILL. p. 15.
β *Flore albo* BURSER, Act. Suec. p. 532. SUTH. BOERH. &c.
C. B. in agris ad *Birſam*: ego in agris, per quos adſcenditur in montem Mutetenſem. RAJ. in M. Saleve.

Caulis ramoſus, erectus, pedalis. Folia ſex & ultra, longa, fine obtuſo, modice gracileſcente. Flos coeruleus, ſtamina in tubo floris. Tubae longe bifida.

2. ASPERULA foliis quaternis, ovato lanceolatis, ramis alternis CLIFF. p. 33. ROYEN p. 255.
*Rubia levis Taurinenſium* LOB. Ic. p. 800. PARK. RAJ. Syllog. p. 225.
*Rubia quadrifolia vel Italica hirſuta* I. B. III. p. 717. RAJ. p. 479.
*Rubia quadrifolia vel latifolia levis* C. B. P. MOR. III. p. 329. ZWING. p. 729.
*Rubia minor quadrifolia atrovirens* BARREL. Ic. 547. non placet, BOCC. p. 83. T. 75.
*Cruciata alpina latifolia levis* I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 132. It. IV. p. 333.
SCHEUCHZER in adſcenſu M. *Blattenberg*, BURSER circa *Lucernam*; Ego circa *Interlachen* abunde. HUBER circa thermas *Fabarias*. In *Furkmat Glaronenſium* GESNER.

Radices ramoſae, perennes, intricatae, rubrae, procul dubio tinctoriae. Caules quadrati, erecti, pedales. Folia cordata, ſed abſque hilo, nervis plantagineis, ſubhirſuta, quaterna. Flores albi, ſtamina nigra, flore longiora.

## *RUBEOLA.*

T. T. 50.

*ASPERULAE* ſp. LINN.

Flos longus Aſperulae, ſed nulla ciliata folia inter flores, qui ſparſim naſcuntur in paniculas

1. RUBEOLA foliis octonis, ſeminibus hiſpidis, ex ſummo caule paniculata.
*Caprifolium* BRUNF. II. p. 15. DORST. p. 63. &
*Hepatica* DORST. p. 145.

*Waldmeiſter* TRAG. apod. p. 313.
*Matriſylva* TRAG. p. 496.
*Aliſmatis genus ſimile rubiae* GESN. Coll. p. 57.
*Alyſſon quibusdam putata* GESN. Hort. p. 246.
*Rubia illa ſylvatica* GESN. Hort. p. 246.
*Rubia ſylvatica aſpera* GESN. Hort. p. 277.
*Aſperula* DOD. Ic. p. 77. RAJ. p. 483. LUGD. ex DOD.
*Aſperula odorata flore albo* DOD. pempt. p. 355. bene
*Aſperula aut aſpergula odorata noſtras* LOB. Ic. p. 801.
*Aſperula odorato flore* CLUS. Pann. p. 686. Hiſt. p. CLXXV.
*Hepatica ſtellata* TABERN. p. 816.
*Rubia ſylveſtris* CAM. Epit. p. 663. male, *levis* ZWING. p. 730. quod ad iconem.
*Rubiis accedens aſperula quibusdam ſ. hepatica ſtellaris* I. B. III. p. 718.
*Aſperula odorata alba* MOR. III. p. 331.
*Aſperula ſ. rubeola montana odora* C. B. P. Baſil. p. 95.
*Aparine latifolia humilior montana* I. R. H. T. aut. de Par. p. 389.
*Aſperula foliis plurimis pedunculo elevatis* LINN. Cliff. p. 33. ROYEN. p. 255.
β *Varietas anguſtifolia humilior* HOFMAN. SCHOL. PAR. I. R. H.

In ſylvis non rara.

Caulis parum ramoſus, erectus, a duabus unciis ad cubitum. Folia ſurſum majora, octona, nervo orisque ſubhirſutis, longe increſcentia, breviter diminuta. Ex ſummo verticillo tres rami, quadriflori, brachiati, nudi, quales aliquando ex inferioribus etiam verticillis lateraliter exeunt. Flores albi, odorati, ſemina rotunda, nigra, in capſula hiſpida. Acido principio, & oleo abundat. Ad aperiendum, ad icterum, ad menſes ciendos, ad anginam, ad vulnera cum inflammatione laudatur, in infuſo. Sal fixus inter omnes alcalina vi excellit GMELIN. *Act. Petrop.* V. p. 286.

2. RUBEOLA foliis quaternis, ſeminibus glabris, floribus umbellatis.
*Rubia parva ſylvatica floſculis paucis violae dilutae colore* GESN. Coll. p. 103.
*Aſperula herba repens* GESN. Coll. p. 61.
*Rubiae ſpecies ſylveſtris multo minores* EIUSD. Hort. p. 277.
*Saxifraga altera* CAES. p. 255. P. ALPIN. Exot. p. 291.
*Rubiola ſaxatilis* CAM. Hort. p. 149.
*Synanchica* LUGD. p. 1185.
*Gallium album minus* TABERN. p. 151. bene
*Galium τετραφυλλον montanum cruciatum* COLUMN. I. p. 297.
*Rubia cynanchica* I. B. III. p. 723. C. B. Baſ. p. 94. MOR. III. p. 330. RAJ. p. 485.
*Rubeola vulgaris quadrifolia laevis floribus purpuraſcentibus* I. R. H. T. aut. de Par. p. 137. ZANICH. p. 227. Ic. 81.
*Aſperula foliis linearibus quaternis ſummis obpoſitis* ROYEN. p. 255.
β *Flore albo* I. R. H. GARIDEL. BUXB.
γ *Synanchia altera Anglica ſ. minor* LOB. Ill. p. 150.

Frequens in pratis ſiccis locisque aridis, v. g. ad ſemitam ſub *Sandrein* ducentem per pratum, in quo fabricae ſunt panni Goſſypini.

Innumerabiles & ramoſiſſimi quadranguli, pedales, cauliculi, ceſpites faciunt perennes. Folia quaterna, ad ortum ramorum florigerorum vero bina, longa, firma, gracilia, acuta. Flores in umbellas ramoſas, in ramis pene aphyllis, ex foliorum alis ortis, naturaliter carnei, picti venis purpureis.

## *G A L I U M.*

*GALIUM* T. LINN. *APARINE* T. T.
*CRUCIATA* T.

Limites nullos invenio: aſperrima enim ſemina per ſucceſſivos gradus degenerant in ſubhirſuta, & levia. Ergo Character petendus eſt, a tubo floris breviſſimo, ut fere rotatus ſit, fructu ſubrotundo ſicco. Illa nota a Rubeola, hac ab Rubia differt.

### ORDO I.
### SEMINIBUS HIRSUTIS AUT ASPERIS.

*APARINE* T. T. 39. LINN. n. 64.

1. GALIUM foliis quaternis, ex ovato lanceolatis, ſeminibus hirſutis, longe petiolatis.
I. *Rubia quadrifolia ſemine duplici hiſpido* I. B. III. p. 718. bona icon et deſcr. MOR. III. p. 329. RAJ. p. 478.* ZWING. p. 729.

II. *Ru-*

II. *Rubia quadrifolia vel rotundifolia levis* C. B. Prodr. p. 145. P.
*Rubia quadrifolia rotunda levis* C. B. apud fratrem III. p. 717. PARK. MOR. III. p. 329. RAJ. p. 478. Syll. Ext. PLUKN. ZWING. p. 729. MURALT p. 730.
III. *Cruciata minor glabra folio molluginis albo* BARREL. Ic. 324.
IV. *Cruciata major villoſa flore molluginis albo* ID. Ic. 323.
*Rubia ſemine duplici hiſpido latis & hirſutis foliis* BOCCONE Plant. rar. Sicil. p. 10. T. 6. f. I. MORIS. III. p. 329. RAJ. p. 478.* Syllog. Ext. PLUKN.
*Aſperula alpina quadrifolia* RUPP. p. 4.

C. B. In *Gotthardo* M. & circa *Eremitanos*. Ego paſſim reperi, circa *Weiſſenburg*, in ſylvis ſupra *Gurnigel*, & in ſylvis M. *Gurten* prope *Bernam*, ubi frequentiſſimum eſt.

Caulis fragilis, pedalis. Folia quaterna, ſubhirſuta, ex ovatis leniter acuminata. Rami florigeri aphylli, ex alis foliorum, ad amplos angulos brachiati, ſaepe trifidi, ramulis trifloris. Semina rotunda, albis pilis hiſpida. Flos albus rotatus, tubae duae, apice globoſo.

2. GALIUM caule erecto, foliis quaternis lanceolatis trinerviis LINN. *Cliff.* p. 34.
I. *Rubia erecta quadrifolia* I. B. III. p. 716. cum mala icone, MOR. III. p. 329. RAJ. p. 478.
II. *Rubia pratenſis levis acuto folio* C. B. Prodr. p. 145. P. I. B. III. p. 716. ex fratre RAJ. p. 478.* ZWING. p. 729.
I. II. *Aſperula levior acuto quaterno folio* RUPP. p. 4.
*Cruciata alpina latifolia levis* I. R. H. MILLER.
*Cruciata erecta anguſtifolia glabra* VAILL. p. 43.
*Cruciata glabra, folio nervoſo rigido, bacca gemella ſicca hiſpida, flore lacteo* BOERH. p. 148.
III. An *Rubia levis linifolia floribus albis montis virginis* SCHEUCH. It. II. p. 140. non autem ſynonyma.
An *Rubia ſylveſtris levis* MUR. p. 624.

I. BAUHINUS *Genevae* & in *Rhaetia*. RAJUS etiam & SCHEUCHZER. in *Rhaetiae* alpibus ad ſaxa. C. B. circa *Thermas Leucenſes* in pratis.

Caules firmi, erecti, bicubitales, alati. Rami frequentiſſimi, ad angulos valde acutos prodeunt. Folia dura, trinervia, obtuſa, quaterna: quae vero floribus ſubſternuntur, ea brevia ſunt & ovata. Rami florigeri ex alis ſupremorum foliorum, ramoſi, paniculam ſpicatam, denſamque gerunt. Semina albo villo tecta. Flos albus...

3. GALIUM caulis angulis, foliique ora, & nervo ſerratis, fructu hiſpido.
*Aparine* RUELL. p. 546. FUCHS. p. 50. TRAG. p. 494. foliis nimis craſſe ſerratis. MATTH. p. 807. CAM. Epit. p. 557. DOD. Purg. p. 59. Pempt. p. 353. optime, LOB. Ic. p. 800. eadem ic., CAES. L. 8. c. 9. LUGD. I. B. III. p. 713. RAJ. p. 484. BLACKW. T. 39.
*Clibenkrant* TRAG. apod. p. 302.
*Aſperugo* CLUS. Pann. p. 686.
*Aparine vulgaris* C. B. Baſ. p. 95. MOR. III. p. 331. T. aut de Par. p. 246. I. R. H.
*Aparine foliis lanceolatis* LINN. Cliff. p. 34. *acuminatis ſcaberrimis, corollis fructu minoribus* ROYEN. p. 255.
β *Flore purpureo* C. B. in *Rhaetia*, ſi quidem hanc vult.
γ *Semine minori* VAILL. p. 14. T. 4. f. 4.

Caulis folia & ſemina rigidis villis hiſpida, quibus veſtibus adhaerent. Caulis ramoſiſſimus, quatuor, & ultra pedes altus, fragilis, marginibus ſaepe eminentibus, ſerratis. Folia circiter ſena, nervo conſpicuo, ſerrata, fine lanceolato, in ſpinulam abeunte. Rami florigeri ex foliorum alis pauciflori, petiolis per maturitatem reflexis. Fructus globoſus, aſper, cum ſimili ſemine nigro levique, vix ſeparabili. Flos ochroleucos. Tubae duae, globulis capitatae.

Aquoſa eſt, ut tota fere in ſuccum abeat deſtillando GEOFROI III. p. 102. Anſeres hac planta ventriculum ſibi repurgare & appetitum augere ait BLAIR. Aquam deſtillatam ad calculum laudant, vix, credo, experti. Cl. GASPARI uſu externo praeſtantiſſimum ſcrophularum remedium facit *Oſſervaz.* p. XVIII.

APARINEN *ſemine levi*, VAILL. p. 14. T. 4. f. 3. in Germania frequentem, non memini me legiſſe in Helvetia.

## ORDO II.
## II. SEMINE LEVI.

### GALIUM.
T. LINN. &c.

4. GALIUM caule ſubaſpero, foliis quaternis & ſenis, ſpinula terminatis.

*Rubia paluſtris parva* GESN. Coll. p. 103.
*Aparine paluſtris levis* THAL. p. 10.
*Rubia parva quadrifolia aquatica* I. B. Font. Boll. p. 202. Videtur.
An *Rubia parva* I. B. III. p. 716.
*Gallium album* TAB. p. 151. an RAJ. p. 481.
*Gallium aquaticum flore albo* BARREL. Ic. 82.
*Mollugo minor paluſtris* MOR. III. p. 331. videtur.
*Aſperula quadrifolia paluſtris* RUPP. p. 4.
*Aparine paluſtris minor Pariſienſis flore albo* T. aut. de Par. p. 246. I. R. H. VAILL. p. 14. LINN. Lap. n. 58.
*Cruciata parva paluſtris procumbens flore albo ſpicato* BOERH. p. 149.

In paluſtribus non raro, ad oras ſtagnorum.

Caulis erectus, pedalis, fragilis, ramoſus, ſubaſper. Folia quaterna, ut tamen etiam quina, & ſena reperiantur, in ortu anguſta, ſed cis finem latiora, acuta, margine glabro, ſpinula terminata. Flores in ramis, qui ex ultimo verticillo oriuntur, brachiati, foliis tantum conjugatis praediti, breviter multiflori, quaſi umbellati eſſent, albi, roſeo tincti. Tuba bicornis, globulis ornata. Fructus globoſus.

5. GALIUM foliis ſenis & novenis, ſubaſperis, ſpinula terminatis.

Difficillima ſynonyma invenio. Ecce aliqua.
*Rubia ſylvatica minor, & aſperior* GESN. Hort. p. 295?
*Gallium album* I. B. III. cum *luteo* folia comparet, non autem ſynonyma.
*Rubia montana anguſtifolia* C. B. Prodr. p. 145. P. RAJ. p. 480.* ZWING. p. 729.
*Gallium album minimum σπανοσπεϱμον* BARR. Ic. 57.
*Gallium album minus* VAILL. p. 78.
*Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis* MORIS III. p. 331. RAJ. p. 481. Synop. III. p. 224.

Vulgare locis ſiccis, ad vias &c.

Caules proſtrati, repentes, inferne hirti, ſuperne glabri, alis eminentibus. Folia a ſex ad novem, inferiora ſubaſpera, ſaepe margine ciliato, ſuperiora glabra, anguſta, parum lateſcunt, evidente ſpinula terminata. Rami florigeri ex alis foliorum, ſubnudi, ramoſi, gerunt umbellas laxas. Tuba profundiſſime bifida, flos albus, ſemina levia minuta, pene rotunda, ſed foſſa tanquam hilo exciſa:

A priori, vel nihil differt, vel minimum
β *Flore rubello.*
*Rubeola ſaxatilis alpina tenuifolia floribus incarnatis* SCHEUCHZ. II. p. 140.

Ego ſub *Geſchinen* reperi, HUBERUS circa *Pliirs*. Eſt omnino varietas.

γ *Rubeola minima alba* MORIS. Prael. p. 302. Hiſt. p. 330.
*Rubeola ſaxatilis alpina* BOCCONE. T. 101.
*Rubeola alpina ſaxatilis tenuifolia* BOCCONE p. 145. RAJ. Hiſt. III. p. 262. SCHEUCHZ. It. II. p. 140.
*Gallium ſupinum multicaule* RUPP. p. 3. DILL. Syn. RAJ. III. p. 224. BUXBAUM.
*Gallium ſaxatile minimum ſupinum & pumilum* IUSSIEU. Mem. de l'acad. 1714. p. 492.

Ad rupes alpinas ubique, non vere diverſum a priori.

Folia margine ſubhirſuto, ſpinula manifeſta terminata, fere ſena. Caules quatuor unciarum, procumbentes. Flores in umbellas ex ſummis ramis eriguntur.

δ Neque differt
*Gallium montanum altiſſimum foliis anguſtis albicantibus* RUPP. p. 3. BUXB. p. 134. WALTH.
An haec *Rubia ſylvatica longioribus & anguſtioribus foliis* GESN. Hort. p. 277.

A I. GESNERO miſſum, etſi diverſum videatur, caule glabro, alis evidentisſimis, durioribus foliis, caule erecto praealto.

5. GALIUM caule ramoſiſſimo, foliis quinis obverſe ovatis LINN. *Cliff.* 34. ROYEN *foliis* habet *pluribus* p. 257.

*Gallium ſaxatile ſupinum molliore folio.* IUSSIEU Memoir. de l'acad. 1714. p. 499. cum icone.
An hoc *Gallium ſaxatile glauco folio* BOCCONE. T. 116. cum foliis obtuſis pictum ſit.

In Gemmio M. juxta lacum *der Daubenſee* ad petras.

Caulis humillimus, vix quatuor unciarum, procumbens, valde ramoſus. Folia circiter ſena, paulatim lateſcunt, tum vero obtuſe terminantur, absque ſpinula. Flores,

res, ex brevibus petiolis, ut a ramis vix recedant, ſpicasque faciant breviculas, ſatis caeterum magni, albique. Fructus pene ovatus, ex duobus ſemicirculis factus.

6. GALIUM altiſſimum, foliis quaternis obtuſis.

*An Gallii genus pravum* GESN. Coll. p. 103. ob folia ſuperne binata.
*Gallium paluſtre album* C. B. Baſ. p. 95. omnino, BUXB. p. 134.
*Cruciata paluſtris alba* I. R. H. RAJ. Hiſt. III. p. 262.
*Molluginis vulgaris varietas minor?* RAJ. Syn. III. p. 224.
*Galium caulibus diffuſis foliis quaternis verticillatis* LINN. Lapon. n. 59. ROYEN. p. 257.

In oris ſtagnorum circa *Mathod* &c.

Caulis praelongus, ad aliquot cubitos, margine ſubaſpero, quatuor alis elevatis. Folia elliptica, quaterna, ſub ramis bina, paulatim lateſcunt, fine lato & obtuſo terminantur. Rami ex alis pene aphylli, brachiati, laxe flores gerunt. Flos fructu multo major & ſociis, colore rubello, ſtamina alba. Fructus exacte ſphaericus, leviſſimus. Tuba profunde biſecta, capitata.

7. GALIUM caule quadrangulo, foliis octonis, glabris, acuminatis.

*Rubia ſylveſtris* FUCHSII p. 281. GESN. Ind. quadr. p. 105. Hort. p. 277. Coll. p. 103. TABERN. p. 789. bene
*Mollugo* DOD. Purg. p. 161. Pempt. p. 354. Icon tamen ſequenti Galio melius convenit.
*Mollugo vulgatior herbariorum, Galion album quorundam* LOB. Ic. p. 802. melius.
*Lappago* CAES. L. 8. c. 10.
*Rubia anguloſa aſpera* I. B. III. p. 715.
*Rubia ſylveſtris levis* C. B. Baſ. p. 94. ZWING. p. 730. cum icone aliena.
*Gallium album vulgare* T. aut de Par. p. 335. I. R. H.
*Mollugo vulgatior* PARK. RAJ. p. 481. MOR. III. p. 330.
*Gallium album latifolium* BLAKW. T. 168. Icon hujus ſimilior eſt.
*Galium foliis pluribus acutis caule flaccido* LINN. Cliff. p. 34. ROYEN. p. 257.
II. *Mollugo montano anguſtifolia, vel Gallium album latifolium.* C. B. P.
*Mollugo montana minor anguſtifolia* MOR. III. p. 331.
β *Gallium triphyllon* FUIREN in Ciſt. Med. BARTH. p. 286.

Ubique frequens ad ſepes.

Caulis quadrangulus, alis elevatis, ſub verticillis tumidus, ad quatuor pedes altus, ramoſus. Folia octona, elliptica, ortu anguſtiori, in obtuſum acumen ſubito contracta, glabra mollia, ſuperne tamen anguſtiora, acutiora. Flores in ramis ramoſiſſimis ex alis foliorum, albi, exigui, paniculatam ſpicam in ſummo caule faciunt.

8. GALIUM caule tereti, fulcrato, foliis octonis, glaucis & obtuſis.

*Rubia ſylveſtris major levior* GESN. Hort. p. 295 *b*.
*Mollugo montana* DODON. p. 354. cum icone, quae pro vulgari poſita eſt. *Dodonaei* THAL. p. 74.
*Mollugo* CLUS. Pann. p. 685. ead. ic. Hiſt. p. CXLV.
*Mollugo Belgarum, mollugo montana Dodonaei* LOB. p. 802. eadem icon.
*Rubia ſylvatica levis* I. B. III. p. 716. RAJ. p. 481.
*Mollugo montana latifolia ramoſa* C. B. Baſ. p. 95. I. R. H.
*Rubia pratenſis minor coerulea* PARK. p. 276. quod ad iconem.
*Mollugo montana latifolia erectior* MOR. III. p. 330.
*Gallium montanum latifolium ramoſum* HERM. PLUKN. Amalth. p. 104. MAGN. Char. p. 154. ZANICH. p. 107. Ic. p. 195.

In ſylvis Helvetiae minime rara, v. g. am *Belpberg*, in via per ſylvam *Bremgarten* verſus *Neuebrük*.

Caulis teres, brachiatus, ramoſiſſimus, ſupra verticillos tumidus, una cum foliis glaucus, idemque ſaepe ſubhirſutus. Folia octona, late elliptica, modice acuminata, ad ramos ſupremos tantum binata: aliquando nervus & margo ſubhirſuti ſunt. Rami ramoſi diffuſiſſimi, ultimo ferunt laxiſſimas in toto genere paniculas florales. Flores albi, odorati. Tubae duae, brevisſimae capitatae. Ludit trifido flore, & quinquefido. Semen rugoſum, utcunque reniforme, ſed rotundius.

Male pro Aſperula odorata in officinis venditur KORONZAY de error. Pharmac.

9. GALIUM foliis octonis, gracilisſimis, confertisſimis, ſpica flava caulem terminante.

*Galion* RUELL. MATTH. p. 1131. CAESALP. L. 8. c. 11.
*Primum Gallii genus* TRAG. p. 492.
*Gallium* FUCHS. p. 196. DOD. Pempt. p. 355. BLAKW. T. 435.
*Gallion* GESN. Coll. p. 78.

*Galium* CAMER. Epit. p. 868.
*Galium luteum* LOBEL. Ic. p. 804.
*Gallium* I. TABERN. p. 150.
*Gallium verum* I. B. III. p. 720.
*Gallium luteum* C. B. Baſ. p. 95. I. R. H. MOR. III. p. 327. RAJ. p. 482. T. aut de Par. p. 197. I. R. H. ZANICH. p. 76. Ic. 110. n. 1.
*Galium foliis pluribus linearibus ramis brevibus floriferis* LINN. Cliff. p. 34. ROYEN p. 256.
Icon MERIAN. LXXIX.

In arvis ſiccis & ad Vias.

Caulis erectus, quadrangulus, ramoſus, pedalis. Folia fere octona, ſicca, robuſta, fragilia, valde conferta, ſaepe reflexa: Rami florigeri ex alis foliorum, ſpicati, erecti, in ſumma planta congeſti, ſpicam efficiunt. Flores exiles, lutei, tuba bicornis, duobus globulis capitata, ſemen breviter reniforme, rugoſum.

Odorata eſt, ſicco quodam odore: lac ſeparat admiſta, & deſtillata ſubito ſtillat liquorem acidum, abſque additamento BORRICH ACT. HAFN. I. *obſ.* 69. Siccat, adſtringit, inpetigines ſanat GESNER *Epiſt.* p. 70. vulneraria eſt: ad epilepſiam in Gallia & Catalaunia vulgo adhibetur CHOMEL.

10. GALIUM foliis quaternis, floſculis in alis confertis LINN. *Cliff.* p. 34. ROYEN. p. 256.
*Crucialis herba vulgo dicta* RUELL. p. 547.
*Gallii ſecundum genus* TRAG. p. 493.
*Cruciata Gallio cognata* GESN. Hort. p. 255 *b.*
*Cruciata Rubiis congener* GESN. Coll. p. 72.
*Cruciata* DOD. Purg. p. 157. Pempt. p. 357. bene, RAJ. p. 479. BLAKW. T. 76.
*Cruciata minor* LOB. Ic. p. 804. ex DOD.
*Crucialis herba* CAES. L. 8. c. 12.
*Gallium latifolium, Cruciata quibusdam flore luteo* I. B. III. p. 717.
*Cruciata hirſuta* C. B. Baſil. p. 95. MOR. III. p. 328. T. aut de Par. p. 191. MAGN. Char. p. 154.

Nihil frequentius in ſepibus, ad vias.

Caulis ad terram repens, deinde erigitur, cum tota planta hirſutus. Folia ex late ovatis acuminata, trinervia, perpetuo quaterna. Pediculi florigeri breves, ramoſi, octiflori, caulem ſuper verticillos arcte circumſtant; Tubae capitatae. Semen rotundum, umbilicali fovea depreſſum, cum capſula ſimili, nitida, rugoſa.

## *R U B I A.*

T. T. 38. LINN. n. 63.

A Galio differt fructu majori, molli, ſemine pulpa tecto (MALPIGH f. 282.) Flores frequentius, quam in reliquis, quinquefidi, & ſexfidi, ut quadrifidi rari ſint.

1. RUBIA foliis ſenis, ſuperficiei perenni.
*Rubia altera ſponte proveniens* RUELL. L. 3. c. 71.
*Rubia erratica* TRAG. p. 497.
*Rubia ſylveſtris vera* CORD. Sylv. p. 221.
*Rubia maxima* LOBEL. Obſ. p. 463.
*Rubia ſylveſtris* CAES. L. 8. c. 8.
*Rubia legitima ſponte naſcens* CLUS. p. CLXXVII.
*Rubia ſylveſtris Monſpeſſulana major* I. B. III. p. 715. I. R. H. aut de Par. p. 528. VAILL.
*Rubia ſylveſtris aſpera quae ſylveſtris Dioſcoridis* C. B. RAJ. p. 480. Syn. III. p. 223. ZWING. p. 728.
*Rubia ſylveſtris aſpera* MOR. III. p. 326.
*Rubia in Ruſſia ſponte naſcens* STRAHLENBERG.

Pro icone, vide ſativam, v. g. apud DODON. p. 352. neque enim ſativa aliter differt, quam mollitie, quam a cultu habet, vitaque annua, quae noſtrae perennis eſt RAJ. Ad viam, qua a *Leuca* verſus *Rhodani* pontem deſcenditur.

Caules aliquot cubitorum, ramoſiſſimi, anguloſi, ſerratis angulis, Folia ſena, longe elliptica, lente acuminata, lucida, margine ſerrato. Flores ex alis foliorum in paniculas, magni, lutei. Tubus floris longior, ut fere campaniformis ſit, ſtamina ex imo tubo. Tubae duae capitatae. Bacca rotunda, nigra.

Radices rubrae & tinctoriae ſunt, comminutae prius in pollinem, nomine *Crapp.* Ex ea indole vim tenuem & aperitivam odoratus eſt C. HOFMANNUS: Tenuium etiam partium eſſe confirmatur, quod urinam rubro colore tingat ETTMULLER in SCHROED. p. 87. etiam manubus tractata CARDAN. *de ſubtil. Exerc.* XVIII. & ipſa ſuum

oſſa

oſſa, quae fecibus paſtae ſunt a tingendo ſuperſtitibus BELCHIER in *Phil. Transact.* Merito ergo vulneraria eſt, ad caſum ab alto laudatur, & decoctum anti ictericum SYDENHAMI ingreditur, quum pariter & tenuitate ſucci ſaponacea reſolvat, & adſtringente terra vaſa expedita firmet.

## *C O R N U S.*

TOURN. T. 410. LINN. n. 80.

Fructus baccatus, ſubrotundus, fartus oſſiculo biloculari, coronatur calyce quadrifido, petalis quatuor, longe acuminatis, ſtaminibus quatuor ex apice ovarii ortis. Tuba ſimplex, apice craſſiori. Folia conjugata. Vides a Rubia non longe abeſſe.

1. CORNUS mas, quam CORDUS L. III. c. 30. CLUSIUS p. 13. & CAMERARIUS ſpontaneam eſſe dicunt in *Thuringia*, nonniſi hortenſem novi.

2. CORNUS umbellis involucro multo longioribus LINN. *Cliff.* p. 38. ROYEN. p. 249.

*Thelycrania* GESN. Ind. p. 127.
*Cornus femina* RUELL. L. I. c. 71. GESN. Coll. p. 71. LOB. Ic. II. p. 169. TABERN. p. 1046. RAJ. p. 1591. T. aut de Par. p. 260. I. R. H.
*Sanguinea virga* GESN. Hort. p. 278.
*Frutex quem hartriegel vocant* TRAG. p. 1003. cum icone p. 1004.
*Virga ſanguinea* MATTH. p. 260. CAMER. Epit. p. 158. foliis nimis acutis, DOD. p. 782. cum floribus male pictis.
*Sanguen* CAES. L. 3. c. 26.
*Cornus femina putata virga ſanguinea* I. B. I. p. 214.
Icon MERIAN. n. LXVII. cum malo nomine.
β *Foliis ternis* PONTED. Comp. Tab. p. 156.
γ *Foliis variis* BOERH. MILL.

Frequens ad ſepes.

Frutex decempedalis. Virgae longae, per aetatem ſature rubentes, unde nomen. Folia conjugata, cruciata, ovata, cum parvo acumine, margine integro, ad nervos depreſſa, ex atro virent. Ex alis foliorum petioli aphylli, qui umbellam floralem praeferunt. Involucrum umbellae nullum. Calyx minimus. Petala alba. Bacca rotunda nigra, parum pulpoſa, oſſiculum ſimilis figurae. Fructus amariſſimus eſt, & ſtypticus. Oleum ad lucernas inde apud Tridentinos parari MATTHIOLUS.

## ISOSTEMONES.
## ORDO V.
## I. FLORE FRUCTUI INNATO.
## I. MONOPETALO.
## II. QUINQUEFIDO.

## *O P U L U S.*

T. T. 376. LINN. n. 246.

Alii flores in extrema umbella ſteriles ſunt, (CAMER. *Epiſt. de ſex. plant.* p. 26.) extremo ſegmento maximo, obſcuriſſimis notis ſtaminum ſignati, alii interiores, minores, magis regulares, longiori tubo, craſſis quinque apicibus in breviſſimis pediculis, tuba tribus punctis notata: his ovarium ſub flore eſt, rotundum, ſucculentum, unico foetum ſemine plano, rotundo, hinc hilo exciſo, inde roſtrato, ut duo mirer numerari a CAESALPINO.

1. OPULUS RUELL. l. c. 105. T. aut. de Par. p. 215. I. R. H. LINN *Cliff.* p. 109. ROYEN. p. 243.

*Sambucus aquatica* TRAG. p. 1001. MATTH. p. 1269. CAM. Epit. p. 977. bene, cum charactere. LOB. Ic. p. 201. non bene, I. B. I. P. I. p. 552.
*Sambucus aquatica Tragi* GESN. Coll. p. 704.
*Sambucus paluſtris vel aquatica* GESN. Hort. p. 278 *b.*
*Lycoſtaphylon* CORD. Hiſt. L. 3. c. 3.
*Sambucus paluſtris* DOD. p. 846.
*Sambucus aquatica ſ. roſea* TABERN. p. 1029.
*Sambucus alia in paluſtribus* CAES. L. III. c. 4.
*Sambucus aquatica flore ſimplici* C. B. Baſ. p. 110. PONT. Anthol. p. 278.
*Sambucus aquatilis vel paluſtris* RAJ. p. 1586.
*Opulus vulgaris fructifera* VAILL. p. 1722. p. 272.
β Degeneratio, in qua flores omnes difformes, & ſtaminum atque tubarum tantum quaedam rudimenta, umbellae vero globoſae ſunt. (CAM. l. c. p. 26.)

*Lyco-*

*Lycoſtaphylos maſcula* CORD. Hiſt. 3. c. 35. Sylv. p. 223.
*Sambucus aquatica hortenſis* GESN. Hort. l. c.
*Sambucus arbor roſea* AICHST. Vern. Ord. Frut. T. X. f. 1.
*Opulus flore globoſo* I. R. H.
*Opulus florifera nec fructifera* VAILL. l. c.

Prior ad ſepes rivis imminentes vulgo creſcit.

Frutex ſepedalis, ligno albo fragili. Folia conjugata, trilobata, acerna, lobis lateralibus obiter bipartitis, omnibus raris, & longis dentibus ſerratis. Scapus umbellae aphyllos.

Umbella lata, plana, flores albi, baccae rubrae.

## *C A P R I F O L I U M.*
T. T. 379.

*CHAMAECERASUS* T. T. 378.

In noſtris baccae binatae, quarum una ſaepe abortit, conjunctae, rotundae, fere tripyrenae, ex apice vero praeferunt calycem proprium quinquedentatum exiguum, & florem tubuloſum, ex tubulo fiſſum, in ſegmentum ſuperius revolutum, quadrifidum, inferius ſimplex, lingulatum. Stamina duo ex parte floris inferiori, tria ex ſuperiori, hirſuta, flore longiora, inaequaliter diſpoſita. Tuba ſimplex, apice tumido. Alia genera conjungit LINNAEUS, & ante eum IUNGIUS, flore diverſa, quae nobis nulla ſunt, neque neceſſe eſt mutare nomen claſſicum.

1. CAPRIFOLIUM floribus geminis, foliis ovatis, lanuginoſis, integerrimis.
*Halimus* TRAG. p. 994. abſque icone.
*Periclymenus minor* GESN. Coll. p. 95. *b.*
*Periclymeno cognatus ſylveſtris frutex* ID. Hort. p. 271 *b.*
*Xyloſteum* DODON. Purg. p. 265. Pempt. p. 412. RIVIN. monop. Irreg. T. 119.
*Allobrogum Periclymenum; ſive Periclymenum rectum* LOB. p. 633. bene
*Frutex in alpibus Corno ſimilis* CAES. L. 3. c. 26.
*Periclymenum rectum* TABERN. p. 899.
*Xyloſteum floribus albis vulgatius* AICHST. Vern. Ord. frut. T. 9. f. 2.
*Periclymenum rectum fructu rubro* I. B. II. p. 106. (dele *& nigro*) PARK. RAJ. p. 1491.
*Chamaeceraſus dumetorum fructu gemino rubro* C. B. Baſ. p. 108. I. R. H.
*Caprifolium erectum minus Xyloſtei Dodonaei ſpecies* BARREL Ic. 511.
*Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis obtuſis integris* LINN. Cliff. p. 98.

Nihil vulgatius in ſepibus & dumetis.

Frutex ſexpedalis. Cortex ramorum ſature rubens, ſubhirſutus. Folia conjugata, absque inpari extremo, margine integro, ex ovatis acuminata, mollia, ſublanuginoſa. Ex foliorum alis pediculi breves, biflori, calyx externus bifolius. Flos albidus, lanuginoſus, ſiccus. Semen unicum facit ERNDL. app. ad E. N. C. *Vol.* 3. p. 142. peſſime, tria enim & quatuor in una bacca ſunt, conpreſſa, roſtrata, rubra.

Vulnerariam eſſe, decoctum ad anginas prodeſſe lego, ſed nullo in uſu eſt.

2. CAPRIFOLIUM floribus geminis, foliis oblonge ovatis, integerrimis.
*Chamaeceraſus montana* GESN. poſt Cord. p. 213 *b.* Hort. p. 252 *b.*
*Peryclemenum rectum* III. CLUS. Hiſpan. p. 94. TABERN. p. 900.
*Periclymenum rectum quartum* CLUS. Hiſt. p. 59. bene, cum flore & fructu.
*Xyloſteum alterum* DOD. p. 412. ex CLUSIO.
*Chamaeceraſus alpigena* LOB. II. p. 173. ex CLUSIO.
*Idaea ficus noſtra vulgo frangula* LVGD. p. 200. & denuo p. 201. ex LOB.
*Xyloſteum alterum Dodonaei* AICHST. Vern. Ord. Frut. T. 9. f. 1.
*Chamaeceraſus Geſneri vel Chamaepericlymenum quoddam Alpinum* I. B. II. p. 107.
*Chamaeceraſus alpina fructu rubro gemino duobus punctis notato* C. B. P. ZWING. p. 251. I. R. H.
*Chamaeceraſus alpina fructu gemino duobus punctis notato* C. B. Baſ. p. 108.
*Peryclymenum rectum fructu rubro* RAJ. p. 1492. *ſingulari majore* PARK.
*Xyloſteum folio ceraſi* RIVIN. Mon. Irr. T. 120.
*Lonicera baccis bifloris concretis floribus bilabiatis* ROYEN. p. 238.

In montanis non rara. In *Albio* M. *Glaronae* & circa *Thermas fabarias* C. GESNER. In *Saleva* & *Thuiri* M. I. B. Circa *Wallenburg* & in *Waſſerfall.* C. B. Ego copioſe reperi in adſcenſu *Gemmii* a *Kanderſteg*, in adſcenſu M. *Falconarii*, in M. *Hengſt* vallis *Emmiae* &c. Circa villam der *Höckler* I. G.

Frutex humilior, cubitalis & ultra. Folia majora, longe ex ovatis acuminata, ſubhirſuta, ſubaſpera, non ſerrata. Fructus bini, rubri, oblongi, confluentes in unam bac-

baccam ovalem bifidam, florum reliquiis quaſi ocellis notatam. Semina intus fere octo adoleſcunt, in univerſum ovalia, hinc convexa, linea media depreſſa diſtinguuntur, inde concava ſunt, cum eminente linea. Flores ſimiles ſpeciei 1.

3. CAPRIFOLIUM floribus geminis, foliis longe ellipticis nervoſis.

*Chamaeceraſi montani ſpecies alia* GESN. add. ad p. 214. & add. ad hort. p. 252 *b.*
*Orchocarpi genus* CORD. Syl. p. 223.
*Periclymenum rectum fructu coeruleo* CLUS. Pann. p. 85. I. B. II. p. 108. ex CLUSIO, PARK. RAJ. p. 1492. PLUKN. HERM. ZWING.
*Periclymenum rectum* III. CLUS. Hiſt. p. 58. HOFM.
*Periclymenum rectum* IIII. TABERN. p. 900. cui flores ex primo adpinxit.
*Chamaeceraſus montana fructu ſingulari coeruleo* C. B. T. Schol. Bot. I. R. H. BOERH. TILL.
*Xyloſteum folio ceraſi* RUPP. p. 203. ex ſynonymis, ſed icon RIVINI priori melius convenit.
*Lonicera pedunculis bifloris, bilabiatis, bacca ſingulari globoſa integerrima* ROYEN. p. 239.

C. GESNER circa *Curiam Rhaetorum.* Ex alpibus *Bernenſibus* habeo, locum ignoro.

Frutex quatuor cubitorum. Folia duriora, longe elliptica, venoſa. Fructus didymus, ſemidiſtinctus, niger, multo, quam ſequenti, major.

4. CAPRIFOLIUM floribus geminis, foliis ſerratis.

*Periclymenum rectum* II. CLUS. Hiſpan. p. 92. 93. Hiſt. p. 58. LUGD.
*Periclymenum rectum* II. *Sabaudicum* TABERN. p. 899.
*Periclymenum rectum folio ſerrato* I. B. II. p. 107. ex CLUSIO, ZWING. p. 251.
*Chamaeceraſus alpina fructu nigro gemino* C. B. SUTH. I. R. H.
*Periclymenum rectum fructu nigro* PARK. p. 1462. RAJ. p. 1491. Syll. p. 200.
*Xyloſteum alpinum folio alni* RUPP. p. 203.
*Lonicera pedunculis bifloris baccis diſtinctis foliis ſerratis* ROYEN. p. 238.

Legi in M. *Dolaz.* GAGNEBIN circa *Ferrarias* officinas vallis *Erguel.*

Durius, humilius quam n. 2. Folia glabra, ex ovatis acuminata, nervoſa, nervo medio & lateralibus parallelis albis. Fructus niger, aliquando ſolitarius, rotundus, non ovatus exigui ceraſi, quando alter abortiit, plerumque vero gemellus niger (ſemper gemellum eſſe ait ERNDL. l. c.) transverſim latus, totus ſucculentus: ſemina ovalia conpreſſa, parva, in multa pulpa latent.

5. CAPRIFOLIUM floribus racemoſis.

*Caprifolium* RUELL. I. c. 94.
*Lienenblumen* TRAG. apod. p. 306.
*Periclymenum* FUCHS. p. 646. TRAG. p. 822. GESN. Coll. p. 95 *b.* Hort. p. 271 *b.* TABERN. p. 897. BLAKW. T. 25.
*Periclymeni primi generis primum* CLUS. Hiſt. p. 57. obiter.
*Caprifolium Germanicum* DOD. p. 411. T. aut. de Par. p. 322. I. R. H.
*Periclymenum non perfoliatum ſeptentrionalium* LOB. p. 633. ex DOD.
*Periclymenum Germanicum* AICHST. Vern. Ord. 9. T. 4. f. 3. RIVIN. T. 121.
*Periclymenon plurimis non perfoliatum* I. B. II. p. 104.
*Periclymenum non perfoliatum Germanicum* C. B. &c.
*Periclymenum ſ. Caprifolium vulgare.* PARK. RAJ. p. 1490. MAGNOL. Char. p. 314.
*Lonicera floribus capitatis, terminatricicibus floribus omnibus diſtinctis* LINN. Cliff. p. 58. ROYEN. p. 237.
β *Foliis quercinis* MERR.
γ *Foliis variis* PLUKN.
δ *Foliis ſinuoſis & variis* I. R. H.
ε *Floribus rubellis ſpecioſioribus* MILL.

Minime rarum ad ſepes calidioris *Helvetiae,* circa *Genevam, Morgiam* &c. *Baſileae* etiam, & in ſylva *Bremgarten* haud procul *Bernam.*

Frutex ſcandens, ſex pedum; Folia glauca, glabra, longe ovata, obtuſe acuminata, diſtincta. Summi caules terminantur congeſtorum fructuum ſpica, ex verticillis ſenatis. Calyx fructuum indiviſus, quaſi diadema. Flos magnus, ſpecioſus, flavus, aliquando ſubruber, gratiſſimi odoris, unde topiarius frutex eſt.

Aqua pro ophthalmica, & parum pellente habetur. Ad cruris ulcera uſus eſt IOH. A VIGO.

## *SAMBUCUS.*

T. 376. LINN. n. 247.

Calyx in ſummo ovario campaniformis, quatuor aut quinque denticulis inciſus. Flos rotatus absque tubo, quinque rotundis ſegmentis. Stamina totidem ex flore inter

ſegmenta prodeunt. Loco tubae duo, ad quadrifidum florem, aut tria ad quinquefidum, fuſca corpuſcula ex calyce eminent. Bacca diſpermos & triſpermos.

462 1. SAMBUCUS arborea umbellatis floribus.

*Sambucus* RUELL. p. 249. FUCHS. p. 64. MATTH. p. 1267. *deſcript.* GESN. *Coll.* p. 104. CAMER. *Epit.* p. 975. CAESALP. *L.* 3. c. 4. *Ic. II.* p. 161. LUGD. TABERN. p. 1028. *hort.* p. 278. DODON. p. 844. 845. LOBEL. BLAKWALL. T. 151.

*Sambucus montana* MATTH. p. 1268. Ic.
*Sambucus vulgaris* TRAG. p. 996. THAL. I. B. I. P. I. p. 544. RAJ. p. 1609.
*Sambucus fructu nigro* C. B. Baſ. p. 109.
*Sambucus fructu in umbella nigro* C. B. T. aut. de Par. p. 357. I. R. H. ZANICH. p. 234. Ic. 265. MERIAN. Icon. LXII.
β *Foliis laciniatis* LOB. Ic. II. p. 164.
γ *Acinis viridibus* aut *albis.*
*Sambuci aliud genus* TRAG. p. 996.
*Sambucus* 2. DOD. p. 844. absque icone.
*Sambucus fructu albo* LOBEL Ic. II. p. 162. PARK. RAJ. p. 1610. VOLC. PLUKN. WALTH.
*Sambucus baccis albis* CAM. Hort. p. 152. I. B. l. c. pro varietate.
II. *Sambucus baccis viridibus* CAMER. ib.
*Sambucus fructu viridi* C. B. Baſ. p. 109.
*Sambucus fructu in umbella viridi* C. B. P. HOFM. HERM. SUTH. SIBB. T. I. R. H. BOERH. RUPP. LIND &c.

Prior ubique frequens eſt, in umbroſis, altera in via a *Baſilea* verſus *Gundeldingen* ad ſepes, extra portam *Eſchenſem* CHERLER, C. B.

Frutex aliquando ad 15 & 20 pedes adſcendit, arboreo caudice: frondoſus, & ramoſus, fragilis, intus cavus. Folia totalia conjugata, ſature viridia, pinnata, extremo inpare, pinnis quinis, ſeptenis, ſubovatis, acutis, & acute ſerratis. Pediculi florigeri aphylli, gerunt umbellas ex ramoſis ramulis. Flos albus, odoratus, tubae fuſcae, baccae ſubrotundae, plerumque per maturitatem nigrae, valde humidae. Semina tria, in conum conjuncta, mucronata, hinc convexa, inde excavata.

Sapor, odor, tinctoria indoles foliorum, vim aliquam medicatam promittit: fructus autem dulcis eſt, blandeque alvum laxat: rob inde conficitur ſaponaceum, reſolvens in morbis chronicis, & pectoralibus, abſque morſu, longo demum uſu. Corticis interioris ſuccus majori doſi alvum ducit, ad unciam dimidiam & integram: turiones etiam violentius, ut ventriculum ſubvertant recentes, vel *conſervati*, non ſine periculo EPH. NAT. CUR. *Dec.* 2. *Ann.* 7. *Obſ.* 170. Sed & ſeminis drachma purgat CHOMEL. Flores in aqua infuſi fere ſemper conveniunt, quando tranſpiratio augenda eſt; ut in morbis exanthematicis. Recentes alvum laxant, ſicci ſudorem pellunt, interne ad ſputum ſanguineum laudantur, ab ILL. WERLHOFIO: Eryſipelas diſpellunt S. PAULI, cum ſero lactis decocti alvum laxant. Aqua ſtillatitia ſudores movet, princeps vehiculum medicamentorum bezoardicorum. Folia trita ad inflammationem uteri, ſed quantum morbum! BOYLEUS commendat.

463 2. SAMBUCUS herbacea floribus umbellatis.

*Hyeble* RUELL. p. 250.
*Ebulus* CORD. Dioſc. L. 4. c. 175. FUCHS. p. 65. MATTH. p. 1270. CAM. Epit. p. 979. DODON. p. 381. LOB. Ic. II. p. 164. TABERN. p. 775. BLAKW. T. 488.
*Ebulus ſ. Sambucus herbacea* I. B. I. P. I. p. 549.
*Sambucus humilis ſ. ebulus* C. B. Baſ. p. 110. RAJ. p. 1611. T. aut de Par. p. 530. I. R. H.

Frequens in areis ſuburbanis, ad vias, & foſſas, ſed in calidiori Helvetia rarior.

Caulis herbaceus, fragilis, ramoſus, cubitalis. Folia Sambuci, longiora tamen, novena, aliquando laciniata, ſemipinnata, aut minoribus pinnulis intercurrentibus miſta. Flos ſimilis, ſemina breviora, bacca macilentior.

Odor acrior & ingratior, ut ſint, qui intus dare non audeant. Noſtri tamen rob baccarum in omni fere morbo chronico feliciter utuntur, reſolvente obſtructa. Vires in ſale eſſe videntur urinoſo, abſque magna acidi portione. Validius Sambuco 1. alvum movet, aquas hydropicorum eliminat, ſive radicis didrachmam cum aqua decoxeris, ſive ſucci unciam dederis, ſive baccas aut earum extractum (CONSTANT l. c. p. 165.) aut ſemen, drachmae pondere, ſed iſtud inclementius DODONAEI experimento, laudatum tamen a NICOLAO CHESNEAU L. 3. n. 3. exhibueris. Sed externo etiam uſu cataplaſma foliorum crura hydropica liberat: cum vino cocta eadem tumorem ſcroti inflammatorium diſſiparunt S. PAULI.

3. SAM-

3. SAMBUCUS arborea, floribus ſpicatis.

*Sambucus ſylveſtris* TRAG. p. 999. 1000. non bene, LUGD.
*Sambucus montana* GESN. Coll. p. 104. MATTH. p. 1267. deſcript. CAMER. Epit. p. 976.
*Sambucus montana acinis rubris tanquam in racemum congeſtis* GESN. p. 278 *b.*
*Sambucus* MATTH. p. 1267. icon.
*Sambucus quarta* DOD. p. 844.
*Sambucus montana racemoſa* LOB. Ic. II. p. 163.
*Sambuci alterum genus in montibus* CAES. L. 3. c. 4.
*Sambucus cervina* TABERN. p. 1029.
*Sambucus racemoſa acinis rubris* I. B. I. P. I. p. 551.
*Sambucus racemoſa rubra* C. B. Baſil. p. 110. RAJ. p. 1610. I. R. H. MAGN. Char. p. 313.

Circa *Tigurum* in *Albio* M. C. GESNERUS. I. B. in *Saleva* M. & *Rhaetia.* C. B. circa *Landskron.* RAJUS circa *Genevam.* Circa *Bernam* paſſim, in ſylva *Bremgarten* inter *Lenggaſſen* & viam ad villam *Hasli*: in ſylvis M. *Belpberg.*

Arbuſcula humilis, quatuor pedum, ſed durior. Folia pinnata, quina, ſeptena, longiora, anguſtiora quam I. argute ſerrata, firmiora. Spica ad ſcapum aphyllon racemoſa, inferne lata. Bacca triſpermos, rubra: flos luteolus ex albo.

## *V I B U R N U M.*

T. T. 377. LINN. n. 245.

Opuli ſitum floris habet, florem vero Sambuci, paulo magis campaniformem. Bacca ovalis, compreſſa, foeta ſemine unico, Opuli ſimili, coriaceo.

1. VIBURNUM foliis ovatis, crenatis, ſubtus tomentoſis.

*Viurna* RVELL. p. 244.
*Kleiner Meelbaum* TRAG. p. 1006. 1007.
*Viburnum* MATTH. p. 217. CAM. Epit. p. 122. GESN. Hort. p. 285 *b.* C. B. Baſ. p. 107. RAJ. p. 1590. T. aut de Par. p. 169. I. R. H. MAGN. Char. p. 312. ZANICH. p. 275. Ic. p. 310. LINN. Cliff. p. 109.
*Viurna vulgo Gallorum & Ruellii* LOB. Ic. II. p. 168.
*Lantana* CAES. L. 2. c. 41. DODON. p. 781.
*Spiraea Theoph.* I. B. f. boll. p. 146.
*Lantana vulgo, aliis Viburnum* I. B. I. P. I. p. 557.
*Viburnum vulgo* C. B. P.
*Viburnum vulgare* VAILL. Memoir. 1722. p. 271.
β *Foliis ternis* PONTED. Comp. p. 153.

Ad ſepes *Genevae*, *Tiguri*, *Bernae*, *Baſileae*, non rarum.

Frutex ſepedalis, frondoſus. Folia conjugata, ovata, leniter acuminata, acute denticulata, lanuginoſa, ſubtus incana. Flores umbellati, ramos terminant, cum minimis foliolis ſub diviſionibus. Ovarium ovatum, conpreſſum, gerit calycem quinquedentatum, exiguum, florem odore non ingrato, ſubrotundis, albis, ſubluteis ſegmentis, Tubam papillarem, craſſulam. Bacca nigra. Edulem eſſe ait I. B.

## PLANTAE ISOSTEMONES.
## ORDO VI.
## II. FLORE PLERUMQUE CIRCA FRUCTUM POSITO.
## I. UNICUM, VASCULOSUM.
## I. FLORE QUADRIFIDO.

## *A Q U I F O L I U M.*

T. T. 371.

*ILEX* LINN. n. 91.

Bacca rotunda, e quatuor tuberculis conjuncta, tetracocca, intra florem. Calycis folia lata quatuor, totidem ſegmenta rotunda. Flores rotati, & ſtamina, & breviſſimae tubae.

1. AQUIFOLIUM MATTHIOL. p. 161. bene CAMERAR. *Epit.* p. 84. cum charactere, GESNER *hort.* p. 247 *b.* LUGD. THAL. TABERN. p. 970. BOOT. ic. 24. BLAKWALL. T. 205.

*Ilex coccifera altera* RUELL. p. 174.
*Aquifolia* TRAG. p. 1067.
*Ilex aquifolia* GESN. Coll. p. 82 *b.*



*Agri-*

*Agrifolium* DODON. Pempt. p. 758. CAES. L. 3. C. 5. RAJ. p. 1622.
*Aquifolium ſ. agrifolium* LOB. Ic. II. p. 153.
*Aquifolium ſ. agrifolium vulgo* I.B. I. P. II. p. 114. T. aut de Par. p. 392. I. R. H.
*Ilex aculeata baccifera folio ſerrato* C. B. Baſ. p. 106.
*Ilex foliis ovatis, acutis, dentatis* LINN. Cliff. p. 40. ROYEN. p. 401.
*Le Houx* Spect. de la natur. II. p. 90.
β *Varietas absque ſpinis praeter mucronem* GESN. epiſt. p. 94. Hort. p. 247 *b*. WEINMANN. T. 241 *b*. MUNTING. Ic. 39. qualem per aetatem & in arborea ſtatura fieri CAESALPINVS ait & I. B.
γ *Echinata folii ſuperficie* I. R. H. vide BARREL. Ic. 518.
δ *Baccis luteis* RAJ. Cat. Angl. p. 9. I. R. H. &c.
ε *Foliis auratis* MUNTING. HERM. I. R. H.
ς *Foliis variis* MERR. MENZEL. I. R. H. WEINM. T. 240 *b*. T. 241. a.

Frequens in ſepibus & dumetis Helvetiae.

Frutex humilis, aliquando tamen in arborem excreſcit, TRAGO teſte, ſeſſilis, frondoſus, hinc ſepibus utilis. Folia dura, laurina, viridiſſima, margine modo ſinuato, modo integro. Flores ex alis foliorum, albidi, in brevibus petiolis arcte congeſti.

Viſcum ex cortice paratur: ſuccus amarus in cereviſia receptus icterum ſanaſſe dicitur. Extus admotum, uti Viſcum, emollit & reſolvit, intus nocet DODON.

## *TRIBULOIDES.*

T. T. 431.

*TRAPA* LINN. n. 899.

Calyx quadrifolius, acutus, per maturitatem induratur, & in quatuor abit aculeos valentes, ovario circumpoſitos. Petala quatuor, ſubrotunda, ſtamina totidem. Fructus roſtratus, tuba recurva, globulo terminata. Intus nucleus ovalis.

1. TRIBULOIDES RUPP. p. 49.
*Caſtaneae aquaticae* RUELL. p. 134.
*Tribulus aquaticus* TRAG. p. 841. cum icone ſcapi fructiferi. CORD. Dioſc. p. 62. GESNER Hort. p. 285. MATTH. p. 975. bona icon cum utriculis, CAM. Epit. p. 715. optime, LOBEL. ic. p. 596. CAESALP. p. 162. I. B. III. p. 775. C. B. RAJ. p. 1321. TRIUMPHETT vindic. p. 87. 88. Ic. 2. cum hiſtoria germinationis, ZWING. p. 826.
*Tribulus lacuſtris* CORD. p. 161 *b*.
*Tribulus aquatilis* DODON. cereal. p. 225. Hiſt. p. 581. cum utriculis.
*Tribulus aquaticus major* PARK. H. OX. III. p. 619.
*Tribuloides vulgare aquis innaſcens* I. R. H. VAILL. &c.

C. GESNER in lacu *Tigurino*, circa *Tungen* & circa *Andelfingen* epiſt. p. 86 *b*. EM. KOENIGIUS in ſtagnis *Hiltelingae*. I. B. inter *Monpelgard.* & *Baſileam.* Ego circa *Gernsheim* in ſtagnis.

Caulis longe per aquam repit, & folia edit pennata, nervo medio & pinnis tenuiſſimis, ſimplicibus, in planum diſpoſitis. Ubi ſuperficiem aquae adtigit, roſam efficit foliorum, ex pediculis ſubhirſutis, qui matureſcente fructu in utriculos intumeſcunt. Folia firma, glabra, ſubtus ſubhirſutis nervis, rhomboidea, primis lineis integris, ultimis ſerratis. In centro roſae flores efferuntur, ex petiolis, dum vigent petala, breviſſimis, qui in adulta planta longe ex aqua adſcendunt ſpicamque gerunt fructiferam. Petala alba.

Edulis eſt fructus & in *Carinthia* & agro *Lemovicenſi* annonae non minima pars eſt, tum crudus, tum in pultam coctus; Aliquando in panem paratur.

## *CUSCUTA.*

T. T. 422. LINN. n. 89.

Calyx tuburoſus, profunde quadrifidus, ſucculentus, coloratus. Flos ſimilis, ex ventricoſo tubo in quatuor triangularia, ſemipetatula ſegmenta inciſus. Stamina ex tubo floris, ad intervalla ſegmentorum, gemellis apicibus. Ovarium breve, quatuor ſulcis inſcriptum, calyce contentum, emittit duas Tubas ſimplices. Intus in duobus loculis ſemina quatuor, rotunda, in quibus plantula convoluta latet TOURNEFORT *voy au Lev. III.* p. 209. Flos & Calyx numero ludunt quinario, quem TOURNEFORTIUS pro legitimo deſcribit.

1. CUSCU-

1. CUSCUTA aphyllos.

α Major

*Caſſutha* RUELL. p. 444. FUCHS. p. 348. DODON. p. 554.
*Androſaces, vulgo cuſcuta* TRAG. p. 810.
*Caſſytha* GESN. Hort. p. 251 *b*.
*Cuſcuta* DORSTEN. p. 100. MATTH. p. 1279. CAMER. Epit. p. 984. CAES. p. 343. RAJ. p. 1903. WEINM. T. 449. *a*.
*Caſſutha Plinii, cuſcuta officinarum* LOBEL. p. 427. LUGD.
*Caſſitha* TABERN. p. 901.
*Caſſuta ſ. Cuſcuta* I. B. III. p. 266.
*Cuſcuta major* C. B. Baſ. p. 63. I. R. H. MURALT. p. 664. ZANICH. p. 75. Ic. 138.

In planiori Helvetia Urticas aliasque ſepium plantas obrepit.

Caulis filiformis, ex terra radicatur, deinde adſcendit convolutus, & emortuis prioribus radiculis novas infigit plantae, qua nititur, ramoſus & implicatis ſui ſimillibus. Flores in pilulas ſeſſiles paſſim circa caulem congeruntur, ad originem junioris ramuli. Tota planta ſucculenta eſt.

β Minor.

*Epithymum* MATTH. p. 1277. CAM. Epit. p. 983. FALLOP de purg. c. 42. DODON. p. 554. CAES. l. c. TABERN. p. 357. COLUMN. Ecphr. II. c. 23. ZWING. p. 982. &c.
*Epithymum graecorum & arabum* LOBEL Ic. p. 427.
*Epithymum ſ. cuſcuta minor* C. B. RAJ. p. 1904.
*Cuſcuta minor* I. R. H. aut de Par. p. 426. VAILL. p. 43. cum charactere.

A priori differt gracilitate filamentorum purpureorum. In *Sideritide Valerandi Dourez* reperi, ad radicem M. *Thuiri*.

Veteres inter purgantia receperunt, ſed debiliora, cum uncia una in infuſione, ſyrupi vero ad ſex uſque requirantur C. HOFMAN. offic. Deinde inceperunt diſtinguere, ut ſequeretur naturam ſtirpium, ad quas ſerpit, neque in omnibus vim nanciſceretur purgantem DODON. *Cereal.* &c. Tandem conpertum eſt, omnino non purgare; ſed pugillum unum ad tres in vino infuſos incidere, tonum ventriculi firmare, hypochondriacis convenire. In morbis chronicis, declinantibus, cachecticis, ſeroſis, multum laudatur a I. FRANCO. Acida natura excellere videtur. Sulfur in ſale fixo reperiri ait GMELIN.

## *PIMPINELLA.*

TOURN. T. 68.
*SANGUISORBA* LINN. n. 82.
& *POTERIUM* LINN. n. 722.

Flores in ſpicas denſas. Calyx bifolius, aut trifolius, ſiccus, ovarii longitudine. Flos ex ſummo ovario in quatuor expanſa ſegmenta *rotata* profunde finditur, & ita perennat, ut ad Apetalas plantas hanc referrem, ſi videretur commode a Plantagine ſeparari poſſe. Stamina in alia ſpecie quaterna, in alia plura, 30. ad 50. Tubae una, vel duae, ornamento plumoſo (MALPIGH. ic. 190.) Fructus ex ovato quadratus, quatuor alis eminentibus ſerratis, interpoſita ſede aſpera. Intus in duobus loculis duo ſemina, hinc gibba, inde plana, acuminata. Etſi ſecunda ſpecies & multa ſtamina, & praeter flores hermaphroditicos etiam mares habeat, & feminas, habitus tamen ſimilis in ſpica adulta rubedo, & virium analogia vetant ſeparari.

1. PIMPINELLA tetraſtemon, foliis oblonge cordatis, ſpica brevi.

*Sanguiſorba major* FUCHS. p. 785. CORD. p. 144. TABERN. p. 109.
*Pimpinella Italica, alterum genus* TRAG. p. 469. 470.
*Pimpinella major ſylveſtris* GESN. Hort. p. 272.
*Pimpinella ſ. ſanguiſorba major* MATTH. p. 103. bene
*Pimpinella ſ. pimpinella major* CAMER. Epit. p. 778.
*Pimpinella ſylveſtris ſanguiſorba major* DOD. p. 105.
*Pimpinella Italica major ſanguiſorba* CLUS. p. CXCVII.
*Sanguiſorba altera major ſ. Pimpinella* LOBEL. p. 719.
*Sideritis 2 Dioſc. major* COLUMN. Ecphr. I. p. 126.
*Sanguiſorba major flore ſpadiceo* I. B. III. p. 120.
*Pimpinella ſanguiſorba major* C. B. Baſ. H. OX. III. p. 264. I. R. H.
*Pimpinella ſpica brevi rubra* MOR. Umb. p. 57. qui primus a Tragoſelinis diſtinxit.
*Pimpinella ſylveſtris* RAJ. p. 402.

In pratis paluſtribus non rara.

Caulis cubitalis erectus. Folia pinnata, nervo rubro, glabro, pinnis alternis ve

 con-

conjugatis, ad ſex ſeptemve paria, extremo inpare, glauca, ſicca, circumſerrata, longe cordata, grandiora quae ultima, ſaepe miſta pinnulis minimis interpoſitis: Spica brevis, denſiſſima, ſature rubra. Flores omnes hermaphroditici, tetraſtemones. Tuba unica.

2. PIMPINELLA polyſtemon pinnis ovatis, ſerratis, ſpica brevi.
*Elatine pampinaria* RUELL. p. 450.
*Sanguiſorba minor* FUCHS. p. 789. CORD. p. 144. TABERN. p. 110. bene I. B. III. p. 113. l. 115.
*Pimpinellae Italicae* I. *genus* TRAG. p. 469.
*Pimpinella vera* GESN. Epiſt. p. 88.
*Pimpinella minor ſylveſtris* GESN. Hort. p. 272.
*Pimpinella ſ. ſanguiſorba minor* MATTH. p. 1034. bene
*Pimpinella ſanguiſorba* CAM. Epit. p. 777. DODON. p. 105.
*Pimpinella* LOBEL. p. 718. CAES. p. 321. BLAKW. T. 413.
*Pimpinella minor Germanica* CLUS. p. CXCVII.
*Sideritis ſecunda* COLUMN. Ecphr. I. p. 123. 124. Semen certe & flos & ſolia conveniunt.
*Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta* C. B. Baſ. p. 48. MOR. III. p. 263. T. aut. de Par. p. 516. I. R. H. ZANICH. p. 210. Ic. 119.
*Pimpinella vulgaris vel minor* PARK. RAJ. p. 401.
*Pimpinella ſpica brevi minor* levis non piloſa *& hirſuta* MOR. Umbell. p. 57.
β *Varietas levis.* C. B. MOR. PLUKN. SUTHERL. I. R. H. TIT. MILL. &c.

Vulgaris ad valla urbium, colles apricos macilentos, primo vere.

Caulis plerumque humilior. Folia ſimilia prioris, nervo tamen hirſuto, & parte aliquando folii inferiori, pinnis potius ovatis, ad decem parita. Spica ſimilis, viret, deinde purpuraſcit. Sed flores alii hermaphroditici ſtaminibus 35 ad 40 praediti, longis, tenerisque filamentis; alii feminae ſunt, minores, quibus ovarium eſt absque ſtaminibus tubaeque duae; alii mares, majores, in una ſpica, absque ovario & tuba.

Molliter adſtringunt vulnerariae, cum blando morſu. Ad haemorrhagias, dyſenterias, mictiones cruentas laudatur, dudum cum Tormentilla conparata a C. GESNERO. Ad eadem laudant ADVERSARIA p. 320. Vernarum infuſionum vinoſarum pars magna eſt ſpecies ſecunda.

## *PLANTAGO.*

PLUKNET. LINN. n. 77.

Calyx quadrifolius, tubo floris aequalis, latis foliolis, ut ſe contegant invicem. Tubus floris cylindricus, ventricoſus, ſiccus, in quatuor ſegmenta triangularia ſicca ad angulum rectum reflexus. Stamina quatuor ex flore eminent. Tuba longa ſimplex. Ovarium intra florem, eſt capſula ovata, conica, quae horizontaliter diſſilit, bilocularis, polyſpermos.

### ORDO I.
### CAULIBUS FRONDOSIS RAMOSIS.
### *PSYLLIUM* T. T. 48.

1. PLANTAGO caule ramoſo, erecto.
*Pſyllium* RUELL. p. 611. CORD. Hiſt. p. 154. cum icone aliena Conyzae. GESN. Hort. p. 274. FUCHS. p. 888. TRAG. p. 167. MATTH. p. 1067. CAM. Epit. p. 811. niſi ſupinum eſt. DOD. p. 115. LOBEL Ic. p. 437. eadem, LUGD.
*Pſyllium herba pulicaris* I. TABERN. p. 145. & II. EJ. ib.
*Pſyllium minus* CAES. p. 331. Ita I. B.
*Pſyllium majus erectum* I. B. III. p. 513. C. B. ZWING. p. 882. T. aut de Par. p. 353. I. R. H. ZANICH. p. 220. ic. 77.
*Pſyllium annuum majus foliis integris* H. OX. III. p. 262.
*Pſyllium vulgare* RAJ. p. 881. Syllog. exter. p. 209.
*Plantago caulifera, Pſyllium dicta, majus erectum* PLUKN. p. 299.

In calidioris *Helvetiae* viis ſabuloſis. *Genevae* I. B. RAJ.

Caulis durus erectus, pedalis, folioſus, ramoſus. Folia conjugata, ſed congeſta, longa, gracillima, aliquot ad oram denticulis, ſubhirſuta. Rami florigeri conjugatim ex alis foliorum, aphylli. Spica brevis, denſa, ſeptiflora. Calyx hirſutulus: flos albidus ex viridi.

Olim ſemen magno in uſu fuit, in infuſo, ſcopo alvum ducendi. Recentiores facile viderunt (v. g. FALLOP. *de purg. ſimpl.* c. 44.) mucilaginem plantae adſtringentis purgare non poſſe, uſi ſunt adeo ad contrarios fines, leniendi, emolliendi, clyſterem nempe in dyſenteriis, infuſionem ad ardores urinae peni injectam (I. B.), potionem ad

vel ad oculorum inflammationes externo uſu. Magna copia adſumtum gluten inter venena numerat BOERHAVIUS. In ardentibus febribus hac mucilagine utuntur Aegyptii P. ALPIN. p. 124. ventremque inde moveri, vel ſudorem pelli adfirmat IDEM. *hiſt. nat. aeg.* I. p. 183.

## ORDO II.
## CAULIBUS APHYLLIS NEC RAMOSIS.
### *PLANTAGINES* T. T. 48.

2. PLANTAGO foliis lanceolatis ſpica ſubovata LINN. *Cliff.* p. 36. ROYEN. p. 401.

*Plantago minor* RUELL. p. 368. BRUNF. II. p. 23. foliis nimis latis. DORSTEN. p. 229. FUCHS. p. 39. GESN. Hort. p. 273. DOD. p. 107.
*Plantago lanceolata* TRAG. p. 225. TABERN. p. 735. I. B. III. p. 505.
*Plantago longa* MATTH. p. 481. CAM. Epit. p. 263,
*Plantago quinquenervia* LOB. p. 305. RAJ. p. 877.
*Lanceola* CAES. p. 328.
*Plantago anguſtifolia major* C. B. Baſ. p. 56. H. OX. III. p. 259. T. aut. de Par. p. 223. I. R. H. MAGN. Char. p. 223. ZANICH. p. 212. ic. III.
*Plantago anguſtifolia quinquenervia* BLAKW. T. 14.
β *Plantago anguſtifolia minor* TAB. p. 732. C. B. Baſ. p. 56. I. R. H. PARK. RAJ. p. 878. H. OX. III. p. 259. S. 8. T. 15. f. 12.
*Plantaginis lanceolatae ſpecies minima* I. B. III. p. 505.
*Plantago anguſtifolia minima* ZANICH. Ic. 191. niſi haec ſit illa lagopi paniculis.
γ *Plantago anguſtifolia alpina* I. B. III. p. 506. H. OX. II. p. 259.
δ *Plantago trinervia anguſtiſſimo folio* C. B. Prodr. p. 98. Baſ. p. 56. RAJ. p. 878. Syll. p. 205. I. R. H. DUVERN. p. 118. Diverſam videtur facere I. GESNER, & locum facit in depreſſioribus alpium.
*Plantago anguſtifolia minor ſpica hirſuta alba, foliis ex atro viuntibus valde villoſis* I. B. III. p. 506. ex fratre.
ε *Caulis ſummitate folioſa* I. B.
ζ Multis ex ſummo caule ſpicis ID. IB.

Ubique ad vias.

Folia humifuſa: nervus folioſus paulatim expanditur in folium longe ellipticum, acuminatum, in cujus utroque fine quinque nervi, ſubtus eminentes, conveniunt, ora ſerrata, raris dentibus. Capitulum brevius, idemque craſſus, quam ſequentibus, ſemina etiam majora, hinc convexa, inde evidentius ſulcata.

3. PLANTAGO foliis linearibus, ſpica oblonga.

Non eſt *Lanceola montana* GESN. Hort. p. 263. uti I. B. & SCH. Huic enim flos luteus eſt, pappoſus.
α *Quaedam in montibus* CAES. p. 330.
*Holoſteum hirſutum nigricans* C. B.
*Plantago alpina anguſtifolia* SCHEUCHZ. It. VII. p. 517.
*Plantago trinervia montana* MUR. p. 615.
β Non videtur differre, teſte I. B. (cum ex M. *Genevenſibus* arceſſitam fuiſſe adfirmet) & horto ſicco C. B. Nam noſtrae folia, & ſicca maxime, inſigniſſime anguſta ſunt.
*Coronopus ſylveſtris ſ. ſerpentina* MATTH. p. 494. TAB. p. 102. LUGD. p. 669.
*Coronopus ſylveſtris ſerpentina quibusdam* GESN. Hort. p. 255 *b.*
*Coronopus ſylveſtris ſ. ſerpentina Matth.* LOB. Ic. p. 439.
*Serpentina Matthioli* DODON. p. 109.
*Holoſteum ſtrictiſſimo folio majus* C. B. RAJ. p. 880. H. OX. III. p. 260.
*Coronopus ſerpentina* I. B. III. p. 510.
*Plantago gramineo folio major* I. R. H.
γ Sed neque diverſa eſt ſpica, etſi foliorum ſumma anguſtia paulum recedat.
*Serpentina omnium minima* LOBEL. p. 439. *Lobelii* LUGD. p. 669.
*Coronopus minor ſerpentina minor* TABERN. p. 103.
*Coronopus ſerpentina omnium minima* I. B. III. p. 511. lecta *Burmii* in Rhaetis, RAJ. p. 881. qui conjungit cum priori.
*Holoſteum ſtrictiſſimo folio minus.* C. B.
*Holoſteum ſ. Coronopus ſerpentina omnium minima* H. OX. III. p. 261.
δ Denique valde dubito, an *marina* coronopus & altera, quam varietatem *Holoſtei* vocat I. B. ſatis ſpecifice differant.
*Cornopus ſylveſtris hirſutior* MURALTI in alpp. *Glaronenſium* lectus huc etiam pertinet.

In ſuperioribus paſcuis *Jurae* & *Alpium:* ubi *Nadelgras* vocant incolae, & magni faciunt ejus in paſcuis abundantiam. I. B. in *Thuiri* M. In M. *Gamor* & *Regio* I. GESNER Ra-

Radix craſſiſſima, longiſſima, perennis, ramoſa, & multiceps. Folia ad terram congeſta, in denſam roſulam, ubique aequa lata, ſpecimina vero variant anguſtia, cum a linea, ad quartam lineae partem, lata ſint. Caulis hirſutus, aphyllos, ſpicam praefert modo longam & gracilem, quando matura eſt, qualis eſt in 4. & 5. ſpecie, modo breviorem, dum floret.

4. PLANTAGO foliis ovato lanceolatis pubeſcentibus LINN. *Cliff.* p. 36. ROYEN. p. 401.

*Plantago minor* BRUNF. I. p. 23.
*Plantago major* MATTH. p. 484. folio brevi.
*Plantago* DORST. p. 227.
*Plantago latifolia* TRAG. p. 226.
*Plantago media* GESN. Hort. p. 273. TRAG. p. 224. CAM. Epit. p. 262. DOD. p. 107. ex MATTH. THAL.
*Plantago major incana* CLUS. p. CIX. ead. ic. LOBEL ic. p. 304. eadem, PARK.
*Plantago minor Dioſc.* TAB. p. 732.
*Plantago major, hirſuta, media a nonnullis cognominata* I. B. III. p. 504.
*Plantago latifolia incana* C. B. Baſ. p. 56. H. OX. III. p. 259. S. 8. T. 15. f. 2. T. aut de Par. p. 223. I. R. H. MAGN. Char. p. 223.
*Plantago incana* MERR. RAJ. p. 877.
β *Plantago latifolia hirſuta minor* C. B. KNAUT. BUXB. MAGN.
*Plantaginis mediae genus minimum* THAL. p. 56.
γ *Spica alba* SUTHERL. p. 273. FL. BAT.

In pratis frequens,

Folia ad terram in roſam ſparſa, plana, petiolo brevi, ex ovato lanceolata, margine integro, nervis concinnioribus, utrinque hirſuta. Caulis pedalis, cubitalis, ſpica brevior, craſſior, ſtamina modo alba modo violacea. Capſula ovalis polyſperma: Semina huic, & ſequenti minora, ab altero latere planiora.

5. PLANTAGO foliis ovatis CLIFF. p. 36. ROYEN. p. 401.

*Plantago rubra* BRUNF. I. p. 25. bene TRAG. p. 225.
*Plantago major* RUELL. p. 368. FUCHS. p. 38. folio integro, GESN. Hort. p. 273. CAM. Epit. p. 261. optime, DODON. p. 102. TAB. p. 730.
*Plantago media* MATTH. p. 479.
*Plantago latifolia levis* LOBEL. p. 303.
*Plantago vulgaris latifolia* LUGD. p. 1254. RAJ. p. 878. H. OX. III. p. 258.
*Plantago major, folio glabro non laciniato ut plurimum* I. B. III. p. 502.
*Plantago latifolia ſinuata* C. B. Baſ. p. 56. T. aut de Par. p. 222. I. R. H. MAGN. Char. p. 223. ZANICH. p. 211. ic. 137. male
*Plantago ſeptinervia* BLAKW. T. 35.
MERIAN. ic. XXXVI.
β *Plantago latifolia major marginibus foliorum exiguum dentatis* MENZ. pug.
γ *Plantago latifolia minor* TAB. p. 731. I. B. III. p. 505. C. B. RAJ. p. 879. I. R. H. &c.
*Plantago noſtras latifolia minor incana* PLUKN. Amalth. p. 174.
δ *Plantago roſea* eſt varietas foliis ex ſpica pronaſcentibus.
ε *Spica bifida* A. H. *Ann.* I. *obſ.* 64.

Haec in hortis frequentior eſt, & teſtas proventu odioſo replet:

Amplior reliquis, ſtupendae ſaepe latitudinis folia producit. Petioli foliorum plani, ſemper longiores, quam priori, aliquando pene pedales: glabra eadem ſunt, nervis tamen ſubhirſutis, brevius ovata, nervis ſeptem minus convergentibus, ora modo integra, modo varie dentata & ſinuata. Spicae longiſſimae, graciliſſimae.

Varietas γ folia hirſuta habet, minora, ſpicam alternam raram: Sed omnino non differt.

Ultimae tres officinales ſunt, adſtringunt, ſiccant, & inter vulneraria ita eminent, ut ſufficere credat Cl. LUDOVICI p. 332. Ad febrem intermittentem recentia valent LENTIL. *Eteodr.* p. 356. Succus leniter febrifugus eſt, ad vulnera recentia, Lienterias, diarrhoeas, lochia nimia, vomitum ſanguinis perinde laudatur: & multo in uſu eſt ſumendus ad quatuor uncias T. Idem ad Phthiſin valet E. N. C. *Cent. VII. Obſ.* 10. Similes infuſi vires ſunt E. N. C. *Dec. II. An. IX. Obſ.* 63. Aqua frequens eſt medicamentorum adſtringentium vehiculum, quam ex florente julo meliorem deſtillare docet LUDOVICI, laudat tamen etiam vulgarem pro magno vulnerario CARDANUS de *Subtil. L. II.* Seminis drachma in lacte ad dyſenterias profuit URATISLAV. 1719. M. ſept. CHOMEL.

ISO-

# ISOSTEMONES.
## ORDO VI.
## II. FRUCTU PLERUMQUE INTRA FLOREM.
## II. PLERUMQUE QUINQUEFIDO.

Haec claſſis naturalis eſt, praetervisa egregio LINNAEO. Calyx quinquefidus, Flos ex tubo, brevi, aut longo, quinquefidus. Stamina in tubo floris ſeſſilia quinque, tuba unica; fructus ſaepe unilocularis, polyſpermos.

## *GENTIANA.*

LINN. n. 197.

*GENTIANA* T. T. 40.
& *CENTAURIUM MINUS* T. T. 48.

Omnino ex flore, fructu, foliis conjugatis, & habitu vique medicata utramque plantam conjungendam eſſe ſuaſit RENEAUME, & M. HOFMANN, & BLAIR *Eſſays.* p. 121. 158. 201. Calyx utrique in tot ſegmenta fiſſus, quot floris laciniae ſunt. Flos modo tubuloſus, modo campaniformis, modo pene rotatus, quatuor, quinque, ſex, ad octo ſegmentis aequalibus, modo rectis, modo ad rectum angulum patentibus. Stamina pro numero ſegmentorum. Fructus perpetuo longus, bivalvis, numeroſa ſeminum minutiſſimorum progenie plenus. Tubae duae, ſeſſiles, revolutae, incurvae. Addi poteſt, folia omnibus conjugata eſſe.

### ORDO I.
### FLORE QUADRIFIDO.

1. GENTIANA ſegmentis floris quaternis, per oram barbatis.
*Calathiana viola autumnalis minor* GESN. Hort. p. 251.
*Viola calathiana ſ. autumnalis* I. THAL. p. 130.
*Gentianella coerulea fimbriata autumnalis anguſtifolia* COLUMN. p. 222. ic. p. 221. BARREL. ic. 97.
*Gentianella autumnalis folio centaurii minoris flore coeruleo* AICHST. autumn. Ord. 2, T. 3. f. 2.
*Gentianula lanugine ad ſingulorum foliorum floris lacinias donata, flore quadripartito* I. B. III. p. 525. RAJ. Syll. p. 132.
*Gentiana coerulea oris piloſis* C. B. I. R. H.
*Gentianella coerulea oris piloſis* RAJ. p. 319. RUPP.
*Gentiana corollis hypocrateriformibus laciniis margine barbatis* LINN. Cliff. p. 81.
β *Gentiana anguſtifolia minor floribus ad latera piloſis* C. B. ex COL. H. OX. II. p. 482.
*Gentiana coerulea florum marginibus piloſis foliis anguſtiſſimis gramineis* AMMAN. n. 2. non videtur differre.
Huc etiam icones BARREL. n. 121.

Paſſim circa *Mathod.* v. g. in reducta valle, qua itur ad *Baume:* ad montium ſupra *Valorbe* adſcenſum ſeptembri M. floret. I. B. in M. *Muteto*, qua verſus *Auguſtam* deſcenditur.

Radix gracile filamentum eſt. Caulis erectus ad pedalem usque, ſuperius ramoſus. Folia ad angulum acutum eriguntur, longa, parum dilatata, elliptico-linearia, acuta. Flores ramos terminant ſolitarii, aliquando congeſti. Calyx laxus, non penitus ſemiquadrifidus, tubo floris aequalis. Flos ex ventricoſo tubo ſecatur in quatuor triangularia ſegmenta, ex tota ora concoloribus pilis ciliata, laete coerulea, non reflexa. Ovarium longe pediculatum, ovato quadrangulare: tuba craſſa, in arcum flexa, pene circularis. Per maturitatem valvis ovatis, minime acuminatis, medius fructus dehiſcit, ſemina ſcobiformia, innumera. Tota planta leviter amaricat.

### ORDO II.
### II. FLORIBUS MODO QUADRIFIDIS MODO QUINQUEFIDIS.

2. GENTIANA foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata.
Difficilior iſta & varie tradita.
*Pneumonanthe* CORD. p. 163. Icon priori ſimilior eſt, icon vero CHEMN. in app. n. 8. hanc exprimit.
*Kälberſchiſſ* ARET. p. 234 b.

*Calathiana viola autumnalis tertia* GESN. Hort. p. 251.
*Gentiana VIII.* CLUS. Pann. p. 289. *ſ. fugax II.* Hiſt. p. 315.
*Viola calathiana altera ſ.* πολυανθεμος THAL. p. 131.
*Calathiana verna Dalech.* LUGD. p. 824.
Οψανθη RENEALME. p. 71.
Et Ευρυθαλεια ej. p. 72.
*Gentianella purpurea minima* COLUMN. p. 223. ic. p. 221. omnino, BARREL. ic. 97. n. 2. RAJ. p. 718. Syll. ext. p. 132.
*Gentianella autumnalis multiflora ex coeruleo purpuraſcens* AICHST. autumn. Ord. 2. T. 3. f. 3.
*Gentiana minima* SWERT. II. T. 14.
*Gentianellis affinis viola calathiana* I. B. F. Boll.
*Gentianellae ſpecies quibusdam, an Cordo pneumonanthe, aut Gentiana fugax altera Cluſii* I. B. III. p. 526. cum bona deſcriptione, PLUKN.
*Gentiana autumnalis ramoſa* C. B. Baſ. p. 55. H. OX. III. p. 482. ZWING. p. 634. I. R. H. MAGN. Char. p. 212. ſed de iſto dubitari poteſt, cum fimbrias non deſcribat.
An *Gentiana anguſtifolia autumnalis minor* MURALT. p. 743? Non repugnat.
*Gentiana pratenſis flore lanuginoſo* C. B. VOLC. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 334. DILL. in Cat. Gieſſ. & Syn. III. p. 275. ZANICH. p. 110. Ic. 45. n. 1.
*Gentianella fugax minor* RAJ. Cat. Angl. p. 108.
*Gentiana pratenſis folio triangulo* HOFM.
*Gentianella autumnalis centaurii minoris folio* MOR. III. p. 481. SUTH. PLUKN. &c.
Et *Gentianella alpina verna minor* MOR. III. p. 482. ex COL.
*Icones* BARRELERII. 100. 509. 510. n. 1. 510. n. 2.
*Gentianellae ſpecies quibusdam* RAJ. p. 719.
*Gentianella Bellidis folio* BOCCONE. p. 144. T. 101.
*Gentiana aeſtiva pumila centaurii minoris folio* SCHEUCHZ. It. II. p. 133. It. VII. p. 512.
*Gentiana corollis hypocrateriformibus collo barbatis* LINN. Cliff. p. 81.
β Eamdem eſſe perſuadeor, quae dicitur
*Gentiana VII.* CLUS. Pann. p. 288. *ſ. fugax prima* Hiſt. p. 315.
*Gentiana annua* CLUSII. I. *flore ex coeruleo purpureo exiguo* I. B. III. p. 526. RAJ. p. 720*.
*Gentianella pratenſis folio triangulo* C. B. Phyt. p. 345. &c.
γ *Flore albo* CLUS. &c.

Haec adeo obſcura, vulgaris eſt, in montoſis ſiccisque gramineis apricis, tota aeſtate, in *Jura* M. in alpium humilioribus &c. In pratis M. *Muteti*, & ſylva *Huningenſi* C. B.

Radix, ut priori, gracilis. Folia lata baſi caulem amplexa, lanceolata. Caulis humilis, vix dodrantalis, ramoſus, ramis in ſummitate multifloris, gradatam umbellam facientibus. Calyx tubo floris plusquam dimidio brevior, ad medium quinquefidus, aut quadrifidus. Floris longa campanula finditur in quatuor & quinque triangularia ſegmenta, colore obſolete purpurae, parum reflexa; quorum quodlibet ex origine, in fauce floris, ornamentum educit, in multas capillares lacinias profunde ſectum. Tuba breviſſimis, recurvis, antennis. Siliqua immatura cylindrica, longa & gracilis. Stamina valentia, coerulea, ex imo fundo floris. Semina glabra, ſubrotunda.

Flore albo reperi ſupra *Combe* Aquilegienſis ditionis.

3. GENTIANA floribus verticillatis, floris tubuloſi ſegmentis breviſſimis.

*Herba fullonum* BRUNF. II. p. 56.
*Cruciata* FUCHS. p. 420. GESN. Hort. p. 255 *b.* DODON. Purg. p. 71. optime AICHSTETT. Vern. Ord. 8. T. 8. f. 3.
*Gentianae quarta ſpecies* TRAG. p. 175.
*Gentiana cruciata* GESN. Hort. p. 260. Coll. p. 78 *b.* C. B. Baſil. p. 55. PARK. H. OX. III. p. 483. RAJ. p. 717. Syll. exter. p. 131. ZWING. p. 633. T. aut de Par. p. 453. I. R. H. T. 40. G. G. MURALT. p. 672.
*Gentiana minor* MATTH. p. 645. CAM. Epit. p. 417. bene, TABERN. p. 727.
*Gentiana* III. *cruciata* CLUS. Pann. p. 282. Hiſt. 313.
*Cruciata ſ. gentiana minor* DODON. p. 343.
*Gentiana minor ſ. cruciata* LOB. ic. p. 309.
Τρητοοριζα RENEALM. p. 74. cum ic. p. 73.
*Gentiana minor ſ. vulgi cruciata* I. B. III. p. 522.
Icones BARREL. 65. 66. ex CLUSIO & CAM.
*Gentiana floribus confertis terminatricibus, corollis quadrifidis, inberbibus, interjecto denticulo* LINN. Cliff. p. 81. ROYEN. p. 432.

Non rara etiam *Bernae* v. g. in prato carnificis ſuburbano; in ſylvula *Weiſſenſtein*. In montanis frequens.

Radix ramoſa, intricata, unde nomen. Caulis firmus, erectus, dodrantalis, totus

tus foliis tegitur, ellipticis, quinque nervis parallelis inſcriptis. Flores ex brevibus pediculis umbellas faciunt, quae & verticillatim caulem ambeunt, foliis inſidentes, & ſummos ramos coronant. Calyx arcte tubum floris conplectitur, membraneus, brevibus dentibus inciſus, quot floris ſunt laciniae. Floris tubus ventricoſus: ſegmenta ſola ex calyce eminent, ad angulum rectum reflexa, quatuor & quinque, triangularia, plicis intermediis eminentibus alternata, pulchre coerulea. Ovarium latum, tubis capitatis cornutum, pene ad baſin hiat. Semina levia, dilute fuſca, utcunque ovalia.

Amaror penetrans eſt, & diuturnus. Datur uti vera illa officinarum, ad drachmam ante paroxysmum febrium intermittentium. Eadem vis extracti eſt. Ad ulcera phagedaenica peculiarem vim ejus laudat RAYMANN *Com. Lit.* 1733. *hebd.* 46.

## ORDO III.

## FLORE QUINQUEFIDO.

4. GENTIANA foliis trinerviis, ovatis, floribus umbellatis, tubo ſtrictiſſimo.

*Centaurea* BRUNF. III. p. 125. CAESALP. p. 264.

*Centaurium* DORST. p. 72.

*Centaurium minus* FUCHS. p. 387. RUELL. p. 478. TRAG. p. 140. CORD. Dioſc. p. 50. DOD. purg. p. 52. Hiſt. p. 336. bene, LUGD. CAM. Epit. p. 428. cum charactere, C. B. Baſ. p. 82. de BOOT ic. 23. RAJ. p. 1092. T. aut. de Par. p. 67. I. R. H. T. 48. ZANICH. p. 57. ic. 249. BLAKW. T. 452.

*Centaurium parvum* MATTH. p. 655. LOBEL. ic. p. 401.

*Centaurium minus flore rubro* GESN. Coll. p. 67. AICHST. Vern. Ord. 5. T. 8. f. 2.

Πικριον RENEAL. p. 77. ic. p. 76.

*Centaurium minus flore purpureo* I. B. III. p. 353.

*Centaurium rubrum* H. OX. II. p. 566.

β *Flore albo.* GESN. Coll. p. 67. TAB. p. 780. AICHST. l. c. f. 3. BARREL. ic. 424. WEINM. T. 348 *b.* &c. BRESL. 1724. p. 180.

γ Caule longiſſimo MENZ. pug. rar. I. R. H.

δ *Centaurium minus paluſtre ramoſiſſimum flore purpureo* VAILL. p. 32. T. 6. f. 1.

In Helvetiae ſterilibus, montoſis, apricis, non rara. Bernae in ipſa foſſa urbis *an der Steinbrechen* &c. Flore albo in paludoſis *am Worbweg* beym *Muriholz.* Varietas δ in paludoſis circa *Anet:* & in M. *Thuricenſi* I. GESNERUS.

Ad terram roſula foliorum. Caulis firmus, angulis alatis, ſuperne brachiatus, ſupremis ramis denſam umbellam facientibus. Folia glauca, ex ovato lanceolata, trinervia. Calyx tubo floris arcte adhaerens, ſed brevior, in quinque capillares denticulos fiſſus. Flos ex ſtricto tubo in quinque acuta ſegmenta ad angulos rectos reflexus, roſei coloris. Stamina longe adhaerentia, ad ortum ſegmentorum floris ſecedunt. Tuba unica, ornamento lato, bilobato, ſpongioſo: Ovarium cylindricum, longum, valvis binis recedentibus, ad margines convolutis. Semina plurima, minutiſſima, rufa. Floris pars quaſi reſecta ovario adhaeret.

Varietati δ caulis ab imo ad ſummum ramoſiſſimus, triuncialis, folia anguſtiora. Amariſſima eſt, bilis deficientis munera ſubplet, ſanguinem viſcidum, & coagulatos humores reſolvit, ad febres intermittentes (SLEVOGT) ſiccatum drachmae pondere, ad menſes ciendos, (BLAIR, SLEVOGT diſſ.) chloroſin, icterum, ſcorbutum, haemorrhoides coecas, hydropem ipſum E. N. C. *Cent. X. Obſ.* 24, *app.* Majori doſi alvum movet. Extractum, ob infuſi ſummam amaritiem, fere ſumitur. Ab ipſa podagra, experimento Cl. DU VOISIN longo uſu totum praeſtat corpus, ſimilibus miſta amaris. Externe in clyſteribus apoplecticorum, ad mundanda ulcera recipitur.

5. GENTIANA humillima, caule ramoſo, tubo floris longiſſimo.

*Gentiana quarta* ARET. p. 234?

*Gentiana* XI. CLUS. Pann. p. 291. *fugax* V. Hiſt. p. 315. 316. bene

*Gentiana minima* LOBEL. adverſ. p. 131. ic. p. 310.

*Gentiana minor* TAB. p. 728. ex CLUSIO.

*Gentiana fugax quinta Cluſii flore coeruleo colore elegantiſſimo* I. B. III. p. 527. RAJ. p. 720. * Syll. ext. p. 131.

*Gentianella alpina aeſtiva centaurii minoris folio* C. B. H. OX. III. p. 480. TIT. it. & hort. p. 78. MURALT. p. 713.

Huc icones BARRELERI. 103. n. 1. & n. 3. & 104. Ad ultimam pro *aureo* legendum videtur *azureo.*

*Gentiana alpina pumila centaurii minoris folio* I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 133. non vero VAILL. p. 79. T. aut LIND. p. 131. eſt enim ſummarum alpium civis, neque deſcendit in planiora.

II. *Gentiana X.* CLUS. Pann. p. 289. *fugax* IV. hiſt. p. 315. ſed, ſi in Britannia vidit. non poteſt eadem eſſe.

*Gentianella brevi folio* C. B. H. OX. l. c.

*Gentiana alpina pumila brevi folio* I. R. H. non autem LINDERN.

*Gentianella minor ſ. Gentianella alpina brevi folio* SCHEUCHZ. It. IV. p. 334.

SCHEUCHZER num. I. ad ripam lacus *Silienſis* & *Sylvae planae*, n. II. vero, niſi vult *ſeptimam*, in ſummo M. *Flimſenſium*. Ego ex *Gemmio*, *Jugo*, *Gotthardo*, in praealtis, gramineis. I. GESNERUS in *Septimo* M.

Radicula flavus capillus eſt. Cauliculus ab uncia una ad ſex, ramoſus, tetragonus. Folia ovata, ſuperne lanceolata, Flos unus caulem ramumve terminat. Calyx praelongus, ſed tubo floris fere dimidio brevior, dimidia parte fiſſus. Tubus longiſſimus, ex viridi coeruleus, reflexus in quinque ex rotundo acuminata ſegmenta, pulcherrime coerulea. Plicae florales ſegmentis interponuntur, non vero barbulae, quae conjectura eſt SCHEUCHZERI. Fructus longus, cylindricus, etiam quando maturuit. Vide iconem T. VII.

6. GENTIANA calycis pentagoni alis maximis.

*Gentianella coerulea cordata* COLUMN. p. 220. ic. p. 221. AMBROS. BARREL. ic. 122. n. 2.
*Gentiana utriculis ventricoſis* C. B. H. OX. III. p. 482. I. R. H.
*Gentianae autumnali ramoſae affinis* BURSER act. Suec. p. 505.
*Gentianella aeſtiva cordata* PARK. p. 404. RAJ. p. 721.
*Gentianella annua azureo flore* BARREL. ic. 48. bene
*Gentiana aeſtiva calice turgido pentagono* RAJ. Syll. ext. p. 132. PLUKNET. p. 167.
*Gentiana coerulea calice turgido* SCHEUCHZ. It. I. p. 37.

I. C. BAUHINUS prope *Urſelen.* SCHEUCHZER in M. *Jugo* & *Ochſenſtock.* In montibus circa *Dieſſenhofen* I. GESNER.

Priori proxima, ſed altior, duriorque. Radix gracilis, & foliola ovata, uti priori, Cauliculus trium & quatuor unciarum, ab imo ad ſummum ramoſus. Flores ramos terminant conferti. Calyx latus, ampullatus, ut alae eminentes ſe decuſſent. Tubus floris calyce longior, coeruleis ſegmentis, & plicis floralibus intermediis.

7. GENTIANA foliis ovatis, caule unifloro.

An haec *Gentiana alpina ventis nivoſis adſueta* GESN. Hort. p. 260? Non poteſt definiri
*Gentianella elegantiſſima Bavarica* CAM. Hort. p. 65. Ic. XV. n. I. optime
*Gentiana pumila alpina brevi folio* BURS. p. 505.
*Gentianella minima Bavarica* MERRET. p. 45.
*Gentianella minima elegantiſſima Bavarica Camerarii* PARK. H. OX. III. p. 482.
*Gentianella autumnalis ſerpylli folia Bavarica major* BARREL. Ic. 101. ex CAM.
*Gentianella alpina verna minor ſubrotundo folio flore coeruleo* ID. ic. 98.
*Gentianellae minimae Bavaricae* RAJ. p. 720. PLUKN. p. 167.
*Gentianella minima flore unico coeruleo amoeniſſimo* RAJ. Syll. p. 132.
*Gentiana caule unifloro flore hypocrateriformi quinquefido laciniis ſubrotundis crenatis* CLIFF. p. 81.

In alpium pratis etiam humilioribus. Ex *Gemmio*, *Scheidek*, *Neunenen*, *Gotthardo*.

A ſequente manifeſto differt. Caulis triuncialis, non ramoſus. Foliorum ad terram roſula nulla, ſed paria ad caulem multa, ovata, nunquam acuminata. Flos unicus, tubo calyce dimidio longiori, ſegmentis expanſis, ſubrotundis, pulchre coeruleis, plicis interpoſitis, & centro floris albentibus. Nihil crenarum in floris marginibus, ne quidem in icone CAMERARII.

8. GENTIANA flore unico, tubuloſo, foliis ad terram congeſtis acutis.

*Hippion* CORD. ſylv. p. 221 *b.*
*Himmelſtengel* ARET. p. 234 *b.*
*Calathiana verna* GESN. Hort. p. 251.
*Viola Hippion Cordi* IBID. p. 260.
*Gentiana pumila floſculo coeruleo* EIVSD. Coll. p. 78 *b.* ſed non floret Octobri M.
*Gentianella verna minor* CLUS. hiſp. p. 354. PARK. RAJ. p. 718.
*Gentiana VI.* CLUS. Pannon. p. 287.
*Gentianella minor verna* EI. Hiſt. p. 315.
*Gentianella alpina, verna Cluſii. Cantabrica quorundam* LOBEL. ic. p. 310.
*Gentianella elegantiſſima minor* CAM. Hort. ic. XV? foliorum non habet, ſed rotundorum.
*Gentianella anguſtifolia* LUGD. p. 829. petalis ſerratis.
Ηρυγγιον? RENEALM. p. 75. ic. p. 68. ex LUGD.

*Gen-*






C. I. Rollinus. M. C. delin.

Sculpſit C. F. Fritſch. filius. Acad. Gött. Sculptor.

*Gentianula, quae Hippion* I. B. III. p. 527. RAJ. Syll. p. 131.
*Gentianella minima verna flore coeruleo* AICHST. Vern. Ord. 7. T. 5. f. 5.
*Gentianella alpina pumila verna major* C. B. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 57.
Et minor EORUMDEM.
*Gentianella minima verna flore coeruleo* H. OX. III. p. 483.
Icones BARREL. 109. n. 1. & 109. n. 2. (haec ex LUGD.) huc pertinent.

Non rara, tum in alpibus etiam ſummis, tum circa *Bernam*, M. *Majo*, locis aquoſis, v. g. in praedio *Drakau*, in *Eymatten*, inter *Wabern* & *Neſſleren* in prato paludoſo. I. B. in M. *Thuiri* & *Braulio*.

Formoſae plantulae radix gracilis. Roſa foliorum ad radicem ſedet, ex ovato lanceolatorum, trinerviorum. Caulis nunquam ramoſus, vix biuncialis, uniflorus, vix ultra duo paria foliorum recipit. Calyx leviter quinquefidus, pentagonus, alis eminentibus. Tubus floris calyce dimidio longior: ſegmenta patentia, pulcherrime coerulea, ovato-lanceolata, intercurrentibus plicis totidem, ſive barbulis. Tuba in duas partes terminatur fimbriatas, ſemicirculares. Ovarium maturum adtactum diſſilit SLOANE. Non amara eſt. Colorem coeruleum vividum ex floribus paravi.

9. GENTIANA caule unifloro, flore campanulato, caulis longitudinem excedente LINN. *Cliff.* p. 81.
*Gentiana quarta* TRAG. p. 175.
*Helleborine* Ic. poſt Dioſc. RUELL. L. IV. c. 94.
*Gentianella verna major* CLUS. Pann. p. 284. RAJ. p. 718. Syll. p. 131.
*Gentiana V. Gentianella major verna* CLUS. Hiſt p. 314. H. OX. III. p. 483.
*Gentianella Helvetia* LOB. Ic. p. 310.
*Gentianella minima latifolia* LUGD. p. 828.
Θυλακιθις RENEAL. p. 70. ic. p. 68.
*Gentiana major flore coeruleo* SWERT. II. T. 11. & *minor* ib.
*Gentiana alpina magno flore* I. B. III. p. 523. PONT. Anthol. p. 71. I. R. H.
*Gentianella alpina latifolia magno flore* C. B. Prodr. p. 97. pro nova planta, H. OX. III. p. 483. RAJ. p. 718* WAGN. ZWING. p. 632. MURALT. p. 590. SCHEUCHZ. It. I. p. 37.
Et *Gentiana alpina anguſtifolia magno flore* C. B. TIT. It. SCH. BOT. &c.
Icones BARREL. 47. 105. 106. 110. n. 1. ex LUGD. 110. n. 2. ex LOB.
*Gentianella purpurea violae marianae flore* BOCCON. p. 21. T. 6. ex LOB.

In *Alpibus* & *Jura* locis lapidoſis ubique frequens. TRAGUS circa *Fabarias*. I. B. in *Septimo* M.

Radix lignoſa, multiceps. Roſula ad terram, uti priori, foliorum trinerviorum, lanceolatorum, firmorum. Caulis plerumque reclinatus, humifuſus, vix uncialis, unico pari foliorum ſub flore veſtitu uniflorus. Flos ampliſſimus, tota planta major. Calyx brevis, campaniformis. Flos latus, campanulatus, ora quinquefida, ſemirepanda, coerulea, tubo intus punctato. Plicae inter ſegmenta albidae, eminentes. Ovarium in medio ventricoſum. Tuba longe prominet per aetatem, fine ſpongioſo bifido. Semina majuſcula, ex ellipticis utrinque acuminata, tota ſulcata.

10. GENTIANA foliis longis & anguſtis, floribus in alis caulis ſeſſilibus.
Difficillima, & confuſa a plurimis cum 1. & 2 ſpecie.
*Calathiana viola autumnalis profundioribus radiculis* GESN. Hort. p. 251.
*Gentiana parva in humidioribus* GESN. ib. p. 260.
*Gentiana pumila* EI. Coll. p. 78 *b*.
*Gentiana tertia* TRAG. p. 175.
*Gentiana* IIII. CLUS. Hiſt. p. 313. folio anguſto, *anguſtifolia* Pann. p. 284.
*Pneumonanthe* LOBEL. ic. p. 309. ex CLUSIO, uti certe icon apud CORDUM eadem eſt, quam CAM. pro hac noſtra proponit.
*Gentiana minima* MATTH. p. 646. folio latiori, CAM. Epit. p. 418. BARREL. ic. 51. n. II.
*Viola calathiana ſ. autumnalis tertia* THAL. p. 130.
*Campanula pratenſis* LUGD. p. 824. &
*Calathiana viola* EOR. ib. DODON. ic. p. 212. &
*Cruciata ſ. gentiana minima* MATTH. LUGD. p. 1259.
Κυανη RENEALM. p. 69. ic. p. 68.
*Campanula autumnalis Dod.* AICHST. aeſt. ord. 8. T. II. f. 2.
*Gentiana elatior anguſtifolia radice perenni flore magno* I. B. F. boll.
*Gentianae ſpecies, calathiana quibusdam, radice perpetua, ſ. paluſtris* I. B. III. p. 524. (ubi ſecunda icon pertinet ad SWEIRTIAM LINN.) ZWING. p. 634. qui cum ARETIANA flore lanuginoſo confundit.

*Gentiana anguſtifolia autumnalis* C. B. Phyt. & Baſ. p. 56. *major* C. B. RAJ. Syll. p. 132. T. aut de Par. p. 453. I. R. H. MURALT p. 713. RUPP. VAILL. ZANICH. p. 109. ic. 39. n. 1.
*Gentiana paluſtris anguſtifolia* H. OX. III. p. 483. RAJ. p. 719. MURALT. p. 743. denuo?
*Gentiana ſ. Calathiana viola* BARREL. ic. 52. n. 2. & ib. n. 1.
*Gentiana floribus terminatricibus, raris, corollis erectis, plicatis, foliis linearibus* LINN. Cliff. p. 80. ROYEN. p. 432.

Circa *Bernam* v. g. inter *Seelhofen* & *Belp* : Circa *Mathod* verſus *Orbam* fl. In alpinis, ſemper locis udis.

Radix perennat, Caulis cubitalis, erectus, parum ramoſus. Folia modo elliptica, & obtuſa, modo anguſtiſſima, biuncem longa, ubique vix ſesquilineam lata. Flores breviſſime petiolati, in alis foliorum ſeſſiles. Calyx tubuloſus. Flos campaniformis, multo calyce longior, ſemirepandis quinque triangularibus coeruleis ſegmentis. Tubus intus punctatus. Plicae inter ſegmenta floris mediae eminent. Ovarium in medio ventricoſum.

Vires habet Centaurii minoris S. PAULI.

11. GENTIANA foliis ovato lanceolatis, floribus campanulatis, in alis ſeſſilibus.
*Bizwurz* prior ſp. ARET. p. 234*b*.
*Gentiana foliis fere aſclepiadis* GESN. M. Fract. p. 65.
*Gentiana foliis hirundinariae ſeu aſclepiadis quorundam* GESN. Hort. p. 260.
*Gentiana altera foliis hirundinariae* DODON. purg. p. 72. Hiſt. p. 343.
*Gentiana aſclepiadis folio* CLUS. Pann. p. 280. 281. C. B. PARK. H. OX III. p. 484. BARREL. ic. 70. RAJ. p. 717. ZWING. I. R. H. TIT. It. MURALT. p. 713.
*Gentiana II.* CLUS. Hiſt. p. 312. *Cluſii* TAB. p. 726.
Δασυςεφαιν RENEALM. p. 67. ic. p. 68.
*Gentiana Sileſiaca major* SCHWENKF. p. 83.
*Vincetoxicum I.* CAES. L. 6. c. 79.
*Gentiana folio aſclepiadis falſo creditae* I. B. III. p. 523.
*Gentiana floribus lateralibus ſolitariis ſeſſilibus corollis erectis* LINN. Cliff. p. 80. ROYEN. p. 432.
β *Flore albo* SCHEUCHZ. in catal. in paſcuis alpinis *Nideren & Buel* ſupra *Bilten* Glaronenſium.

In M. *Pilati* GESNER. Ego in M. *Vogelberg* Baſileenſium, & in M. *Arni Vallis Emmiae*, & in deſcenſu M. *Scheidek* verſus *Haſeliam* vallem copioſe reperi.

Caulis cubitalis, erectus, non ramoſus. Folia ex ovatis lanceolata, quinquenervia, Aſclepiadis. Flores ſeſſiles in alis caulis ſupremi. Calyx campaniformis, tubo brevior, quaſi reſectus, ſegmentis rectis, anguſtis. Flos coeruleus, campaniformis, plicis inter ſegmenta mediis.

12. GENTIANA foliis imis petiolatis ellipticis, floribus campaniformibus, verticillatis.
*Gentiana ſecunda* ARET. p. 234.
*Gentiana ſecunda* TRAG. p. 175. ſed obſcure.
*Gentiana punicea* GESN. fract. p. 65.
*Gentiana minor in alpibus* GESN. Coll. p. 78*b*.
*Gentiana I. ſ. major purpureo flore* CLUS. Pann. p. 277. Hiſt. p. 312.
*Gentiana major alia* CAM. Epit. p. 416. optime
*Gentiana major flore purpureo* CAM. Hort. p. 65. PARK. BARREL. ic. 64. ex CLUSIO.
Κοιλανθη RENEALM. p. 65.
*Gentiana magno flore purpureo* I. B. III. p. 521. RAJ. p. 716*.
*Gentiana major purpurea* C. B. H. OX. III. p. 484. RAJ. Syllog. exter. p. 130. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 334. TIT. It. PLUKN. amalth. p. 105.
*Gentiana coerulea major* ZWING. p. 632.
β *Flore albo* CLUS. I. B.

GESNERUS in *Pilato* M. ARETIUS in *Neſſo*. Ego in M. *Waach*, in vallis *Urſariae* pratis, ad fontes *Rhodani*. I. B. *Burmii* Rhaetorum. I. GESNERUS in *Baerenboden, Regio* & *Pilato* M.

Radix craſſa, lignoſa, fungoſa, uti vulgari. Caulis cubitalis, non ramoſus. Folia elliptica, longiora quam ſequenti, quinque & ſeptinervia, inferiora petiolata, ſuprema amplexicaulia. Flores alis ſupremorum foliorum inſident verticillati. Calyx amplus, lacer, bivalvis. Flos campaniformis, absque plicis intermediis, extus obſcure ſanguineus, intus pallens, purpureis maculis pictus.

Amariorem eſſe lutea, & efficaciorem CLUSIUS.

13. GENTIANA foliis ovatis, floribus campaniformibus verticillatis.
*Gentiana III.* ARET. p. 234.
*Gentiana major pallida punctis diſtincta* CLUS. Pann. p. 280, I. B. III. p. 521. cum priori.

*Gen-*

*Gentiana major pallido flore punctis diſtincto* EI. Hiſt. p. 312. RAJ. Syllog. ext. p. 131. Hiſt. p. 717.
*Gentiana major flore punctato* C. B. H. OX. III. p. 484. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 334. cum deſcriptione, PLUKN. amalth. p. 105.
*Gentiana major punctata* MENZ. Ged.
*Gentiana alpina major flore aureo & purpureo obſoleto* BARREL. ic. 69. quod ad colores, icon vero eſt ex CAMERARIO.
*Gentiana major flore pallido* TIT. It.

Rarior prioribus. In dumetis juxta molem glacialem, ex qua *Rhodanus* oritur. In M. *Gamor* I. GESNER.

A priori modice differt. Folia majora, magis ovata. Flores pallidi, fuſcis punctulis conſperſi, calyx vero quinquedentatus, brevis.

14. GENTIANA caule nudo ramoſiſſimo, flore rotato, punctato.
*Gentiana XII.* CLUS. Pann. p. 292. *punctato flore* Hiſt. p. 316.
*Gentiana VIII. Cluſ.* TAB. p. 727.
*Gentiana punctato flore* SCHWENCKF. p. 85. *ſubcoeruleo Pennaei* I. B. III. p. 528. Icon vero exſtat p. 524.
Μελανοςικτὴ. RENEAUM. p. 65.
*Gentiana paluſtris latifolia flore punctato* C. B. H. OX. III. p. 482. I. R. H. Ic. ROBERT T. 91. SCHEUCHZ. It. IV. p. 456.
*Gentiana Pennaei coerulea punctata* PARK. RAJ. p. 721*. Syllog. ext. p. 131. *annua* BARR. ic. 91.
*Gentianella alpina minima, nervoſo pyrolae aut Bellidis Globulariae folio nigricante paluſtris ſabauda* BOCCONE. p. 169, & T. 119. ſolo folia ima.
*Sweertia* CLIFF. p. 53. ROYEN. p. 433.

In *Regina* M. SCHEUCHZER.

Folia ad terram petiolata, quinquenervia, obtuſa, ſuperiora ſeſſilia, exigua. Caulis pedalis, & ultra, ramoſus, ramis florigeris aphyllis. Flores ad ramos ſeſſiles paniculam ſpicatam efficiunt. Calyx & flos profundiſſime inciſi, quaſi rotati. Segmenta floris longa, lineata, punctata. Ad unguem cujusque ſegmenti duo tubercula rotunda, colore ſature purpuro-coeruleo. Ob ea LINNAEUS novum genus fecit SWEERTIAE.

## ORDO IV.
## FLORE SAEPE PLUSQUAM QUINQUEFIDO.

14. GENTIANA floribus rotatis, verticillatis.
*Gentiana* RUELL. p. 473. FUCHS. p. 200. TRAG. p. 173. 174. CORD. Dioſc. p. 49*b*. Hiſt. p. 132. GESN. Coll. p. 78*b*. DOD. Purg. p. 69. Hiſt. p. 342. optime, CLUS. Hiſt. p. 331. CAES. p. 273. CAM. Epit. p. 415. bene
*Gentiana magna* GESN. Fract. p. 65.
*Gentiana major vulgata* ARET. p. 234.
*Gentiana major* GESN. Hort. p. 292*b*. MATTH. p. 644. LOB. ic. p. 308. RAJ. p. 716. Syllog. exter. p. 130.
Αςεριας RENEAUM. p. 64. 65.
*Gentiana vulgaris major Ellebori albi folio* I. B. III. p. 520.
*Gentiana major lutea* C. B. Baſ. p. 55. H. OX. III. p. 484. I. R. H. T. 40. A. A. F. MUR. p. 761. RUDBEK p. 98. ZWING. p. 631.
*Gentiana major vulgaris flore pallido* BARREL. ic. 63.
*Gentiana floribus lateralibus confertis pedunculatis corollis rotatis* LINN. Cliff. p. 80. ROYEN. p. 432.

Nihil frequentius in *Jura* & *Alpibus*, etiam humilioribus locis, v. g. inter *Deſſ* & *Linieres*.

Radix cylindrica, craſſa, fungoſa. Caulis totus generis altiſſimus, bicubitalis, non ramoſus. Folia ampliſſima, ovata, quinquenervia, albida, ima petiolata, ſuprema lata baſi ſeſſilia. Flores ad alas foliorum verticillati, in petiolis ramoſis, denſe congeſti. Sub quovis flore duo foliola. Calyx ſpathaceus, bivalvis, lacer, altera portione leviter dentata. Flos ex brevi tubo profunde ſectus in longa, acuta, ſegmenta, a quinque ad octo. Stamina ex flore eminent, ovarium ventricoſum breve, conicum, longe roſtratum. Ad ortum ovarii tot viridia tubercula, quot floris laciniae. Semina magna, foliacea, ex ovatis cordiformia, pene flava.

Haec in medicinam inprimis recipitur, amariſſima, hinc ſtomachica, febrifuga GESNER. epiſt. p. 63. CHOMEL &c. BUCHWALD. p. 72. (ex proprio experimento in febre epidemica), & idem expertus eſt LENTILIUS, data radice ad unciam ſemis cum cortice fraxini. Baſin theriacacae

riacae ſuae diateſſaron eſſe C. HOFMANN. *de med. offic.* p. 309. In infuſo, & extracto vinoſo utilis, menſes etiam movet, languores ventriculi domat, & omne cachexiae genus, ipſamque cum Centaurio Podagram. Nimio uſu dicitur in vaccis Diarhoeas excitare BOCC. off. p. 187. Externo uſu pro turunda, in fiſtulis, & pro peſſario in menſibus ciendis adhibetur.

## ORDO V.
## FLORE CONSTANTER OCTOFIDO.

16. GENTIANA caule dichotomo, foliis connatis, corollis octofidis LINN. *Cliff.* p. 81. ROYEN. p. 433.

*Perfoliata achillea* GESN. Hort. p. 271 *b.*
*Perfoliata alia* EI. Tab. Coll. p. 95.
*Centaurium luteum* CLUS. Hiſpan. p. 356. CAM. Epit. p. 427. bene
*Centaurium parvum flavo flore* CLUS. Hiſt. p. CLXXX.
*Centaurium luteum* LOB. ic. p. 401. cum ſua & CLUSII icone.
*Achilleos* CAES. p. 265.
*Centaurium luteum prius* LUGD. p. 1290.
Et *Centaurium luteum alterum* LUGD. p. 1291.
*Centaurium minus luteum folio perfoliato* TAB. p. 710. ſed flore quinquefido.
*Perfoliatum centaurium luteum* I. B. III. p. 355.
*Centaurium luteum perfoliatum* C. B. Baſ. p. 82. H. OX. II. p. 565. RAJ. p. 1093. MUR. p. 658. T. aut de Par. p. 412. I. R. H. ZANICH. p. 56. ic. 20. 181.
Icones BARREL. 515. n. I. 516. n. II. 516. n. III.
*Centaurium minus perfoliatum luteum, foliis anguſtioribus & latioribus* ZWING. p. 630.
γ *Foliis ternis* AMBROS. cum ic. p. 145. I. R. H.
*Centaurium luteum foliis ternis caulem ambientibus* BUXB. Cent. V. p. 17.

C. GESNER in colle prope *Silbrük*; & ibidem MURALT. In pratis humidis *Michelfeldenſium* C. B. I. B. Ego circa *Genevam* reperi ad vias, tum qua *Verſoi* itur, tum verſus M. *Thuiri.*

Caulis bipedalis, in ſummitate brachiatus, & ſubdiviſus. Folia baſi lata, ut coaleſcant connata, lanceolata, glauca. Flores partim ex diviſionibus ramorum exeunt, partim ramos terminant umbellati. Calyx monophyllos, in octo capillamenta fiſſus. Floris tubus latus & brevis, ſegmenta rotata, plana, ovalia, flava. Ovarium priſmaticum, tetragonium. Tuba ſimplex, ſine profunde quadrifido. Fructus ſucco aureo turget, quem ſtillat divulſus LISTER apud LOWTHORP. II. p. 698, DERHAM in epiſt. ad RAI.

## *LYSIMACHIA.*

T. T. 59. LINN. n. 121.

Calyx profundiſſime quinquefidus. Flos rotatus, tubo nullo, ſtamina ad baſin modo libera, modo in unum tubum connata. Tuba apice globoſo. Fructus rotundus, apice dehiſcit in dentes fere decem. Semina copioſiſſima, circa placentam rotundam. Folia conjugata aut verticillata.

. LYSIMACHIA foliis ovato lanceolatis, floribus ad ſummos ramos ſpicatis.

*Lyſimachia* RUELL. p. 979. TRAG. p. 183. MATTH. p. 349. CAM. Epit. p. 686. BLAKWALL. T. 278.
*Lyſimachia lutea* FUCHS. p. 492. CAES. p. 261. TAB. p. 853. AICHST. aeſt. ord. 10. T. 6. f. 3. I. B. II. p. 903. cum icone Cardamines. RAJ. p. 1021.
*Lyſimachia vera* CORD. p. 61 *b.*
*Lyſimachium luteum* GESN. Hort. p. 266. THAL.
*Lyſimachium flavum* GESN. Coll. p. 87 *b.*
*Lyſimachium legitimum* DODON. Pempt. p. 84.
*Lyſimachia lutea communis* CLUS. Hiſt. p. L.
*Lyſimachia lutea ſ. Salicaria* LOB. p. 342.
*Lyſimachia lutea major, quae dioſcoridis* C. Baſ. p. 70. T. aut de Par. p. 212. I. R. H. ZANICH. p. 176. ic. 157.
*Blattariae affinis planta major flore luteo* H. OX. II. p. 491.
Icones WEINM. T. 246 *c.* T. 247 *a. b.* T. 248. *a.* T. 249. huc faciunt.
β *Foliis binatis* C. B. I. R. H. VAILL. &c.
γ *Foliis quaternis.* C. B. I. R. H. VAILL. &c.

Locis udis frequens.

Caulis

Caulis erectus, anguloſus, hirſutus, ramoſus. Folia plerumque ad caulem ternata, ad ramos vero binata, ex longius ovatis lanceolata, ſubtus ſubhirſuta. Rami conjugati. Flores circa ramos paniculatam, absque foliis, in caule triangularem ſpicam faciunt. Calyx monophyllos, ſtellatus, quinque radiis per oram miniatis, acutis. Flos ſature flavus, ſegmentis latis, ex ovato acuminatis. Staminum tubus conjunctus in monadelphiam, ſubhirſutus.

Adſtringere, ad faucium inflammationes valere LOBELIUS, adv. p. 344. Sed vix ullo in uſu eſt.

2. LYSIMACHIA foliis ſubrotundis, ſolitariis, caule procumbente LINN. *Cliff.* p. 52.

*Centummorbia* FUCHS. p. 401.
*Nummularia* TRAG. p. 808. MATTH. p. 1013. GESN. Coll. p. 91*b*. DOD. p. 600. CAES. p. 261. CAM. Epit. p. 755. AICHST. Aeſt. Ord. 12. T. 2. f. 3. RAJ. p. 1099.
*Nummularia a Fuchſio dicta* GESN. Hort. p. 268 *b*.
*Nummularia ſ. centummorbia* LOB. ic. p. 474. MAGN. Char. p. 219.
*Hirundinaria ſ. Nummularia major* TAB. p. 874.
*Nummularia ſ. centimorbia* I. B. III. p. 370.
*Nummularia major lutea* C. B. Baſ. p. 89. ZANICH. p. 192. ic. 297.
*Nummularia major flore luteo* H. OX. II. p. 567.
*Lyſimachia humifuſa folio rotundiore flore luteo* T. aut de Par. p. 287. I. R. H.
β *Minor* TAB. Ic.

In humidis frequens.

Caulis accurate terram ſequitur, radiculis hinc inde demiſſis, quadrangulus. Folia conjugata, pene orbicularia, paulo longiora tamen, breviter petiolata. Florum petioli conjugati, longi, uniflori, aphylli. Calyx ex quinque foliolis cordatis, baſi ampliori. Flos luteus, profundiſſime ſectus, ut pene pentapetalos ſit, ſegmentis ellipticis. Stamina ad baſin minime conjuncta, pene magis a placenta, quam a tubo floris oriuntur.

Subadſtringens eſt, blande ſaponacea ſubacris & ſubacida, rari uſus. BOERHAAVIUS commendat, ex mediocritate virium, in ſcorbuto calidiori, in haemorrhagia uteri, in fluxibus ſanguinis variis. Externo uſu ulcera tibiarum in ſenibus ſanat. Succum cum Bellide ad Phthiſin laudat BUCHWALD. p. 184. Non aliam plantam certius vulnerariam eſſe interno uſu & externo, ex proprio experimento, laudat AGERIUS.

3. LYSIMACHIA foliis ovato-acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente LINN. *Cliff.* p. 52.

*Nummularia ſylvatica* GESN. Hort. p. 268 *b*.
*Nummulariae genus minus erectum in ſylvis* EI. Coll. p. 91 *b*.
*Anagallis* CLUS. Hiſt. p. CLXXXII. *luteo flore* EI. Pann. p. 493.
*Anagallis lutea* LOBEL. p. 466. ex CLUSIO, TAB. p. 717. RAJ. p. 1024. *foliis nummulariae* THAL. p. 14.
*Alſine lutea* LUGD. p. 1235.
*Anagallis lutea nummulariae ſimilis* I. B. III. p. 370.
*Anagallis lutea nemorum* C. B. Baſ. p. 74. H. OX. II. p. 569. Ic. ROB. n. 20. ZWING. p. 618.
*Lyſimachia humifuſa folio ſubrotundo acuminato flore luteo* T. aut de Par. p. 490. I. R. H.
II. Minime diverſam eſſe puto
*Anagallidem alpinam ramoſam luteam* MUR. p. 703.

Circa *Bernam* in ſylvis non rara, v. g. *Bremgarten*, ſylvula ſub *Wabern* &c. C. B. in ſylva *Wylenſi* & ad *Wieſam*. In alpes etiam adſcendit.

Caulis pariter proſtratus, & per intervalla radicatus, teres, ruber. Folia brevi petiolo, ex ovato breviter lanceolata. Petioli florales aphylli, longi, conjugati. Calyx quinquefidus, ſtellatus. Flos rotatus, petalis acutis, margine ſubtiliter ſerrato. Staminum circulus villoſus, brevis. Tuba cylindrica, fructus ovatus.

## *A N A G A L L I S.*

T. T. 59. LINN. n. 122.

Differt a *Lyſimachia* ovario per medium horizontaliter dehiſcente. Placenta rugoſa, alveolata. In alveolis ſemina fere hemiſphaerica, cava minuta.

1. ANAGALLIS flore phoeniceo CAMER. *Hort.* p. 14. C. B. *Baſ.* p. 74. HIST. OX. II. p. 568. T. aut. de Par. p. 245. I. R. H. MAGNOL. *Char.* p. 219.

*Anagallis mas* BRUNF. I. p. 238. FUCHS. p. 18. MATTH. p. 621. DODON. p. 32. LUGD. p. 1236. CAM. Epit. p. 394. optime, RAJ. p. 1023.

 *Anagil-*

*Anagallis flore puniceo mas* RUELL. p. 429. TRAG. p. 387.
*Anagallis* CORD. Dioſc. p. 84 *b. rubro flore* GESN. Coll. p. 58.
*Anagallis mas phoenicea* LOBEL. Ic. p. 465. I. B. III. p. 369.
*Anagallis flore purpureo* CAES. p. 262.
*Anagallis terreſtris mas* THAL. p. 14. BLAKW. T. 43.
*Anagallis phoenicea* TAB. p. 716.
Icones WEINM. T. 106. *a. b. c. e. f.*

Ubique in agris & hortis.

Teneri caules, quadrati, ramoſi. Folia ex ovato leniter lanceolata. Flores ex petiolis conjugatis, aphyllis, unifloris. Calyx profunde quinquefidus, acutis ſegmentis; qualia & flori ſunt, miniato: tubus brevis & albus eſt. Stamina ex tubo, barbata, aureis apicibus. Tuba ſimplex, apice parum craſſiori.

2. ANAGALLIS flore coeruleo CAESALP. p. 262. CAMER *Hort.* p. 14. C. B. *Baſ.* p. 74. PARK. HIST. OXON. II. p. 569. T. aut. de Par. p. 245. I. R. H.
*Anagallis femina* BRUNF. I. p. 239. FUCHS. p. 19. MATTH. p. 622. DODON. p. 32. LUGD. CAM. Epit. p. 395. RAJ. p. 1024.
*Anagallis flore coeruleo femina* RUELL. p. 429. TRAG. Ic. WEINM. T. 107 *b.*
*Anagallis foemina coerulea* LOB. Ic. p. 465. I. B. III. p. 369.
*Anagallis terreſtris femina* THAL. p. 14. BLAKW. T. 274.
*Anagallis coerulea* TAB. p. 717.
Aliae varietates ſunt β *Flore albo* GEOFROI III. p. 89.
γ *Foliis ternis.*
δ *Foliis quaternis.*

Naſcitur paulo rarior ad vias & in vineis v. g. circa *Mathod.*

Priori altior eſt coerulea, folio & flore majori; addit BLAIR fructum magis ovalem eſſe. LINNAEUS utramque conjungit, & ROYENIUS *Anagallidem* vocat, *foliis indiviſis* p. 416. Sed nunquam puto, aut rubra in coeruleam, aut in illam iſta cultu tranſiit.

Leniter adſtringit acida & terrea natura, & refrigerat, ſucculenta, & oleracea. Unde ergo illae mirae vires, ab omni tempore laudatae ad Maniam, nuper experimento D. MICHAELIS confirmatae? aut ad canum rabidorum morſum, ad menſes movendos dictae C. HOFMANNO? Valde ſuſpicor fallaciam aliquam in experimento ſubeſſe.

## *P R I M U L A.*

LINN. n. 112.
*PRIMULA VERIS* T. T. 47.
& *AURICULA* T. T. 46.

Primulae calyx tubuloſus, quinque alis elevatis, ad unam tertiam quinquefidus (MALPIGH *anat. plant.* f. 139.). Auriculae T. calyx brevis, campaniformis. Flos tubo fit cylindrico, & quinque cordatis ſegmentis expanſis, ſurſum magis minusve excavatis. Stamina quinque breviſſima, in nodulo tubi floris (MALP. l. c. f. 147. 173.) Tuba ſimplex, ſine globoſo, craſſo. Ovarium in Primula T. oblongum, cylindricum: in Auricula urſi ſphaericum, ſex aut octo aut decem (in Primula) valvis dehiſcens, ſeminibus ſubrotundis, difformibus.

### ORDO I.
### CALYCE TUBO FLORIS PAULO BREVIORI OVARIO CYLINDRICO.

1. PRIMULA foliis rugoſis, hirſutis, ſcapo unifloro.
*Arthritica pallida, quae ſingulis pediculis ſingulos flores ſuſtinet* GESN. Tab. Coll. p. 60.
*Arthriticae ſpecies ſingularis floſculis ſingularibus* GESN. Hort. p. 248 *b. quam Fabricius miſit* Epiſt. p. 94.
*Primula veris minor* DODON. p. 147.
*Primula veris humilis & acaulos* CLUS. Pannon. p. 339.
*Primula pallido flore humilis* CLUS. p. 302. T. aut de Par. p. 320.
*Silvarum primula* LOB. ic. p. 568.
*Herba paralyſis prior* CAES. p. 261.
*Primula ſylveſtris* II. TAB. p. 319.
Βραχυσιτωνιο. RENEAUM. p. 116. cum icone.
*Alisma ſylvarum* COLUMN. φυτοβ. p. 19. icon exterior.
*Primula veris floribus ex ſingularis pediculis* (ſic lege, male enim habet *pallidis*) *majoribus ſimplicibus* I. B. III. p. 497. I. R. H.

*Verba-*

*Verbaſculum ſylveſtre majus ſingulari flore* C. B.
*Primula veris vulgaris* PARKINS. RAJ. p. 1080. Syn. III. p. 284.
*Verbaſculum ſylveſtre majus ſingularibus floribus ſingularibus cauliculis inſiſtentibus* MORIS. II. p. 555.
*Primula veris* BLACKWALL. T. 52.
β *Minor* C. B. Phytop.
γ *Fl. viridi* TAB. p. 320.
δ *Flore pleno* I. B. &c.

C. GESNER ait, in ſylvis naſci circa *Curiam* Rhaetorum, quam nunquam ſpontaneam vidi.

I. B. „ radix aniſum redolet. Pediculi florales, palmares, ubi altiores, uniflori, Flos luteus pallens, ungue croceo, ſegmentis cordatis, odore evanido. Stamina lutea. Folia rugoſa, nervis ſuperne hirſutis, inferne glabris, ſimilia Primulae 2: Tuba, ni fallor, longitudine tubi floris.

2. PRIMULA foliis rugoſis, hirſutis, ſpica inclinata, flore pallido, majori, inodoro.

Icon BRUNFELS I. p. 96.
*Phlomis altera ſylveſtris* RUELL. p. 627.
*Verbasculum non odoratum* FUCHS. p. 851.
*Herba paralyſis ſylveſtris* TRAG. p. 200
*Arthritica pallidior* GESN. Hort. p. 248.
*Arthritis pallida inodora* GESN. Tab. Coll. p. 606.
*Primula veris altera* MATTHIOL. p. 1150. CAMER. Epit. p. 884. bene
*Primula veris major flore pallido* DODON. p. 146. cum icone.
*Primula veris pallido flore elatior* CLUS. p. 301. I. R. H.
*Primula pratenſis inodora luteo pallida* LOB. ic. p. 568. RUPP.
*Primula ſylveſtris* III. TABERN. p. 320. bene
*Primula caulifera pallido flore inodora* I. B. III. p. 496.
*Verbaſculum pratenſe vel ſylvaticum inodorum* C. B. Baſ. p. 70.
*Primula pratenſis inodora lutea* RAJ. p. 1081.
*Verbaſculum pratenſe potius ſylvaticum inodorum* MOR. II. p. 554.

In ſylvis, ſepibus, locis umbroſis, etiam in alpibus.

Radix fibroſa, longa. Roſa foliorum ad terram, quae petiolata, petiolo lato foliaceo, ſerrato, folio ipſo circumſcriptione pene ovato ſunt, rugoſa, nervis craſſis, hirſutis, margine in rugas contracto, ſerrato. Caulis pedalis, aphyllos. Umbella ſparſa, ſpicata, inclinata, foliolis excepta vagis. Flos pallens, unguibus flavis. Valvae decem, ſemina hirſutie brevi aſpera, fuſca. Tuba flore maturo dimidio brevior.

3. PRIMULA foliis rugoſis hirſutis, ſpica inclinata, flore flavo, majori, odoro.

*Herba paralyſis* BRUNF. I. p. 97. DORST. p. 146. bene
*Phlomis prior* RUELL. p. 627.
*Verbaſculum odoratum* FUCHS. p. 850.
*Herba paralyſis vulgaris* TRAG. p. 200.
*Arthritica alia magis colorata* GESN. Hort. p. 248.
*Arthritica odorata* GESN. Coll. p. 60 *b*.
*Primula veris* MATTH. p. 1149. CAM. Epit. p. 883.
*Primula veris major flore eleganter luteo* DOD. Pempt. p. 146.
*Primula veris flavo flore elatior* CLUS. p. 301.
*Primula pratenſis* LOBEL. ic. p. 567.
*Herba paralyſis altera* CAES. L. 6. p. 57.
*Primula veris, herba paralyſis* TAB. p. 318.
*Ανωσημων* RENEAUM. p. 113.
*Αλισμα pratonum* COLUMN. φυτοβασ. p. 21.
*Primula veris flore luteo* AICHST. Hybern. T. 4. f. 5.
*Primula odorata flore luteo ſimplici* I. B. III. p. 495. I. R. H.
*Verbaſculum pratenſe odoratum* C. B. Baſ. p. 70. H. OX. II. p. 554.
*Primula veris major* RAJ. p. 1081.
*Paralyſis* BLAKW. T. 226.

In pratis apricis & ſiccioribus primo vere.

A praecedente differt flore ſature flavo, grati odoris, minore quam prioris, & tota planta humilior eſt. Haec diſcrimina ad varietates refert LINNAEUS, & utramque conjungit.

Modice odorata & anodyna potius quam cephalica eſt, BUCHWALD. p. 215. non valde ad Epilepſiam aut paralyſin potens: Aqua ſtillatitia pro vehiculo medicamentorum

torum cardiacorum inſervit: Infuſum leniter anodynum, vertigines virginum male menſtruatarum conpeſcit CHOMEL.

652 4. PRIMULA foliis glabris, rugoſis, ſubtus farinoſis, umbellifera.
*Majele* CORD. Sylv. obſ. p. 221 *b*.
*Kayſerlin* ARET. p. 235.
*Arthritica minor coeruleis floribus* GESN. Hort. p. 248 *b*.
*Arthritica inodora coerulea* GESN. Coll. p. 60 *b*.
*Primula veris rubro flore* CLUS. Pann. p. 340. Hiſt. p. 300. de BRY. Floril. T. 27. I. R. H. &c.
*Sanicula alpina minor ſ. media* LOB. ic. p. 570.
*Primula veris media* TAB. p. 321.
*Primula veris anguſtifolia rubra* AICHST. Vern. Ord. 7. T. 4. f. 4.
*Primula veris minor purpuraſcens* I. B. III. p. 498. RAJ. p. 1084.
*Verbaſculum umbellatum alpinum minus* C. B. RAJ. Synopſ. III. p. 285. H. OX. II. p. 555. (conjungit cum ſequente) MURALT. p. 569.
*Primula floribus erectis faſtigiatis* LINN. Lapon. n. 79.
II. Majus & albo flore.
*Primula veris albo flore* CLUS. Pann. p. 341. Hiſt. p. 300.
*Paralytica alpina Sanicula anguſtifolia major* LOB. ic. p. 570. eadem.
*Primula alpina anguſtifolia* TAB. p. 322.
*Primula veris anguſtifolia alba* AICHST. l. c. f. 5.
*Verbaſculum umbellatum alpinum majus* C. B. H. OX. l. c.
*Primula alpina major* PARK. RAJ. p. 1084.

Flore coeruleo non raro reperi; & prope Bernam quidem inter utrumque balneum, & ad *Arolae* ripam circa *Seelhofen*. In pratis uliginoſis M. *Utliaci* MURALT. ibidemque I. G. *auf dem Wiedikumer ried*. In alpinis pratis ubique.

Folia in roſulam, petiolata, longius elliptica, leviter circumſerrata, firmiora, quam prioribus, ſubtus tota farinoſa. Petiolus aphyllos: ſub umbella pariter foliola. Umbella plana duodecim, & ultra, florum. Calyx tubo floris paulo brevior, farinoſus. Segmenta floris planiſſima, purpuro coerulea, cordata, anguſtiora, quam prioribus. Ovarium breve, tuba longa.

Haec planta non patitur Auriculas ſeparare a Primulis, cum farinam & fructum Auricularum, calycem & florem planum Primulae nacta ſit. Absque hac ſtirpe ſi foret, concederem omnino HEISTERO (*anim. in ſyſt. Linn.* §. 45 ſeqq.) & ſepararem a Primulis Auriculas.

## ORDO II.

## CALYCE VALDE BREVI OVARIO SPHAERICO.

*AURICULA URSI.* T.

5. PRIMULA foliis ſerratis, carnoſis, glabris, limbo florum conico CLIFF. p. 50.
*Flühblümlein flore luteo* ARET. p. 234 *b*.
*Flühblümlein flore pallido* ID. ib.
*Arthritica odorata montana petraea* GESN. Tab. Coll. p. 60 *b*.
*Arthriticae genus alpinum* GESN. Hort. p. 248 *b*.
*Lunaria arthritica* GESN. Fract. p. 64. *de plant. noctu lucent.* p. 23.
*Lunaria in horto lutea* EI. Coll. p. 87.
*Sanicula ſ. auricula urſi* MATTH. p. 966.
*Auricula urſi* DOD. p. 148. CAES. p. 262. CAM. Epit. p. 706. I. CLUS. Pann. p. 344. Hiſt. p. 302.
*Paralytica alpina ſanicula ſ. auricula urſi lutea* LOB. ic. p. 569.
*Auricula urſi flore luteo* CAM. Hort. p. 25. AICHST. Vern. Ord. I. T. II. f. 3. I. B. III. p. 499. RAJ. p. 1082. I. R. H. MAGN. Char. p. 222.
*Auricula urſi floſculis luteis* TAB. p. 723.
*Αλισμα* COLUMN. Phytob. p. 17.
*Sanicula alpina lutea* C. B. H. OX. II. p. 557. T. 24. f. I. MUR. p. 515. ZWING. p. 816.

Abunde in pratis mediocriter altis alpium.

Roſula ad terram ex foliis brevi & latounguе petiolatis, carnoſis, ovatis, leviter circumſerratis, aut ſolo tumente limbo circumdatis, glaucis. Caulis ex apice florifer, umbellatus. Calyx univerſalis ex ſquamis latis, brevibusque, Peculiares calyces breves, campaniformes, quinquedentati, farinoſi. Floris tubus paulatim lateſcit, calyce duplo longior, ſegmentis ſurſum cavis, late cordatis, ſulfureis, odoratis. Tuba tubi floris longitudine.

5. β. Flo-

β *Flore albo* ARETIUS & PIPERINUS in Bernenſium montibus apud GESNERUM Hort. p. 248 *b.* GESNERUS audiit circa *Weſen* inveniri Tab. Coll. p. 87.
Vide icones TAB. p. 323. AICHST. Vern. Ord. I. T. XI. f. I. de BRY T. 38. WEINM. T. 207 *b.*

γ *Flore purpureo.*

*Flühblümlein flore purpuraſcente, & flore ſanguinis in modum rubeſcente* ARET. p. 234 *b.* niſi ſint ſequentium ſpecierum.
*Arthritica alpina flore ſanguineo* ARET. apud GESN. Hort. p. 248 *b.*
*Auricula urſi flore purpureo* DOD. p. 148. abſque icone, LOBEL. ic. p. 570. folio limbo cincto AICHST. Vern. Ord. I. T. XI. f. 2. de BRY T. 38. RAJ. p. 1083. I. R. H.
*Auricula urſi II.* CLUS. Pann. p. 346. Hiſt. p. 303.
*Sanicula alpina rubra* TAB. p. 376. *purpurea* C. B. ZWING.
*Auricula urſi ſ. primula veris alpina flore rubente* I. B. III. p. 867.
*Sanicula alpina purpurea ſ. auricula urſi* MURALT. 514.
*Auricula urſi flore rubro medio luteo* WEINM. T. 208 *a.*

Ex *Rhaetia* I. B. inter *Clavennam* & *Burmium*. In Neſſo M. ARETIUS: in *Grindelwald* naſci C. GESNER. I. G. in m. *Gamor Abbatiscellanorum.*

Non videtur a priori aliter quam colore floris differre.

δ *Flore guttato,* PIPERINUS apud GESNERUM.

ε *Flore coeruleo* EI. ib. quas quidem nullibi vidi ſponte naſci: uti neque pulchras ex illa in Flandria natas varietates, quae in hortis frequenter reperiuntur.

6, PRIMULA foliis ſerratis, glabris, carnoſis, rotundioribus, ſcapo plerumque unifloro.

*Alia ſpecies arthriticae* ARET. p. 234 *b.*
*Arthriticae alpinae ſpecies alia minor* GESN. Hort. p. 248 *b.*
*Lunaria arthritica flore rubro in alpibus Bernenſium* EI. de noct. lucent. p. 23.
An *minor arthritica flore purpureo* GESN. Tab. p. 60 *b.* videtur.
*Sanicula alpina minima* H. OX. II. p. 557.

In ſummi M. *Scheidek* ſcopulis medio Junio M. In *Gotthardo* M. HUBERUS ex *Rhaetia.*

Roſula, uti priorum, ſed minor, foliis non longioribus ſua latitudine, carnoſis. Scapus pollicaris, uniflorus, raro biflorus. Flos cauli toti aequalis, vel major, nihilo minor folio plantae, ſegmentis emarginatis, purpureus, centro pallido. Calyx non farinoſus.

β. An ſatis vere differt *Auricula Urſi* VI. CLUS. Pann. p. 350. *VIII. minima* Hiſt. p. 305. cum icone non bona.

*Auricula minima flore niveo* TAB. p. 325.
*Sanicula alpina minima* TAB. p. 716.
*Auricula urſi minima flore* carneo & *niveo* I. B. III. p. 869. RAJ. p. 1083.* Syll. ext. p. 75. I. R. H.
*Sanicula alpina minima* carnea & *nivea* ZWING. p. 817. C. B. WAGN.

Nullam certe vidi plantam, quae huius generis ſit, & a prioribus differat.

7. PRIMULA foliis glabris, carnoſis, integerrimis

*Auricula urſi IIII.* CLUS. Pann. p. 359. Hiſt. p. 303, 304.
*Auricula urſi* TAB. p. 324.
*Auricula urſi carnei coloris, foliis minime ſerratis* I. B. III. p. 868. RAJ. Syll. p. 74. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 31. It. II. p. 130.
*Auricula urſi flore rubello* de BRY T. 38. &
*Auricula urſi ſecunda, foliis carnoſis mucronatis* de BRY.
*Sanicula alpina rubeſcens foliis non ſerratis* C. B. ZWING.
*Auricula urſi alpina rubeſcens folio non ſerrato* H. OX. III. p. 557. RAJ. p. 1083.
*Saniculae alpinae purpureae ſpecies alia* MUR. p. 514.

SCHEUCHZERUS in *Ioch, Sureneneck,* & *Septimo* M. ſupra Malojam. HUBERUS ex M. Lunae. Ex *Glaronenſibus* alpp. MUR. In *Hohencaſten* & *Krajalp* Abbatiscellanorum, & *Furkmatt* I. G.

Radix dura, quaſi villis tecta. Roſula ſimilis, ſed folia ex ovalibus lanceolata, margine integerrimo. Cauliculi vix unciales, uniflori biflorique. Flos toti cauli aequalis, calyce longiori, quam in auricula n. 5.

## *A R E T I A*

### *ANDROSACES* ſpec. T.

Ita voco plantarum genus, tubo floris cylindrico, ſegmentis planiſſimis, integris aut emarginatis, decem glandulis ſub origine ſegmentorum floralium corollam facientibus,

tibus, ovario ſpaerico, tuba brevi ſimpliciſſima. Ab Androſace differt corolla ſua glandularum, calyce non ſerrato, & tubo floris cylindrico, qui in Androſace inferne ventricoſus, ſuperne valde anguſtus eſt. Nomen eſt ab ARETIO, cive meo, qui Alpinas Patriae ſtirpes legit, & ad GESNERVM miſit, coluitque in horto, iterque Alpinum edidit poſt GESNERI Fractum M. antiquiſſimum.

1. ARETIA villoſa, floribus umbellatis.

*Sedum alpinum alterum lacteo flore*, CLUS. Pann. p. 489. 498. bene
*Sedum minus X.* Hiſt. p. LXI. & *alpinum IIII.* in icone p. LXII.
*Iaſme montana* LUGD. p. 1204. AMBROS.
*Chamaejaſme alpina* I. B. III. p. 869. RAJ. p. 1085.
*Sednm alpinum hirſutum lacteo flore* MOR. III. p. 473.
*Sedum minimum alpinum villoſum* PARK. p. 736. RAJ. Syll. ext. p. 232.
*Sanicula alpina minor hirſuta floribus umbellatis, albis, ſuaveolentibus*, PLUKN. p. 331.
*Androſace alpina perennis anguſtifolia villoſa & multiflora* I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 30. It. IV. p. 329.
II. *Alſine alpina cauliculis nudis prolifera* C. B.
*III. Varietas flore carneo.*
*Sedum alpinum puſillum hirſutum floribus carneis velut in umbellam diſpoſitis* RAJ. Syll. exter. p. 304. cum deſcriptione.

Paſſim in alpibus reperi, *Neunenen, Stokhorn, Scheidek, Gemmi* &c. SCHEUCHZER ad radicem M. Titliaci, & in *Rhaetia*, ubi olim I. B. legerat. RAIUS in M. *Dolaz*, & ego in *Falconario* M.

Folia ad terram concinnam roſulam faciunt, ovalia, vel longius elliptica, ambitu integerrimo, juniora copioſiſſimo albo tomento adſperſa. Pediculus floralis unciam altus, ſimplex. Foliola ſub umbella in ſtellae ſpeciem, majuſcula. Umbella floralis denſa, plana. Calyx campaniformis, ſemiquinquefidus. Flos albus, umbilico modo rubro, modo luteo. Petala emarginata.

2. ARETIA villoſa, ſcapis unifloris, T. VIII.

Inter plantas C. BAUHINI fuit cum nomine *Sedi alpini hirſuti lacteo flore.*

A priori, cum quo convenit folio & calyce leniter villoſis, differt cauliculis numeroſiſſimis, perpetuo unifloris.

3. ARETIA glabra, obtuſifolia, umbellifera,

An *Androſace alpina perennis anguſtifolia glabra & multiflora* I. R. H.

In *Gotthardo* M. 1736. KÖNIGIUS ex M. *Belchen*, qui *Vogeſi* pars eſt.

Ab Aretia n. 1. diverſa eſt. Roſae foliorum ut primae, ſed glabrorum, uti calyx glaber eſt. Scapus umbellifer, ſed rarior, umbella longius pediculata.

4. ARETIA cauliculis teretibus, foliis imbricatis, floribus ſeſſilibus T. VIII.

*Androſace alpina minima* COMM. LIT. NOR. 1731. p. 380.

In ſaxis *Gemmii* M. circa *Dauben.* I. G. ex altiſſimis locis M. *Pündtnerberg.*

Radix perennis, multiceps, lignoſa. Cauliculi toti foliis tecti, muſci ſimiles, vel ſedi facie. Folia breviſſima, ovalia, imbricatim ſe contegunt, & exigua parte eminent, tota hirſuta. Flos unicus ramum terminat, in ſcapo lineam alto unifloro. Calyx magnus, florem totum pene tegit, profunde quinquefidus. Tubus floris latus, pallidus, ſegmenta planiſſima, rotunda, lactea.

5. ARETIA foliis ciliatis linearibus, floribus umbellatis. T. f.

*Androſace anguſto nervoſo folio multiflora* T. VII.

I. GESNERUS ex alpibus Abbatiſcellanis

Sequentis ſimilis eſt, ſed durior. Radix lignea, multiceps. Roſa denſa foliorum glabrorum, gramineorum, ad margines minute ſerratorum. Scapus umbellam praefert, foliolis exiguis ſuſceptam, conpactam. Calyx ſemiquinquefidus, tubi floris longitudine. Flos videtur violaceus fuiſſe, rotundis ſegmentis.

6. ARETIA foliis linearibus, glabris, ſcapo paucifloro.

*Sedum alpinum tertium lacteo flore*, CLUS. Pann. p. 490.
*Sedum minus XI.* CLUS. Hiſt. p. LXI. abſque icone.
*Sedum alpinum alterum* COLUMN. Ecphr. II. p. 64. 65. bene
*Phyllo Dalechampii aliquatenus ſimilis* I. B. III. p. 762. cum bona icone.
*Sedum alpinum gramineo folio lacteo flore* C. B. Baſ. p. 83. P. H. OX. III. p. 472. MUR.
*Sedum alpinum anguſtiſſimo folio lacteo flore* C. B. ex COL. SCHOL. BOT.
*Sanicula alpina anguſtiſſimo folio flore albo* PLUKN. p. 332.
*Sanicula alpina anguſtiſſimo folio flore carneo* PLUKN. l. c. & T. 108. f. 5.
*Androſace alpina perennis anguſtifolia glabra flore ſingulari* I. R. H. TILL.
II. *Alſine alpina minima glabra* C. B. Prodr. p. 118. ex fide herb. vivi.

In

In *Waſſerfall* C. B. & I. B. In *Chaſſeral* & *Falconario* M. & ubique in alpibus & *Jura*, locis lapidoſis.

Folia roſulas faciunt erecta, firma, graminea, denſa, mucrone longe adtenuato. Cauliculi plures, unum & plerumque plures flores ex apice praeferunt, quatuor uncias ſaepe alti. Calyx campaniformis, in anguſtos dentes ſemiquinquefidus, tubo floris aequalis. Segmenta floris lactea, ortu, & decem glandulis flavis, emarginata, anguſta, odore primulae.

## *H O T T O N I A.*

BOERHAAVE p. 206. LINNAEI n. 120.

Calyx profundiſſime in quinque partes anguſtas ſectus. Tubus floris ventricoſus, ſegmenta quinque oblique reſciſſa, emarginata. Ovarium turbinatum, ex pentagono, uniloculare, ſeminibus circa axin plurimis. Tuba ſimplex, globulo ornata.

1. HOTTONIA BOERH. p. 207. PONTED. *Anthol.* p. 272. RAJ. *Syn. III.* p. 285. LINN. *Cliff.* p. 51. ROYEN. p. 41. 649

An *Stratiotes fluviatilis* GESN. Hort. p. 283?
*Myriophyllum alterum* MATTH. p. 1168. non male. EPIT. p. 879. bene
*Viola aquatilis* DODON. p. 230. Pempt. p. 584. cum meliori icone, & deteriori, foliorum ſub aquis natorum.
*Myriophyllum equiſetifolium paluſtre* LOB. Ic. p. 790. cum deteriori icone.
*Myriophyllon* CAES. p. 263. RUPP.
*Foeniculum aquaticum II.* TAB. p. 73.
*Millefolium aquaticum dictum viola aquatica* I. B. III. p. 782. RAJ. p. 1101.
*Millefolium aquaticum ſeu viola aquatica caule nudo* C. B. Baſ. p. 42. ZWING. p. 929. H. OX. III. p. 622.
*Millefolium aquaticum* IOHREN. praef.
*Stratiotes vulgaris flore albo* VAILL. Mem. de l'acad. 1719. p. 27.
β *Flore purpureo* VAILL. ib.
II. *Millefolium aquaticum equiſetifolium caule nudo* C. B. HERM. COMMELYN Indig.
*Millefolium aquaticum dictum viola aquatica ſecundum* C. B. ic. H. OX. l. c.

*Michelſeldae* in foſſa, quae longe elivum obſervat. Circa *Walperswyl* in foſſis.

Caulis longe repit, & radiculas per intervalla emittit fiſtuloſus, deinde erigitur ex aqua cum floribus. Folia in aqua reflexa, ſuper aquam expanſa, quinata, pinnata, pinnis planiſſimis, longis, linearibus, alias ſimplicibus, alias bifurcatis & ramoſis. Verticilli florum per gradus inminuti, foliis inſident exiguis. Flores petiolati, albi, aut purpuraſcentes, umbilico flaveſcente.

## *M E N O A N T H E S.*

TILL.

*MENIANTHES* T. T. 15. LINN. n. 117.

Calyx quinquefidus, brevis. Flos tubuloſus, ſed evaſatus, ſemiquinquefidus, ſegmentis erectis, per marginem ſubtiliter fimbriatis. Tuba ſimplex, apice diſcoide Fructus ovalis, monangios, polyſpermos.

1. MENOANTHES foliis ternatis LINN. *Cliff.* p. 52. *Lapon.* n. 80. ROYEN. p. 430. 683

*Trifolium paluſtre* CORD. Hiſt. p. 96. cum icone, DOD. Pempt. p. 580. AICHST. Vern. Ord. 7. T. 3. I. B. II. p. 389. C. B. Baſ. p. 92. RAJ. p. 1099. MUR. p. 567. BLAKW. T. 476.
*Limonium* CORD. Dioſc. p. 62 *b*.
*Iſopyrum* DOD. ic. II. p. 383. GESN. Hort. p. 263.
*Trifolium paludoſum* LOBEL. Ic. II. p. 33. PARK.
*Trifolium fibrinum* TAB. p. 521.
*Acopa Dioſcoridis* H. OX. III. p. 604. ſ. XV. f. 2. bene
*Menianthes paluſtre* T. aut. de Par. p. 494.
*Menianthes paluſtre anguſtifolium & triphyllum* I. R. H. RAJ. Syn. III. p. 285.
β *Trifolium majus* TAB. p. 520.
*Menianthes paluſtre latifolium & triphyllum* I. R. H. MAGN. Char. p. 218. RAJ. Syn. III. l. c.

In paludoſis non rarum. Circa lacum *Felinum* MURALT. Inter *Frienisperg* & *Seedorf* legi, circa *Nodz*, *Weiſſenburg* &c. Varietatem β. in ſylva *Bremgarten* reperi, non longe a *Lenggaſſen*, verſus *Neuenbrük-weg.* Olim *Michelfeldae* natum fuiſſe ZWINGER. *Tiguri* & *Genevae* I. B.

Caulis

Caulis vaginis tectus, erectus, pedalis. Folia ad radicem producit ex longo petiolo, ovalia, leniſſime ſerrata. Spica laxa ſcapum terminat, ex floribus petiolatis, ſquama ſub petiolo poſita. Calyx campaniformis, profunde quinquefidus, etſi numerus fiſſurarum aberrat, ſegmentis obtuſis. Eadem in flore varietas, cujus latus tubus eſt, color albus, tinctus roſeo. Stamina tot, quot ſegmenta floris. Ovarium ſubrotundum, conpreſſum, uniloculares bivalve.

Amariſſimus ſapor cibo quidem inutilem reddit, ſolis tolerabilem Laponibus, medicamentoſam vero, aperientem, muco reſolvendo aptiſſimam, ad morbos chronicos, ſcorbuticos (WILLI), hypochondriacos, arthriticos laudatam, & frequentiſſimi uſus: Pulchram Paralyſeos hypochondriacae curationem ſucco hujus plantae perfecit VIRIDET. Arthritidis validae in ſe ipſo ſucco ſero lactis diluto BOERHAAVIUS, in hydrope WILLI, ſed incipiente S. PAULI. In ulceribus antiquis, Podagra, & plerisque chronicis morbis idem fidus teſtis laudat BOERHAAVE. Lithontripticum eſſe apud BRESLAVIENSES lego 1722. M. *febr.* ſed vix fidem adhibeo. Pulvis caulium alvum purgat, ſi ad drachmam ſumatur, & vomitum movet WILLIUS *Act. Dan. III. Obſ.* 75.

*Menoanthen rotundifoliam* ſive *Nymphoides* T. nondum in Helvetia reperi.

## *SOLDANELLA.*

T. T. 16. LINN. n. 115.

Calyx monophyllos, profundisſime quinquefidus, peranguſtis ſegmentis. Flos lato tubo, expanſus, quinquefidus, ſegmentis laciniatis, tenuiſſime diſſectis. Filamenta brevia, apices acuti, Tubae ſimplici circumpoſiti. Fructus longe cylindricus, apice multidentato apertus, polyſpermos, unilocularis.

1. SOLDANELLA CLIFF. p. 49. ROYEN. p. 414.
   *Viola alpina foliis Aſari minoribus* GESN. Tab. Coll. p. 114*b*.
   *Viola alpina foliis ſcite diſſectis* IDEM Epiſt. p. 94.
   *Soldanella alpina minor* CLUS. p. 309. RAJ. Syll. p. 239.
   *Soldanella minore folio* CLUS. Pann. p. 355.
   *Soldanella montana* LOB. p. 715. (cum propria icone) *quibusdam* I.B. II. p. 817. pro utraque RAJ. Syll. p. 239. pro majore.
   *Soldanella alpina* CAM. Epit. p. 254.
   *Soldanella alpina folio minus rotundo* C. B.
   *Soldanella alpina minor folio minus rotundo* H. OX. II. p. 286. PLUKN. I. R. H. TILL.
   β *Soldanella alpina major* CLUS. p. 308.
   *Soldanella alpina* EI. Pann. p. 354. *folio rotundo* ZWING. p. 447.
   *Soldanella alpina rotundi folia* C. B. I. R. H. MUR. p. 633. SCHEUCHZ. It. I. p. 50.
   *Soldanella alpina rotundifolia major* H. OX. II. p. 285.
   γ *Foliis ſubtus rubris* CLUS.
   δ *Flore albo* CLUS. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 341.

Coerulea in omnibus alpibus ad nivis deliquia ſubnaſcitur: Albam SCHEUCHZERUS reperit in valle *Piora* ad alterum *Ticini fontem.* I. GESNERUS ſimilibus locis.

Radix perennis, lignoſa: Folia petiolata, reniformia, ſed rotundiora, integerrima, firmula, ſature viridia. Scapi nudi, biflori, & triflori. Color ſature coeruleus.

Acriter purgare ait CONSTANT, in *praef.* ad *Med. Helv.* ſed vereor, ne cum marina ſoldanella confuderit, quae convolvuli ſpecies eſt.

## *CONVOLVULUS.*

TOURN. T. 17. LINN. n. 134.

Calyx quinquefolius, inaequalis. Flos ex anguſto paulatim dilatatus, fine ampliſſimo, in quinque angulos plicatili, orbiculari, obſcure quinquefido. Stamina filamentis in origine latis, craſſis, hirſutis, apicibus longis, anguſtis, ſagittatis. Fructus (in noſtris) corolla pulpoſa, colorata, cinctus, pyriformis, tuba ſimplici, fine lato & brevibus duobus foliolis terminata. In noſtris trilocularis eſt, in aliis unus tantum, duove loculi ſunt. Lacteſcunt noſtri, & plerique, aut omnes, exotici.

1. CONVOLVULUS foliis ſagittatis, anguloſis, petiolis unifloris.
   *Volubilis* BRUNF. III. p. 90. *major* TRAG. p. 805. TAB. p. 875.
   *Helxine Ciſſampelos* CORD. Dioſc. p. 64.
   *Convolvulus major* GESN. Hort. p. 255. Tab. Coll. p. 70*b*. CAES. p. 384. I. B. II. p. 154. RAJ. p. 725.

*Smil-*

*Smilax levis* FUCHS. p. 720. MATTH. p. 1212. Epit. p. 932.
*Smilax levis major* DOD. Purg. p. 210. Pempt. p. 392.
*Smilax laevis vel lenis major* LOB. ic. p. 619.
*Convolvulus major albus* C. B. Baſ. p. 85. T. aut de Par. p. 72. & I. R. H. ZWING. MAGN. Char. p. 219. BLAKW. T. 38.
*Convolvulus vulgaris major albus, ſ. flore majori albo* H. OX. II. p. 12. S. I. T. 3. f. 6.
β Non lacteſcens WEINM. T. 413.

Ubique ad ſepes fruticesque ſcandit volubili caule.

Sepedalis eſt, & ultra. Folia cordata, retro projectis auriculis, anguloſe ſerratis. Calyx alius exterior ſpathiformis, bifolius, ampliſſimus, & altero major, alius interior, quinquefolius, campaniformis. Flos peramplus, lacteus, obſcuriſſime diviſus (BLAIR. *Eſſays* T. 4. f. 3.). Fructus trilocularis.

Acri lacte manat, purgat, hydropi, ictero obponitur, ſed raro. Succus inſpiſſatus ad viginti grana & ultra datus ſcammoneae vires habet. Radix non acris, ſuibus expetitur I. B.

2. CONVOLVULUS foliis ſagittatis, mucrone longiſſime coeunte, petiolo unifloro.

*Helxine in ſegetibus* CORD. Dioſc. p. 64.
*Helxine Ciſſampelos* FUCHS. p. 258. MATTH. p. 1011. CAM. Epit. p. 753. LUGD.
*Volubilis* DORST. p. 300. *minor* TRAG. p. 806.
*Iaſione* GESN. ind. quadr. p. 45.
*Convolvulus minor* GESN. Hort. p. 255. Tab. Coll. p. 71. CAES. p. 383.
*Smilax laevis minor* DOD. Purg. p. 213. Pempt. p. 393. (valde ſagittatum pingit.)
*Convolvulus minor purpureus* LOB. ic. p. 619.
*Volubilis arvenſis flore roſeo* TAB. p. 877.
*Helxine ciſſampelos multis, ſeu convolvulus minor* I. B. II. p. 157.
*Convolvulus minor arvenſis* C. B. Baſ. p. 85. T. aut de Par. p. 72. I. R. H. ZWING. p. 148.
*Convolvulus minor vulgaris* RAJ. p. 725.
*Convolvulus vulgaris flore minore albo vel purpureo* H. OX. II. p. 13. S. I. T. 3. f. 9.
Flore variat *albo, dilute purpureo, albo cum ſtella inſcripta carnea* &c. vide icones WEINM. T. 415 *b c*. T. 416 *a*. MALPIGH. *anat. plant.* f. 133.
β An vere differt *Convolvulus ſagittariae folio flore purpureo* PLUKN. p. 113. T. 85. f. 3. I. R. H.
Et *Convolvulus minimus anguſto auriculato folio* BOCC. Muſ. di Piant T. 33.

In agris, & in hortis nimis frequens.

Caulis humilis, ſibi permiſſus procumbit, circa plantas vero maxima volubilitate ſe elevat, cubitalis, & major. Folia hilo exciſa, longe gracileſcentia, in medio latiora, angulis juxta hilum modo recte reſciſſis, modo longe retrorſum ſagittatis. Petiolus monanthos: Sub flore, ſed remote, duo foliola. Calyx verus quinque obtuſe ovalibus foliolis fit. Flos rotundo ambitu finitur, juxta quinque angulos plicabilis, quos intus ſignat ſtellula carnea. Fructus rotundus, ſemen nigrum, conicum fere. Succus alvum movet SCHWENCKFELD.

## *STRAMONIUM.*

T. T. 43. 44.

*DATURA* LINN. n. 135.

Calyx pentagonus, leviter quinquefidus. Tubus floris praelongus, paulatim lateſcit, & amplo pentagono ambitu deſinit, angulis in cornua exeuntibus. Stamina longa, apicibus ovatis. Tuba apice fungoſo, bicolli. Fructus aculeis hiſpidus, quadrivalvis, quatuor ſeptis integris, & totidem ſeptis dimidiatis diviſus, polyſpermos, ſuccinctus corolla rotunde reſecta, de calyce delapſo reſidua. Semina obtuſe triangularia, plana, rugoſa.

1. STRAMONIUM fructu erecto, calyce pentagono.

*Nuci metellae congener planta* CAM. Epit. p. 176.
*Datura Acoſtae* LUGD. p. 1912.
*Solanum manicum Dioſc.* COLUMN. Phytob. p. 47.
*Stramonia altera major ſ. Tatura quibusdam* I. B. III. p. 624.
*Solanum foetidum pomo ſpinoſo oblongo* C. B. &c.
*Srramonium* BLAKW. T. 313.
*Datura pericarpiis erectis ovatis* LINN. Cliff. p. 55. ROYEN. p. 422.

In hortis & fimetis frequens, etſi exotica procul dubio origine natum.

Caulis ex una radice latiſſime ſe diffundit dichotomus. Folia longe petiolata, explanata, anguloſe diviſa, margine latis laciniis ſemilunaribus exſecto, tenera. Flores in-

inſident diviſionibus caulium albi; Fructus ovalis, erectus. Odor virus prodit.

Narcotici generis eſt, & deliria movet, ut BARTHOLETUS ex hac planta per artem deliria maniae contraria movere conatus ſit. Deliria certe, conciliata ab amicis, in India paſſus eſt KAEMPFERUS, ſed, procul dubio ob correctionem pharmaci, ſuavia, & innoxia *Amoen. Exot. Faſc. III. Obſ. XV.* Remedium in aceto eſt KRAMER *Comm. Lit.* 1733. n. 32. Mors a ſemine, quod funeſto errore, ex germanico nomine orto *Schwartzkümmel*) non raro pro Nigellae ſemine venditur, teſte BUCHNERO *Miſc.* 1727. p. 122. Extus adplicatum validiſſime relaxat, & emollit: Ad cancros, inflammationes, dolentia ulcera, commendant aliqui, vix, puto, experti.

## *POLEMONIUM.*

T. T. 61. LINN. n. 131.

Calyx campaniformis, ad duas tertias quinquefidus. Flos campaniformis, ſed brevis, pene rotatus, ſegmentis quinque latis & brevibus. Filamenta baſi latiori & barbata, deinde anguſta, apices ſagittati. Ovarium ovato conicum, triloculare, polyſpermon, emittit tubam apice in tres planas ligulas fiſſili. Semina anguloſa, acuminata, figurae irregularis.

1. POLEMONIUM LINN. *Lap.* n. 86. *Cliff.* p. 63. ROYEN. p. 432.
*Phu peregrinum* GESN. Hort. p. 272.
*Valeriana graeca* DOD. p. 352. bene TAB. p. 166. RAJ. p. 1102.
*Valeriana peregrina* LOB. ic. p. 716.
*Valeriana graeca flore coeruleo* AICHST. aeſt. ord. 9. T. 11. f. 3.
*Valeriana graeca quorundam, flore coeruleo* (& albo) I. B. III. p. 212.
*Valeriana coerulea* C. B.
*Vulneraria alata, Blattariae flore coeruleo* H. OX. III. p. 605. qui primus a Valerianis removit.
*Polemonium vulgare coeruleum* (& album) I. R. H. RUDBEK p. 99. SCHEUCHZ. It. VI. p. 460.
β *Flore albo* AICHST. l. c. f. 2. I. B. I. R. H. RUDBEK. &c.
In eadem autem ſtirpe utrumque colorem ſe vidiſſe teſtatur LINNAEUS.

In *Rhaetia* ſylvis I. B. In deſcenſu *Albulae* M. verſus *Bergun* SCHEUCHZER, & pene ibidem HUBER. In deſcenſu *Spelugae* etiam SCHEUCHZER. In rivo *audeſſus de Noirvaux, du coté de la ſ. Croix* Bernenſium DIVERNOI.

Caulis firmus, erectus, cubitalis & ultra, ramoſus. Folia pinnata, paribus pinnarum undecim & ultra, extremo inpare: Pinnae ex ovatis lanceolatae ſunt. Flores circa ramorum ſummitates, in ſpicas denſas.

## *CAMPANULA.*

T. T. 37. LINN. n. 129.

A Polemonio differt, quod fructui ſummo flos inſideat, & lateraliter tribus foraminibus aperiatur, idemque flos longiori Tubo ſit, pariter autem ample quinquefido: & dantur praeterea ſpecies, in quibus magis, quam Polemonio, rotatus eſt. Calyx quinquefolius. Semina ad tres conſpicuas placentas. Ovarium paulo ſupra pediculum aperitur, evolutis triangularibus parietis portionibus. Hanc, & Rapunculum, etſi ſit flore fructui inſidente, ſeparare, aut cum Umbilicatis conjungere ipſa Natura vetuit.

1. CAMPANULA foliis aſperis, imis cordatis, reliquis longe acuminatis, ſerratis, calycibus hirtis, ala multiflora.
*Campanula* FUCHS. p. 432. bene
*Uvularia* TRAG. p. 926.
*Uvularia ſ. campanula vulgaris* GESN. Coll. p. 115.
*Rapum ſylveſtre majus foliis fere urticae* EI. Hort. p. 276.
*Rapum ſylveſtre alterum, Cervicaria major* DOD. coron. p. 31. bene, Pempt. p. 164.
*Trachelium vulgare* CLUS. p. CLXX.
*Trachelion, Cervicaria, & uvularia* TRAGI *& Herbariorum* LOB. p. 326.
*Archangelica* CAES. p. 386.
*Cervicaria major* TAB. p. 412.
Et *major II.* EI. p. 413.
*Trachelium majus* LUGD. RAJ. p. 732. *flore purpureo* ZWING. p. 591.
*Cervicaria hortenſis flore coeruleo* AICHST. aeſt. ord. 1. T. 6. f. 2.
*Campanula major & aſperior foliis urticae* I. B. II. p. 805.
*Campanula vulgatior, urticae folio, vel major & aſperior.* C. B. Baſ. p. 26. I. R. H. aut de Par. p. 407.

Cam-

*Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis urticae* MOR. II. p. 459.
β *Flore albo* I.B. C.B. AICHST. l.c. f. 3. I.R.H. LOB. WEINM. T. 292 *a.* SCHEUCHZ. It. IV. p. 331. ROYER.
γ *Flore pleno coeruleo* BRESL. 1722. IVL.
δ *Flore pleno albo.*

Vulgaris eſt in ſylvis & ſepibus. Flore albo in ſubalpinis frequens eſt, v. g. valle *Haſelia*; in *Valeſia* ſuperiori, valle *Urienſi* &c.

Caulis purpureus, hirtus, nutans, bipedalis. Folia & ipſa hirta, petiolata, longe cordata, per oram crenata, ſaepe ſemibiloba, ſemitriloba. Flores ex petiolis ramoſis, ex alis foliorum, nutantes, plerumque terni. Calyx nervo oriſque aſpere ciliatis, latiſſimis ſegmentis, Flos clauſus albet, deinde plerumque violaceus eſt, in fauce piloſus, & in oris ſegmentorum, quae triangularia ſunt, tubus vero floris longus eſt, parum apertus. Tubae antennae breves. Ovarium rotundum, craſſum. Semina ovato acuminata, conpreſſa.

2. CAMPANULA foliis ſubaſperis, imis longius cordatis, reliquis longe acuminatis ſerratis, ala uniflora.

*Uvularia altera major in horto meo* GESN. Tab. Coll. p. 116.
*Rapum ſylveſtre quartum* DOD. Coron. p. 33. Pempt. p. 165.
*Trachelium in maritimis* LOBEL. adverſ. p. 139.
*Trachelii genus mollioribus foliis* CLUS. Pann. p. 687. Hiſt. p. CLXX. absque icone.
An *altera foliis Archangelicae minoribus* CAES. p. 386.
*Cervicaria major ſylveſtris* AICHST. aeſt. ord. 1. T. 6. f. 1.
*Campanula repens flore minore coeruleo.* I.B. II. p. 806. RAJ. Hiſt. p. 733. MAGN. Char. p. 214.
*Campanula hortenſis rapunculi radice* C.B. Baſ. p. 26. T. aut de Par. p. 406. I.R.H. ZWING.
*Campanula hortenſis rapunculi radice repente* H. OX. II. p. 460.
II. *Cervicaria major altera* DOD. p. 164.
*Campanula urticae foliis oblongis minus aſperis* C.B. I.R.H.
III. *Campanula media foliis inferne parva lanugine veſtitis* THAL. p. 32. ZWING. p. 393.
*Campanula ſ. cervicaria media Thalio floribus coeruleis parvis* I.B. II. p. 807.
Huc icones WEINM. T. 292 *b. d.* T. 293 *a.*

C.B. in ſepibus inter *Arlesheim* & *Mönchenſtein.* RAIUS in ſegetibus circa *Genevam.*

Omnia molliora, minora, quam priori; Caulis & calyx vix niſi leniter hirſuti: flores ſolitarii, &, quia folia in ſummis ramis exigua ſunt, evidentius ſpicati, brevius petiolati, in ſua ala ſinguli. Orae ſubhirſutae, faux vix piloſa eſt. Folia etiam longiora ſunt, minusque cordata. Radices eſculentae ſunt, uti Rapunculi DODON.

3. CAMPANULA foliis rhomboideis, ſerratis, ſpica unilaterali, pene nuda.

I. *Campanula Drabae minoris foliis* C.B. Prodr. p. 36. P. PARK. RAJ. Syll. ext. p. 81. Hiſt. p. 733 *. I.R.H. ZWING. p. 391. non autem icon.
II. *Campanula alpina glabra flore dilutiſſime coeruleo* I.B. II. p. 806. H. OX. II. p. 453. RAJ. p. 739 *. I.R.H. TILL. ZWING. p. 388.
III. *Rapunculi genus folio ſerrato rotundiore* I.B. II. p. 798. ZWING. l.c. SCHEUCHZ. It. I. p. 47.
*Campanula ſtiriaca nonnihil hirſuta imis foliis rotundioribus per ambitum profunde crenatis* PLUKN. p. 77.
*Rapunculus folio ſerrato rotundiore flore convolvuli* MOR. II. p. 455.
IV. *Rapunculus Teucrii folio* BARREL. ic. 567. bene
*Rapunculus alpinus Teucrii folio rhomboidalis* BOCCON. Muſ. di Piant. p. 75. T. 61.
*Campanula alpina Teucrii folio angulato* I.R.H.
V. *Campanula urticae foliis minor, floribus reflexis, & unico ordine diſpoſitis, flore coeruleo* PONTED. Comp. Tab. p. 74.
VI. *Campanula horteuſis rapunculi radice* SCHEUCHZ. It. VII. p. 510. ex loco natali.
VII. Leviter differt, folio paulum rotundiori,
*Campanula foliis ſubrotundis* C.B. Prodr. p. 35. RAJ. I.R.H. H. OX. II. p. 453. ZWING. p. 390. ZANICH.

In ſylvis altioribus, Jurae, verſus *Creux du Vent,* & in pratis montanis M. *Meirivaux.* Circa *Canderſteg,* in valle Urſaria, circa Thermas *Leucenſes* &c. SCHEUCHZER in *Surenenſium* alpibus.

Caulis rectus, vel nutans, cubitalis, vix ramoſus. Folia ex ovatis pene rhomboidea, rara, acute circumſerrata, ſubhirſuta, aut glabra, ſaepe reflexa. Calycis ſegmenta capillaria, qua nota facile a priori diſtinguitur. Flores ſature cyanei, uno verſu in longam & raram ſpicam diſpoſiti, modo ſolitarii, modo ex ramoſis pediculis.

617

4. CAMPANULA floribus ſeſſilibus congeſtis, latioribus foliis inſidentibus.

*Uvularia exigua* TRAG. p. 926. abſque icone.
*Rapi ſylveſtre genus, uvularia in pratis* GESN. Hort. p. 276.
*Uvularia quae flores coeruleos habet.* GESN. Tab. Coll. p. 116.
*Rapum ſylveſtre III. cervicaria minor* DOD. coron. p. 31. abſque ic. Pempt. p. 164. non optime
*Trachelium minus* CLUS. p. CLXXI. eadem icon, LOB. p. 316. LUGD. RAJ. p. 735.
An *Prior floribus ſpicatis floribus minoribus Archangelicae* CAES. p. 386.
*Rapunculus ſylveſtris coeruleus umbellatus* 2. THAL. ic. VIII. n. 2. bene, BARREL. ic. 523. n. III. PARK.
*Symphytum petraeum conſolida petraea I.* TAB. p. 560.
*Trachelium minus multis* I. B. II. p. 800. & denuo ex THALIO.
*Rapunculus umbellatus latifolius* C. B. ZWING. p. 388.
*Campanula pratenſis flore conglomerato* C. B. (in Baſ. p. 27. per errorem *majore)* ZWING. p. 394. T. aut de Par. p. 185. I. R. H.
*Trachelium pratenſe flore conglomerato* H. OX. II. p. 401. S. 5. T. 4. f. 43.
WEINMANN. T. 291 *d.* T. 294 *d.*
β *Flore albo.* TAB. p. 561. bene, I. B. RAJ. MOR. &c. WEINM. T. 291. C. BLAIR. Dec. p. 25.
γ *Flore albo pleno* WEINM. T. 294. c.
δ *Floribus per caulem ſparſis* C. B. PLUKN. I. R. H.
ε Iisdem albis I. R. H.
ς *Trachelium oblongo folio alpinum* BOCC. T. 98. p. 70.
*Campanula alpina folio longiori lucido* I. R. H.
ζ. eadem aut propinqua planta videtur *Trachelium ramoſum floribus pleriſque ſingularibus* I. B. II. p. 801.

Varietates priores ubique; Sexta in pratis montanis *Jurae* ſupra *Biennam*.

Caulis ſimplex, aut ramoſus, erectus, ſubaſper. Folia ad terram longe petiolata, caeterum longe, & vix, gracileſcunt ſicca, margine minute ſerrato. Alia ad caulem lata baſi, ſeſſilia. In ſumma planta & in alis etiam foliorum faſciculi florum ſeſſiles, erecti, & ſub floribus, lata, breviaque folia. Calyx exiguus, ſegmentis latiuſculis. Flos cyaneus, minus quam ſemiquinquefidus. Semina ovata, conpreſſa, ab altero latere marginata. In alpibus eadem durior eſt, floribusque magis ſpecioſis, majoribus, totaque planta altior n. ς.

5. CAMPANULA foliis amplexicaulibus aſperis, floribus faſciculatis exiguis.

*Rapunculus ſylveſtris coeruleus umbellatus major* THAL. p. 94. ic. VIII. n. I.
*Campanula foliis Echii* C. B. Prodr. p. 36. cum icone, non autem in P. SCHAEFFER. del. MENZEL. RUPP. p. 23. ERNDL. &c. SCHEUCHZ. It. IV. p. 332. *floribus villoſis* ZWING. p. 391. quod ad iconem.
*Campanula hirſuta Echii foliis* KNAUT. Plant. Hal. p. 14. BUXB. p. 52.
*Campanula umbellata foliis oblongis hiſpidis* I. R. H.
*Campanula hirſuta foliis uno pediculo inſidentibus foliis Echii* WEINM. T. 288 *b.*
An *Campanula altiſſima hirſuta, aſperior, foliis anguſtis, floribus parvis coglomeratis* DILLEN. p. 121? An ad ſequentem?

SCHEUCHZERUS in itinere IV. legit.

A priori vix differt, folia & caulis aſperitate excellunt, flores minores ſunt, ſed ſimiliter inſident alis foliorum latiorum.

6. CAMPANULA foliis & ſpica longiſſimis, floribus ſeſſilibus, in alis congeſtis.

An *Trachelium alpinum maximum* SCHWENCKF. p. 209?
*Trachelium altiſſimum, foliis aſperis anguſtis floribus parvis* I. B. II. p. 801. cum bona icone, RAJ. p. 734*. H. OX. II. p. 461.
*Campanula hirſuto folio anguſto tenuiter ſerrato floribus parvis ſpicatis* PLUKN. p. 76. T. 153. f. 3.
*Campanula alpina altiſſima hirſuta parvo flore* I. R. H. BOERH.
*Campanula Echii folio anguſtiſſimo foliis oblongis in ſpica longiſſima digeſtis* MICH. ap. TILL. p. 29.

HUBERUS prope *Ripam* ad lacum *Comenſem*, & ad lacum *Magnum* in Vineis. I. GESNERUS circa thermas *Leurenſes*.

Diverſa utique, radice craſſa tuberoſa, caule bicubitali, cum foliis aſperrimo; foliis longis, linguiformibus; ſpica florum cubitali; floribus ſeſſilibus, inferius in planta congeſtis, ſuperne ſolitariis, calycis ſegmentis latis ciliatis, flore longo exiguo. Semina tenuiſſima, pene ovalia, ſed foliacea, marginata.

7. CAM-

7. CAMPANULA foliis obtuſis, ſerratis, hiſpidis, floribus in fauce lanuginoſis.
*Campanula foliis Echii floribus villoſis* C. B. Prodr. p. 36. RAJ. p. 733. HOX. II. p. 460. ZWING. ROB. icon. 57. MAGN. bot. p. 45. Hort. I. R. H. GARID. TILL. MUR. p. 705.
*Campanula Drabae minoris foliis* ZWING. p. 390. quod ad iconem.

C. B. in *Gotthardo* & *Fracto.* MURALTUS in alpp. *Glaronenſibus.* Alii in *Provincia*, unde & ego habeo. Diverſam eſſe notavi ad *catal. horti* C. B.

Radix dura, tuberoſa. Folia ad terram congeſta, petiolata, lato & ſubrotundo fine, ambitu evidenter ſerrato, aſpera, pilis ſtipatis: ad caulem anguſta exigua. Caulis non ramoſus, ad pedalem, ſubaſper. Flores in longam ſpicam, ſinguli ſuo folio inſident, pene penduli, ex brevibus petiolis, calyce hiſpido & extremo flore piloſo. Caeterum cum hoc nomine miſſa eſt modo octava ſpecies, modo quinta.

8. CAMPANULA foliis fere integris, longe lingulatis, hiſpidis, foliis nutantibus, in fauce lanuginoſis.
An *Trachelium pumilum alpinum* CLUS. Pann. p. 687. Hiſt. p. CLXXI. CLXXII?
*Trachelium montanum* LUGD. p. 1202.
*Rapunculus montanus ſ. trachelium montanum* I. B. II. p. 808.
*Campanula foliis anchuſae floribus oblongis* C. B. RAJ. p. 734. ZWING. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 32. It. II. p. 131. It. IV. p. 331. TILL. TIT.
*Campanula montana foliis anchuſae* MOR. II. p. 460. S. 5. T. 3. f. 35.
*Campanula alpina aſperior foliis echii flore magno villoſo* PLUKN. p. 76. T. 153. f. 6.
*Campanula hirſuta Bellidis foliis* EI. ib. f. 5. I. R. H.
*Campanula hirſuta minoris Drabae folio* EI. ib. f. 4.
*Campanula minor foliis ſuccifae flore magno* RAJ. p. 735.
β *Flore albo* SCHEUCHZER It. IV. p. 331. in valle *Medels* & circa *Tavetſch*, & ego in valle *Vrſaria* legi.

Coeruleam I. B. *Burmii.* SCHEUCHZER inter *Churwalden* & *Lenz*, ego paſſim reperi in montoſis inter *Ormond* & *Chateau d'Ocx*, in *Neunenen*, *Planalp*, *Scheidek*, aliisque pratis alpinis non altiſſimis.

Radix alba ſcabra, conica. Folia ad terram multa, mediocriter ſcabra, lingulata, margine leniter inaequali, ſive obſcure ſerrato: ſuperiora exigua, & acuta. Caulis cubitalis, aſper, nudus, non ramoſus, Flores in ſummo caule in ſpicam unilateralem, nutantes. Calyx retrorſum adpendiculatus, ut Violae, albis pilis aſper. Flos magnus, dilute coeruleus, in faucibus villoſus.

9. CAMPANULA foliis hiſpidis, caule unifloro.
An varietas *Campanulae folio Echii floribus villoſis* C. B. Prodr. p. 37. quam dicit unifloram reperiri.
An *Campanula ſaxatilis Echii folio flore magno* I. R. H. BOERH. &c.
β *Flore albo* EORUM D. ib.

GAGNEBIN, & I. GESNER ex alpibus.

Cauliculus vix quatuor unciarum, non ramoſus. Folia linguiformia, aſpera, vix quartam partem pollicis lata, quae majora. Flos unicus, etiam longior priori, calyce ſimiliter appendiculato. Vix ſatis differt.

10. CAMPANULA floribus lanuginoſis, in denſiſſimam ſpicam conicam congeſtis.
*Trachelium Thyrſoides* CLUS. Pann. p. 688. Hiſt. p. CLXXII. abſque icone. RAJ. p. 734.
*Cervicaria montana thyrſoides* PON. p. 65.
*Cervicaria major tenuifolia* THAL. p. 32. ic. IIII. optime
*Echium montanum Dalechampii* LUGD. p. 1106.
*Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum Dalechampii* I. B. II. p. 809. ZWING. BOCC. oſſ. p. 112.
*Echium montanum luteum* C. B. WAGN. p. 275.
*Trachelium ſpicatum Echii foliis*, H. OX. II. p. 462. deſcriptio, non vero icon S. 5. T. 4. f. 45.
*Campanula alpina echioides maxima lutea* PLUKN. p. 76.
*Campanula alpina echioides pyramidata* I. R. H.
*Echium alpium luteum ſ. Trachelium* Θυρσοειδὴς MUR. p. 710.
II. *Campanula foliis Echii* C. B. Phyt. p. 142. P. non autem in *Prodromo*, H. OX. II. p. 460. n. 34. MENZEL. Ged. ex ſynonymis.
III. *Campanula alpina pubeſcens ſpica florum pyramidali* I. R. H.

Paſſim in alpinis v. g. *Waach*, tum in adſcenſu ad *Dolaz* in M. *Botrodz* copioſiſſime. In M. *Gamor* I. GESNER.

Radix craſſa, brachiata. Folia ad terram congeſtiſſima, praelonga, elliptica, linguiformia, hirſuta, ſubaſpera. Caulis non ramoſus, pede paulo altior, nullibi nu-

nudus. Flores in ſpicam denſiſſimam, foliis miſtam, ochroleuci, longe campanulati, hirſuti; Tuba cyanea, eminens.

11. CAMPANULA foliis undulatis, ſubhiſpidis, caule ramoſisſimo.

*Raponcoli* BRUNF. II. p. 84.
*Rapunculus* DORST. p. 246 *b.* MATTH. p. 438. CAMER. Epit. p. 221. non bene, TAB. p. 409. CAES. p. 385.
*Rapum ſylveſtre* FUCHS. p. 214. bene, GESN. Hort. p. 276. RUELL. p. 346.
*Rapunculum vulgare* TRAG. p. 725.
*Rapum ſylveſtre III.* GESN. Coll. p. 101 *b.*
*Rapunculum* DOD. p. 164. 165.
*Raputium parvum, pes Leonis avicennae* LOB. p. 328.
*Erinus Nicandri* COLUMN. p. 225.
*Rapunculus vulgaris campanulatus* I. B. II. p. 795.
*Rapunculus eſculentus* C. B. Baſ. p. 25. RAJ. p. 739. H. OX. II. p. 455.
*Campanula radice eſculenta flore coeruleo* T. I. R. H. aut de Par. p. 63. ZANICH. p. 47. ic. 102.
β *Flore albo* COLUMN. l. c. CAM. Hort. C. B. I. R. H. WEINM. T. 290. *a.*
γ *Varietas altior, ramoſiſſima.*
*Rapunculus nemoroſus anguſtifolius major* C. B. MUR. p. 261.

Vulgaris ad vias, & in ſepibus, neque flore albo rarus.

Radix alba, conica, exigua. Caulis cubitalis, & in ſylvis quandoque ſepedalis, aſper, anguloſus, brachiatus, ſuperne, uti & rami, pene foliis nudus. Folia ad terram mollia, hirſuta, ora contracta & undulata, longe lingulata, obtuſa; ad caulem ſerrata, acutiora, fere glabra. Flores petiolati, in raras aphyllas ſeries. Calycis ſegmenta peranguſta, flore paulo breviora. Flos pene ad dimidias diviſus, laciniis acutis, dilute purpureus.

Radix eſculenta, dicitur lac augere.

12. CAMPANULA foliis linearibus, ſerratis, floribus diſſitis, longiſſime petiolatis.

I. *Phyteuma* MATTH. p. 1191. planta fructifera. CAES. p. 386.
*Campanula coerulea* GESN. Hort. p. 251 *b.*
*Campanula media* DOD. Cereal. p. 37. egregie, Pempt. p. 166.
*Campanula Perſicae folio* CLUS. p. CLXXI. cum DOD. icone I. R. H.
*Campanula perſicifolia noſtras* LOB. p. 327.
*Rapunculus campanulatus Neriifolius* III. THAL. p. 94. &, puto, omnes reliqui, a I. ad VI. Ita I. B.
*Campanula anguſtifolia* TAB. p. 317. ad iconem MATTH.
*Campanula coerulea Perſicifolia* AICHST. ord. I. T. 8. f. 2.
*Campanula anguſtifolia coerulea* I. B. II. p. 803. T. aut de Par. p. 64.
*Rapunculus Perſicifolius magno flore* C. B. Baſ. p. 26.
*Campanula Perſici folia* PARK. RAJ. p. 738. H. OX. II. p. 452. (Perſicae.)
II. *Rapunculus nemoroſus II.* TAB. p. 411. omnino.
*Rapunculus nemoroſus anguſtifolius magno flore major* C. B. ZWING. RAJ. p. 735. In horto ſicco tamen cum hoc nomine Rapunculum reperi.
*Campanula nemoroſa anguſtifolia magno flore major* I. R. H.
III. An *Rapunculus ſ. Erinus magno flore* COLUMN. II. p. 23. 24.
*Rapunculus nemoroſus magno flore minor* C. B.
*Rapunculus nemoroſus magno flore* PARK. RAJ. p. 735. ZWING.
*Campanula nemoroſa anguſtifolia magno flore minor* I. R. H.
β *Flore albo* AICHST. SWEERT. n. T. 16. I. B. ROYER. I. R. H. &c.

Circa *Baſileam* in nemoribus. In Bernenſium ditione Gallica ubique, in ſepibus, & dumetis. I. B. in *Saleva* M. & colle *la baſtie.*

Radix priori ſimilis, pariter edulis. Caulis rectiſſimus, cubitalis, & multo etiam altior, non ramoſus, anguloſus, cum tota planta glaber. Folia anguſta, longiſſima, leviter ſerrata. Flores in ſpicam raram, diſſitam. Petioli ſemipedales, uniflori, ſubnaſcente non raro altero etiam flore. Calyx latifolius, non capillaris. Flos brevis, late campaniformis, ſature coeruleus, ſegmentis latis, modice acuminatis. Tubae antennae longiſſimae.

13. CAMPANULA foliis imis cordatis, vix ſerratis, ſuperioribus linearibus integris.

*Campanula alpina linifolia coerulea* C. B. Prodr. p. 34. HOFM. ZWING. MAGNOL. bot. p. 47. 291. cum icone. I. R. H. MUR. p. 657. LINN. Lap. n. 84. HALLER It. Helv. n. LXII.

*Campa-*

*Campanula linifolia coerulea, vel rapunculus campanulatus linifolius* I. B. II. p. 747. ex Fratre &
*Campanula linifolia rara flore coeruleo* I. B. II. p. 797. I. R. H.
*Campanula linifolia coerulea* C. B. Phyt. p. 138. PARKINS. *vel Rapunculus campanulatus linifolius* RAJ. p. 740.
*Campanula alpina rotundifolia major* WAGN. p. 273.

In pratis ſubalpinis, & *Jurae* M. paſſim, circa *Kanderſteg*, in *valle Urſaria*, M. *Feuerſtein* &c. In M. *Waſſerfall* C. B.,

Ima folia fere integra, rotunde cordata, ſuperiora valentia, modice ſerrata, aliquando leviter ſubhirſuta. Flos major, quam ſequenti n. 16., a qua modice omnino differt.

14. CAMPANULA foliis radicalibus cordatis ſerratis, caulinis linearibus integris.

*Campanula coerulea* GESN. p. 251 *b.*
*Rapum ſylveſtre minus, quod campanula coerulea* GESN. Hort. p. 276.
*Rapi ſylveſtris ſpecies parva in muris* GESN. Coll. p. 101 *b.*
*Campanula minor alpina* CLUS. Pann. p. 688. cum folia dicat Caryophylli, alpina enim noſtra foliis eſt ſerratis.
*Campanula minor alpina rotundioribus imis foliis* CLUS. Hiſt. p. CLXXIII. bene
*Campanula ſylveſtris minima* DOD. p. 167. eadem icon.
*Campanula minor rotundifolia* LOB. p. 328. LUGD.
*Rapunculus campanulatus linifolius* THAL. p. 96.
*Rapunculus ſylveſtris minor* TAB. p. 409. AICHST. Vern. Ord. T. 5. f. 3.
Et *Rapunculus ſylveſtris flore ex purpureo candido* TAB. p. 410.
*Campanula minor ſylveſtris flore coeruleo* AICHST. aeſt. ord. 13. T. 8. f. 1.
*Campanula parva, anguillarae cantabrica* I. B. II. p. 796. qui alpinam non diſtinguit.
*Campanula minor rotundifolia vulgaris* C. B. Baſ. p. 26. ZWING. T. aut de Par. p. 183. I. R. H.
*Campanula rotundifolia* RAJ. p. 740.
*Campanula vulgaris minor, foliis imis rotundioribus, ſinuatis, non ſerratis* H. OX. II. p. 456. S. 5. T. 2. f. 17.
II. *Campanula minor rotundifolia flore in ſummis cauliculis* C. B. ex altero ſynonymo TAB. RAJ. p. 740. I. R. H.
III. *Rapunculus nemoroſus anguſtifolius parvo flore* C. B. Baſ. p. 26. ex fide horti. & HAGENBACHIANAE collectionis.
*Rapunculus nemoroſus III.* TAB. p. 412.
*Campanula nemoroſa anguſtifolia parvo flore* I. R. H. RUPP.
β *Flore albo* TAB. p. 410. WEINM. T. 287. *a.* SCHEUCHZ. It. IV. p. 331. &c.

Nihil vulgatius ad mucros, rupes, loca ſicca viarum.

Caulis proſtratus, ſolos ramos florigeros erigit, valde ramoſus. Folia ad terram longe pediculata, cordato reniformia, anguloſa, proxima longiora, latiuſcula tamen, vix ſerrata; ſuperiora graminea, margine integro. Flores in ſpicam laxam, diſſitam, calyce capillari, campanula cyanea, valde aperta. Ovarium & ſemina alpinae n. 16. Flore albo in ſubalpinis, inter *Mühlenen* & *Aeſchi* SCHEUCHZ.

15. CAMPANULA uniflora, foliis imis cordatis, ſerratis, ſuperioribus integris, hirſutis.

*Campanula alpina linifolia coerulea, flore unico, pentagono, grandi, in ſummo cauliculo* SCHEUCHZ. It. VI. p. 454. f. 14.
*Cempanula parva rotundifolia flore coeruleo pentagono grandi* EI. It. II. p. 131. an etiam RAJ. p. 741. I. R. H.
*Campanula montana minor anguſtifolia* BARREL. ic. 487.
*Campanula caule unifloro* LINN. Lapon. n. 85. *T.* 9. f. 5. 6.

Ad pedem *Gotthardi* M.

Folia ima pariter ſubrotunda, caeterum vix videtur a priori differre, etſi foliis evidentius hirſutis ſit, caule humili, flore unico, neque tamen minori.

16. CAMPANULA foliis omnibus ſerratis, imis cordatis, ſuperioribus lanceolatis.

*Campanula alpina rotundifolia minor* C. B. Prodr. p. 34. cum bona icone. ZWING. RAJ. p. 740. PLUKN. I. R. H. RUPP. TIT. It.
*Rapunculus alpinus minor rotundifolius* H. OX. II. p. 456. S. 5. T. 2. f. 16.
II. *Campanula minor rotundifolia altera* C. B. Phyt. p. 140. ex CLUSIO, I. B. II. p. 797. ex fratre.
*Campanula alpina minima folio ſerrato oblongo* RAJ. p. 740.
III. An *Campanula alpina minima foliis Linariae ad caulem ſtipatis* BOCCON. p. 143. T. 103.

III. *Cam-*

IIII. *Campanula rotundifolia minima* C. B. Phytop. p. 141. Prodr. p. 34. I. B. II. p. 797. ex fratre, PARK. RAJ. p. 740. ZWING. I. R. H. TIT. It. &c.

β *Flore albo* varietas prima SCHEUCHZER. It. I. p. 33. It. II. p. 131. in *Rhaetia* prope *Oberhaldenſtein*. Varietas III. C. B.

Ad petroſa alpium valde frequens, etiam in M.ᵗ *Belbperg*, ad cataractam. Minima eademque uniflora, in ſummis Jugis *Jurae*.

Radix perennis, longa, multiceps. Ceſpites multiplices cauliculorum ſemipedalium, qui ad terram ſubhirſuti ſunt. Folia ima cordata, profunde ſerrata, deinde ſerrata pariter ſed longiora, ultima & pauciſſima in ramis graminea, nitida prae atro virore, tenera. Calyx capillaris. Flores lati, ex glauco cyanei, nitentes. Ovarium oblongum, ſemina minutiſſima, acuta. Nihil admodum abſurdum fecerit, qui quatuor ſpecies 13-16. conjunxerit.

* CAMPANULA foliis Echii, floribus ad ſummitatem caulis ſingularibus, non confertis SCHEUCHZER. in *catal.*

In M. *Legerberg*, & alpibus *Helveticis*.

** Et CAMPANULA alpina floribus juxta caulis longitudinem in pediculis praelongis exeuntibus SCHEUCHZERI.

Mihi omnino ignotae ſunt.

17. CAMPANULA ſiliqua longiſſima, flore rotato.

α Varietas procumbens.
*Avicularia Sylvii* GESN. Coll. p. 61 *b.*
*Viola inodora anonymos* EI. p. 114.
*Campanula arvenſis minima* DOD. coron. p. 38. Pempt. p. 168.
*Avicularia Sylvii quibusdam* I. B. II. p. 800.
*Speculum veneris* RAJ. p. 742. *majus* PARK. ZWING. p. 396.
*Campanula arvenſis minima* H. OX. II. p. 457. PLUKN.
*Campanula arvenſis procumbens* T. aut de Par. p. 252. I. R. H. GARID. TILL.
β Varietas erecta.
*Onobrychis altera Belgarum & Dodonaei* LOB. p. 418.
*Elatine* CAES. p. 387.
*Onobrychis Belgarum* AICHST. Vern. Ord. 7. T. 1. f. 1.
*Viola arvenſis* TAB. p. 304. ex DOD.
*Pentagonion, viola pentagonia* EI. p. 316. melius
*Campanula arvenſis erecta* T. aut de Par. p. 252. MAGN. Char. I. R. H.
γ Hujus varietas *minor*
*Speculum veneris minus* PARK. p. 1331. RAJ. Cant. p. 159.
*Campanula arvenſis minima erecta* H. OX. II. p. 456.
*Campanula arvenſis minor ſiliqua ampliori* I. R. H.
δ *Flore albo* WEINM. T. 286. *a.*

In agris ramoſa procumbens, in ſepibus erecta, minus ramoſa, altior.

Caulis tener, quadrangularis. Folia ſeſſilia, ovata, ambitu externo majore, ora undulata, plicata, modice ſerrata. Flores ex alis foliorum, petiolati, erecti. Fructus, quam reliquis Campanulis longior, anguſtior, prismaticus. Calyx capillaris, floris longitudine. Flos omnino rotatus, pentapetaloides, ut vix cohaerant ſegmenta, ſature purpureus, expanſus. Ungues non conjuncti in circulum tubae circumdatum, breviſſimis filamentis, ut omnino a Campanulis ſeparari poſſit.

## *J A S I O N E.*

LINN. n. 677.
*RAPUNCULI* ſp. T.

A *Rapunculo* modice differt, petalis aut ſegmentis floris petaloidei non corniculatis, brevioribus, ſtaminum filamentis breviſſimis diſtinctis, cum apices conjungatur in ſimilem circa tubam coronam. Nam folia ſub floribus, & fructum bilocularem, quem tamen trilocularem invenio, & tubam bifidam, cum Rapunculis primi ordinis communes habet.

1. JASIONE foliis lineari lanceolatis obſolete ſerratis LINN. *Cliff.* p. 426. ROYEN. p. 191.
*Scabioſa tertia major* GESN. Hort. p. 279 *b.*
*Scabioſa tertia* DOD. p. 122.
Et *Scabioſa minor* EI. p. 121. foliis ſerratis.

*Scabioſa*

*Scabioſa media* LOBEL. p. 536. ex DOD.
*Scabioſa minor V.* TAB. p. 162. folio integro.
*Aphyllantes I.* LUGD. p. 864. & alia icon ex LOB. p. 1110.
*Rapuntium alterum leptophyllon capitatum* COLUMN. p. 226. & ic. p. 227. folio integro.
*Scabioſa ſylveſtris minor coerulea* AICHST. Vern. Ord. V. T. 12. f. 11.
*Scabioſa globularis quam ovinam nominant* I. B. III. P. I. p. 12. ZWING.
*Rapunculus Scabioſae capitulo coeruleo* C. B. Baſ. p. 25. RAJ. p. 744. T. aut de Par. p. 137. I. R. H. MAGN. Char. p. 216.
*Rapunculus nemoroſus corniculatus ſcabioſae capitulo coeruleo* H. OX. II. p. 464. S. 5. T. 5. f. 48.
β *Flore albo* C. B. LOB. p. 229. ic. 73. HOFMAN. &c.

Locis ſiccis ad vias & in agris abunde.

Caules multi projecti, aut erecti, pedales, una cum foliis aſperi. Folia ad terram plurima, longe elliptica, obtuſa, nervo eminente, per marginem plicata, aliquando ſerrata, ad ramos florigeros longe nulla. Ramos eos longos nudosque terminant capitula hemiſphaerica florum congeſtorum. Sub capitulo aliquot ſeries foliorum, uno utrinque dente exſectorum, levium. Flores congeſti, petiolati. Calyx in ſummo ovario quinquedentatus, brevis. Flos ſature coeruleus, paulum inaequaliter diſpoſitus, petalis acutis, conniventibus. Lacteſcit.

## *R A P U N C U L U S.*

T. T. 38.
*PHYTEUMA* LINN. n. 130.

Cum Campanula convenit lacte, flore fructui innato: calycis foliola pariter longa, anguſta, incurva ſunt. Sed flos profundiſſime ſecatur, ex latis unguibus in quinque gracilia ſegmenta, quae in flore immaturo in cornu incurvum circa Tubam coaleſcunt, per maturitatem vero diſcedunt, expanduntur, & florem reddunt pentapetalon. Stamina triangularibus unguibus elaſticis orta, & tuba apice trifido, Campanulam referunt. Fructus in nonnullis bilocularis eſt, tubaque bifida.

### ORDO I.
### RAPUNCULI FRUCTU TRILOCULARI

1. RAPUNCULUS foliis obtuſis, ſpica pauciflora.
*Rapunculus alpinus parvus comoſus* I. B. II. p. 811. cum bona icone, RAJ. p. 745. *. ZWING. p. 395.
*Rapunculus corniculatus alpinus perennis parvus* H. OX. II. p. 464.

Rariſſimam plantam miſit I. GESNERUS, lectam in monte per quem ex Rhaetis *Glaronam* tenditur, *Puendtnerberg*.

Folia ad terram pluſcula, ſubhirſuta, ex petiolo lateſcentia, ambitu ovali, ſerrata aut non ſerrata. Cauliculus triuncialis, uniflorus. Sub capitulo, quod unicum eſt, folia magna, rotunda, albida. Flores in uno capitulo numeravi fere ſex, qui coerulei fuerunt.

2. RAPUNCULUS foliis tenuiſſimis, ſpica hemiſphaerica.
*Rapunculus ſylveſtris umbellatus* 3. CAM. ad THAL. ic. VIII. n. 3. PARK.
*Rapuntium alterum anguſtifolium alpinum* COLUMN. II. p. 23. icon p. 26.
*Rapunculus minimus, folio tenuo gramineo* I. B. II. p. 810. ZWING. p. 395.
*Rapunculus umbellatus folio gramineo* C. B. RAJ. p. 745. *. SCHEUCHZ. It. I. p. 47. It. IV. p. 340.
*Rapunculus n.* 3. BARR. ic. 523. ex CAM.
*Rapunculus corniculatus alpinus anguſtiſſimo folio* H. OX. II. p 465. T. 5. f. 53.
*Rapunculus folio gramineo* I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 140.
*Phyteuma foliis linearibus floribus capitatis* ROYEN p. 248.
β *Flore albo* in ſummo *M. Speluga* SCHEUCHZ.

Abunde in alpibus editioribus, v. g. ad viam a *Teufelsbrük* in *Gotthardum*, in *Joch*, *Furca*, *Grimſula*, &c. SCHEUCHZER in *Ochſenſtock*, *Sureneneck* M. In *Rhaetiae* M. I. B.

Radix magna, multiceps. Folia ad terram graminea, cis apicem paulum lateſcunt, ad caulem peranguſta, longa, modo graminea, modo ſerrata. Caulis ab una ad octo uncias. Sub capitulo, quod unicum eſt, lata foliola in mucronem producta gracilem, & ſimilia inter flores ciliata. Capitulum brevius, cyaneum.

3. RAPUNCULUS foliis imis cordatis, ſuperioribus oblongis ſerratis, ſpica ovali.

*Rapum ſylveſtre unguium inſtar incurvatis in ſummo floribus* GESN. Coll. p. 101 *b.*
*Rapunculus alopecuroides orbiculari pene ſpica* CLUS. p. CLXXIII. absque icone.
*Rapuntium montanum rarius, corniculatum* COLUMN. p. 223. ic. p. 224. optime.
*Rapunculus flore globoſo purpureo* I. B. II. p. 810. cum icone *campanulae rotundifoliae.*
*Rapunculus petraeus* P. ALP. Exot. p. 343. 344. male.
*Rapunculus folio oblongo ſpica orbiculari* C. B. Baſ. p. 25. H. OX. II. p. 463. S. 5. T. 5. f. 47. ZWING. T. aut de Par. p. 527. I. R. H.
*Rapunculus corniculatus montanus* RAJ. p. 744.
*Rapunculus coeruleus major Italicus* BARREL. ic. 526. &
*Minor* ib. 525.
*Rapunculus corniculatus* RIVIN. Monop. Irreg. bene
β *Rapunculus alpinus, petraeus, coeruleus, foliis flori ſubſtratis, longis, anguſtioribus* SCHEUCHZ. It. VI. p. 460. &
*Rapunculus alpinus corniculatus, foliis ab imo caule ad ſummum anguſtioribus* SCHEUCHZ. ib. p. 461.

Vulgaris in *Helvetia* montana v. g. ſupra *Biennam* eundo ad *Deſſ* &c. Bernae naſcitur in colle, ad ſemitam a *Sulgenbach* ad balneum exterius. C. B. *Michelfeldae* in pratis. *Genevae* I. B.

Caulis, uti reliquis, erectus, non ramoſus, una ſpica terminatus, dodrantalis, etiam cubitalis. Folia ad terram omnium prima petiolata, longius cordata, proxima ex ovatis elongata, obtuſa, ſubrotunde ſerrata, ad caulem pauca, ſeſſilia, graciliora. Spicae florali ſubſternuntur aliquot folia lata, modo longe caudata, modo minime, & ſimilia floribus interponuntur minora. Spica hemiſphaerica, deinde ovalis, ſature cyanea. Semina flava fuſca, ovata.

In varietate β. folia ad radicem ſimilia, ad caulem praelonga, graciliora, ſerrata tamen, denique ita acuta, ut a gramineis ſpeciei 2. parum differant. Spica brevior, & rotundior.

4. RAPUNCULUS alpinus corniculatus C. B. *Prodr.* p. 33. cum icone, RAJ. p. 744. I. R. H.

*Trachelium petraeum minus* PON. Bald. p. CCCXXXVI.
*Rapunculus comoſo ſpicato aliquatenus adfinis ex Baldo* I. B. II. p. 811.
*Rapunculus corniculatus alpinus petraeus perennis* H. OX. II. p. 464. S. 5. T. 5. f. 49.
*Campanula ſphaerocephalos pervenuſta foliorum ad oras inſigniter denticulata, forte Campanula Sphaerocephalos coerulea magno flore* PLUKN. p. 77. T. 152. f. 6.

SCHEUCHZER in via mala, ſed, fateor, non credo hanc plantam ab eo lectam eſſe, ſynonyma enim, & deſcriptiones omnino ad Rapunculum n. 3. pertinere indicant. Huic folia acute ſerrata, ex ovato rhomboidea ſunt, umbella floralis laxa, ſemicircularis, flores longiſſimi, & pulcherrimi, ejusdem fabricae, & ſub ſpicis magna, ſerrata folia.

## ORDO II.
## FRUCTU BILOCULARI.

5. RAPUNCULUS foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtis, ſpica cylindrica longiſſima.

α Varietas vulgaris flore *ochroleuco.*
*Rapum ſylveſtre* 7. & 8. GESN. Coll. p. 101 *b.*
*Rapi ſylveſtris genus in ſy'vis & montibus floribus pallidis* GESN. Hort. p. 276.
*Rapuntium alopecuron flore candido* DODON. p. 165. 166.
*Rapunculus ſpicatus albus* C. B. Baſ. p. 25. RAJ. p. 743. pro var. I. R. H.
*Rapunculus ſpicatus comoſus albus* & coeruleus *itemque folio maculato* I. B. II. p. 809.
*Rapunculus ſpicatus ſ. comoſus albus* ZWING. p. 395.
*Rapunculus corniculatus ſpicatus ſ. alopecuroides flore albo* H. OX. II. p. 463. T. 5. f. 46.
*Rapunculus corniculatus ſpica longiore* RIVIN. Monop. irr.
*Rapunculus ſpicatus flore flaveſcente* T. aut de Par. p. 526. I. R. H.
β Flore coeruleo, rarior in Helvetia, in calidioribus, circa *Lauſannam* & *Genevam* reperitur.
An *Rapunculum ſylveſtre* TRAG. p. 725?
*Rapum ſylveſtre* LONIC. p. 413.
*Rapuntium majus alopecuri comoſo flore coeruleo* LOBEL. ic. p. 329. ex DOD.
*Rapuntium alopecuron* DOD. p. 166. *flore coeruleo.*
*Rapunculus ſylveſtris floribus coeruleis* THAL. p. 94.
*Rapunculus ſpicatus violaceus* C. B. P.

*Rapun-*

*Rapunculus ſpicatus coeruleus* EI. Prodr. p. 32. bene

*Rapunculus ſpicatus ſ. comoſus* albus & *coeruleus* I. B. II. p. 809. ZWING. p. 395.

*Rapunculus corniculatus ſpicatus ſ. alopecuroides flore coeruleo* MORIS. l. c. cum priori.

*Rapunculus ſpicatus* RAJ. p. 743. I. R. H. TIT. LIND. DILL. &c.

*Alopecurus floribus coeruleis* SIEGESB. p. 7.

Radix longa, cylindrica, edulis. Folia, ut in n. 3. ad terram longe petiolata, cordata, margine ſerrato: ad caulem perangusta, ſerrata. Spica absque conſpicuis foliis ſubſtratis, longior, cylindrica. Fructus bifidus, rugoſus, bilocularis. Petala ut in prioribus, in cornu connata, & ſtamina. Semina, qualia in campanulis, ovata conpreſſa, dilute ſpadicea, nitida. Ludit folio macula nigra tincto, ſpica duplici, & flore quadrifolio.

Edulis eſt uti pleraeque campanulae.

6. RAPUNCULUS foliis plerisque cordatis, ſpica ovata obeſa.

*Rapunculus ſpicatus flore purpuro violaceo* SCHEUCHZ. It. VII. p. 518.

In ſubalpinis reperi, in valle *Grindelia*, *Urſaria*, *Haſelia*, circa *den Boden*, & circa *Thermas Leucenſes*. HUBERUS circa Thermas *Piperinas*, & inter *Lenz* & *Brienz* Rhaetiae. In iisdem montibus ſupra *Falz* I. GESNERUS.

Differt a priori culmo in alpinis triplo altiori, foliis imis alte inciſis, acutioribus, Urticae, ſuperioribus plerisque etiam cordiformibus, exceptis ſupremis; ſpica breviori, craſſiori, ovata, floribus ſature violaceis, tuba purpurea, foliis ſub ſpica ſaepe binis longisque.

## *CYCLAMEN.*

T. T. 68. LINN. n. 116.

Calyx campaniformis, ſemiquinquefidus. Flos monopetalos, ex brevi tubo ſurſum reflectit quinque ſegmenta ovalia. Stamina breviſſimis filamentis ex tubo floris orta, circumſtant ovarium conicum, tuba ſimplici. Id uniloculare eſt, polyſpermon.

1. CYCLAMEN RUELL. p. 412. LAUREMBERG *appar.* p. 150. LINN. *Cliff.* p. 49.

*Cyclaminus* FUCHS. p. 451. cum maculis, TRAG. p. 905. CORD. Dioſc. p. 48. *a.* Hiſt. L. 2. c. 36. GESN. Coll. p. 72 *b.* Hort. p. 256. MATTH. p. 588. folio levi. CAMER. Epit. p. 357. cum charactere, CAES. p. 392.

*Cyclaminus altera* DOD. Purg. p. 55. 56. bene.

*Cyclaminus orbicularis rotundifolius* EI. Hiſt. p. 337.

*Cyclaminus odorato purpureo flore* CLUS. Pann. p. 233. Hiſt. p. 264.

*Cyclamen vulgare officinarum orbiculato folio* LOB. Adv. p. 467. *ſeu panis porcinus*, *rapum terrae*, *Arthanita* Ic. p. 604.

*Cyclaminus*, *umbilicum terrae* TAB. p. 753.

*Cyclamen vulgare*, *panis porcinus* AICHST. Autumn. Ord. 3. T. 4. f. 3.

*Cyclaminus folio rotundiore vulgatior* I. B. III. p. 551. RAJ. p. 1205. Syll. Ext. p. 110.

*Cyclamen orbiculato folio inferne purpuraſcente* C. B. H. OX. III. p. 552. I. R. H.

*Artanica*, *Cyclamen* BLAKW. T. 147.

Varietates innumerabiles exſtant apud hortulanos, conf. WEINM. T. 453. MUNTING. Ic. 144. 146. 147.

β Flore albo, circa *Neocomum* C. GESN.

γ Folio ſubtus e viridi pallente CLUS. C. B. Inter indigenas habet C. B.

δ Flore pleno &c.

Circa *Weſen*, *Walenſtad*, *Curiam* C. GESNER, RAJ. & I. B. circa *Genevam* in M. *Saleva*, & in *Rhaetiae* M. In comitatu *Neocaſtrenſi* non rara: Ego reperi in rupibus ſupra viperetum pagi *Baume*, & ſupra *Creſſier*.

Radix craſſum eſt, & informe tuber. Ex eo petioli alii folioſi, alii floriferi, nudi hi, & uniflori. Folia reniformia, aut ſubcordata, modo varia albis maculis, modo nigro circulo inſcripta. Flos purpureus, ſuaveolens.

Purgat ſumta radice ad drachmam, ſed acre, & medicis prudentioribus ignotum C. HOFMAN. p. 13, & inter venena recenſitum a BOERHAAVIO. In emplaſtrum admittitur, quod extus admotum alvum ducere dicitur, & vermes necare, & ſcrophulis prodeſſe.

*2. CYCLAMEN radice exigua C. B. HIST. OXON. III. p. 552. I. R. H. &c.

*Hermodactylus* TRAG. p. 758.

*Exigua cyclaminus* EJUSD. p. 905.

*Cyclaminus radice avellanae magnitudine* CLUS. Pann. p. 235.

*Cyclaminus aeſtivus* EIUSD. p. 264.

*Cyclamen parva radice* I. B. III. p. 553. cum icone.

TRAGUS ait in ſylvis umbroſis naſci, haud longe a *Curia.*

Radicem avellanae magnitudine eſſe CLUSIUS. Valde dubito an vere diſtinctum ſit?

*3. CYCLAMINUS radice oblonga GESNER *hort.* p. 256.

*Cyclaminus oblongus rhaeticus* EIUSD. app. p. 291.
*Cyclaminus μακροῤῥιζος* a KENTMANNO *miſſus* GESN. vit. p. 52.
*Cyclamen odorata, macrorrhizos* CLUS. p. 264.
*Cyclaminus μακρόῤῥιζος* CAM. Epit. p. 358. ZWING. p. 603.
*Cyclamen longius radicatum* AICHST. Autumn. Ord. 3. T. 4. f. 2.
*Cyclamen oblonga radice* C. B. H. OX. III. p. 551. I. R. H.

C. GESNERUS propoſuit, expunxit autem poſt I. BAUHINUM l. c. p. 552. RAIUS, & ad I. retulit. Diverſum fecerat CONRADUS radice ex longo pediculo ſub terram depacto pendula.

* 4. *Cyclamen ex montibus Rhaeticis folio hederae triplici mucrone diſtincto* LOBEL. Ic. p. 605. Adverſar. p. 264.

*Cyclamen folio anguloſo* I. B. III. p. 553. cujus icones habet MUNTING. T. 147. 148. &c.
Nemo praeter LOBELIUM hanc ſpeciem in Helvetia vidit.

*5. CYCLAMEN odoratum aeſtivo ſolſtitio florens, folio maculato C. B.

*Cyclamini odorati duplex varietas* CLUS. p. 264.

SCHEUCHZER inter *Flaſch* & *Lucisſteig.*

Alteri varietati folia aliquantum anguloſa eſſe, & albis maculis obſcure averſa parte notari, flore ſaturate purpuraſcente. Alteri folia averſa parte viridia, adverſa maculis albis manifeſtis; flore dilute purpuraſcente vel albido. Ita HOOGHELANDE apud CLUSIUM.

Utra ſit Cluſianarum, an varietas potius ſpeciei vulgaris, planta non viſa non definio.

## VIOLA.

T. T. 236. LINN. n. 679.

Calyx quinquefidus, plica flexus, minori parte contra petiolum reflexa, majori florem continente, omnibus in flexione bifidis. Petala quinque, in longam figuram diſpoſita, quorum bina erecta ſubrotunda, imum transverſe poſitum, & transverſim oblongum eſt, ex calyce nata. Imum per intervalla ſegmentorum calycis calcar emittit obtuſum. Stamina quinque, ex ambitu ovarii, quorum duo in calcar incurvas laminas emittunt (PONTEDER. *Anthol.* p. 51.). Omnia unguibus elaſticis & coaleſcentibus craſſis apicibus ovarium cingunt, producto in aridam glumam longiorem apice. Ovarium modo pyramidale, trilaterum, modo ovatum, tribus carinis, tribusque valvis diſſiliens, polyſpermon. Tuba in aliis ſpeciebus ſimplex, recurva, in aliis infundibulo cavo terminata.

### ORDO I.

### VIOLAE MARTIAE. TUBAE APICE DEORSUM INCURVO. ROTUNDIFOLIAE.

1. VIOLA acaulis, ſtolonibus teretibus, reptatricibus, pedunculis radicatis LINN. *Cliff.* p. 427. ROYEN. p. 431.

*Viola nigra* BRUNF. L. I. p. 137.
*Viola purpurea* RUELL. p. 633. FUCHS. p. 311. MATTH. p. 1180. CAM. Epit. p. 910. CAES. p. 393. de BRY T. 79.
*Viola odorata purpureis foliolis* TRAG. p. 557. ex BRUNFELSIO.
*Viola nigra* CORD. Dioſc. L. IV. c. 122. GESN. Hort. p. 286.
*Viola purpurea vel martia* GESN. Tab. Coll. p. 114.
*Viola nigra ſ. purpurea* DOD. p. 156.
*Viola martia praecox purpurea, campeſtris, odora, ſimplici flore* LOBEL. p. 608.
*Viola martia* CAMER. Hort. p. 177. BLAKW. T. 55.
*Viola martia purpurea* TAB. p. 301. I. B. III. p. 542. RAJ. p. 1049.
*Viola martia ſimplex* RENEAUME p. 140.
*Viola matronalis flore purpureo* AICHST. Vern. Ord. 2. T. 4. f. 3.
*Viola martia odora ſimplex* C. B. Baſ. p. 59.
*Viola martia purpurea flore ſimplici odoro* C. B. P. H. OX. II. p. 474. T. aut. de Par. p. 170. I. R. H. MAGN. Char. p. 278. ZANICH. p. 277. ic. 270.

*Viola*

*Viola* RIVIN. pentap. irreg. DILL. Cat. Gieſſ. RUPP. &c. MERIAN. Ic. LI.

β *Flore albo*, in ſylva *Auguſtana*, & prope *Michelfelden* &c. tum *Genevae a la Baſtie* TRAG. TAB. p. 301. AICHSTETT. l. c. f. 4. BRESL. 1726.

γ *Flore violaceo pleno* RENEAUME l. c.

δ *Flore albo pleno* &c.

Ad ſepes abunde.

Radix perennis, lignoſa, brachiata, multiceps. Folia omnia ex radice longe petiolata, cordata, ſubrotunde crenata. Caulis nullus, praeter petiolos ex radice aphyllos, & unifloros, unica ſubinde ſquamos veſtitos, & flagella, ex radice, quae in diſtans erepunt, novos factura cauliculos. Flos nutans, coloris, cui nomen dat, ſuaveolens. Fructus ſubrotundus.

Tota medicata eſt, blande ſalſa & laxans. Ea vis in ſyrupo florum eſt, ſed cum anodyna blanditate conjuncta, ad pectoris aſperos morbos apta, (FALLOP. *de purg. ſimpl.* c. 40.) major autem in radice, calycibus & foliis, quae inter emollientes cenſentur, in ſemine maxima, quod etiam urinam movet, (BUCHWALD. p. 292.) in emulſione ad Iſchuriam valet &c. Seminum lithonthriphicam vim CRATO laudavit. Recentia folia parum purgant, ſicca magis CRATO *Epiſt.* L. V. Stamina ad epilepſiam ſola commendat BRASSAVOLA p. 65. An vere expertus?

2. VIOLA acaulis, ſtolonibus repentibus deſtituta. 123

*Viola folio Trachelii ſerotina hirſuta, radice lignoſa* MERRET. p. 125.

*Viola martia major hirſuta inodora* HERMAN. Hort. p. 627. SUTHERL. KNAUT. H. OX. II. p. 475. T. 9. f. 1. PLUKN. RAJ. p. 1051. Syn. III. p. 365. ZWING. VAILL. MILL. BOERH.

*Viola rotundifolia martia major hirſuta* BUXBAUM p. 338.

An *Viola ſylvatica latifolia flore amplo dilute coeruleo oderata* RUPP. p. 233.

In ſylvis caeduis, & ad ſepes non vulgaris. Haec ad ſemitam, qua ſub clivo *Sandrein* per pratum itur, in quo tinctoriae officinae ſunt.

Cum Martia convenit caulium defectu, differt, quod flagellis deſtituatur, quod folia producat majora, longius cordata, hirſuta, floresque pallidos, majores, inodoros.

3. VIOLA acaulis foliis reniformibus. 121

*Viola paluſtris martia inodora* BURSER. Act. Suec. p. 506.

*Viola paluſtris ſtellata* MERRET. p. 125.

*Viola alpina minima nummulariae foliis* BOCCONE II. p. 163. T. 127. RAJ. Hiſt. III. p. 310.

*Viola paluſtris rotundifolia glabra* H. OX. II. p. 475. cum deſcriptione, RAJ. p. 1050. ZWING. p. 949. PLUKN. I. R. H. VAILL. BUXBAUM.

*Viola paluſtris canina rotundifolia minima noſtras* BROMEL. p. 122.

*Viola paluſtris foliis Trachelii glabris* RUPP. p. 233.

*Viola martia ſylveſtris aquate coerulea, folio & flore minore* LINN. Lap. n. 278.

HUBERUS ex *Gotthardo* M.

Minima eſt, foliis binis ternisque, ſemicirculariter reniformibus, vix crenatis, flore minimo, aquate caeſio, tota tenerior, & pariter acaulos.

4. VIOLA caulibus adſcendentibus floriferis foliis cordatis LINN. *Cliff.* p. 427. ROYEN. p. 430.

*Viola purpurea ſ. ſylveſtris* TRAG. p. 557. icon vero 558. videtur Martiae eſſe, & ex BRUNFELSIO eſt. 125

*Viola martia purpurea inodora* GESN. Tab. Coll. p. 114.

*Viola martia ſylveſtrior inodora* GESN. Hort. p. 286.

*Viola ſylveſtris & inodora* DOD. p. 156.

*Viola canina coerulea inodora ſylveſtris ſerotina* LOB. p. 609. eadem ic.

*Viola martia ſylveſtris foliis majoribus & rotundioribus* THAL. p. 130. C. B. P. T. aut. de Par. p. 171. I. R. H. RUPP. &c.

*Mater Violarum Dalech.* LUGD. p. 794. Ita ex ore Dalechampii I. B. Icon vero arboreſcentem refert.

*Viola canina* TAB. p. 304.

*Viola martia canina* AICHST. Vern. Ord. 7. T. 5. f. 2.

*Viola martia coerulea inodora ſylvatica in cacumine ſemen ferens* I. B. III. p. 543.

*Viola martia inodora ſylveſtris* C. B. Baſ. p. 59 P. H. OX. II. p. 474. RAJ. p. 1050. VAILL. &c.

*Viola martia minor flore violaceo* BARREL. Ic. n. 695.

*Viola inodora major* RIVIN. DILL. Cat. Gieſſ.

β *Flore albo* (Baſileae inter *Riehen* & *ſ. Chriſtianae* f. & Bernae in udis ſylvae *Neslern*). GESN. Hort. RAJ. Syn. III.

γ *Viola martia ſylveſtris foliis mucronatis oblongis & ſtrictioribus* THAL. p. 130. C. B. P. T. aut. de Par. p. 171. I. R. H. IOHR. RUPP.

*Viola ſylveſtris minor* BROMEL. p. 124.
*Viola inodora* RIVIN. DILL.
δ *Flore albo* BROMEL.

Ubique in ſylvis, & paſcuis apricis, ſerius floret, & non raro etiam autumno.

Caules longe procumbunt, folioſi, & florigeri, maxime, ſi adultam videris exeunte aeſtate. Folia juniora hirſuta, adulta calveſcunt, cordata, acuminata, modo longiora, modo latiora, firma. Flores ex ramis paſſim, in petiolis unifloris, majores, inodori. Petala duo violacea pura ſunt, inferiora tria macula pallente inſigniuntur, media barbata. Fructus in acutiſſimas carinas diſſilit.

5. VIOLA foliis reniformibus, caulibus folioſis floriferis.
*Gäle violen* ARET. p. 235. *a.*
*Viola martia flore luteo minore* GESN. Hort. p. 286.
*Viola montana I.* CLUS. Pann. p. 357. Hiſt. p. 309. paulo durius.
*Viola lutea* LOB. p. 609. ex DODONAEI icone pro *Viola* 4. poſita, AMBROS.
*Violae luteae in montibus* CAES. p. 393.
*Viola martia alpina lutea* SCHWENKF. p. 219.
*Gramen parnaſi aliud* LUGD. p. 1005. non bene
*Viola martia lutea* I.B. III. p. 544. MERRET. RAJ. p. 1051. Syll. ext. p. 262. BRESL. 1726. in Ungaria.)
*Viola alpina rotundifolia lutea* C. B. H. OX. II. p. 475. I. R. H. MUR. p. 642. RUDBEK. p. 100. ZWING. p. 949. SCHEUCHZ. It. IV. p. 342.
*Viola flore luteo* RIVIN.
*Viola foliis uniformibus pedunculis caulinis* LINN. Cliff. p. 427. Lapon. n. 276. ROYEN p. 431.
β Minor. *Viola alpina rotundifolia minor lutea* PLUKN. p. 388. T. 233. f. 7. bene, SCH. BOT. MAGN. Hort. I. R. H.
γ Major. *Viola rotundifolia montana major, ſive phthorae valdenſium facie, floribus luteis* PLUKN. l. c. T. 234. f. 1.

Abunde in hiatibus petrarum, ſerobibus ſaxoſis & locis umbroſis alpium & Jurae.

Cauliculi humifuſi, cum foliis tenerrimi, folioſi, parum ramoſi, palmares. Folia reniformia, non mucronata, minute ſerrata, ſublutea, ſubhirſuta. Flores ex cauliculo in petiolis unifloris. Calyx & flos Violae n. 1. ſed inodorus & minor, petalis quatuor ſuperioribus flavis, extus rufo lineatis, imo ſaturate croceo, picto lineis nigris.

## ORDO II.
## DUBIAE INTER I. & III.

6. VIOLA foliis cordatis, ad ramos modice ſerratis, petalis longioribus.
*Viola Pyrenaica ſerotina Teucrii folio* SCHOL. PAR. p. 131. PLUKN. p. 388.
*Viola Pyrenaica Teucrii folio longius caudata* I. R. H. ZWING. p. 952.

In paſcuis M. Jurae SHERARD apud RAI. *Syllog. Exter.* p. 400.

De hac & ſequente mihi non conſtat, cujusnam ſint ordinis. Haec erecto caule eſt, pedali, brachiato: Folia alia faſciculata, cordata, acuta, alia ad ramorum ortum paulo profundius inciſa, neque tamen laciniata. Flores in longis petiolis erectis, petalis longioribus ſunt, quam reliquae violae, & longe ellipticis.

*7. VIOLA
*Viola montana laciniato folio* CLUS. Hiſt. p. 309. absque icone. PARK. p. 755.
*Viola montana folio multifido* I. B. III. p. 544.
*Viola alpina folio in plures partes diſſecto* C. B. Phytop. p. 375. AMBROS. H. OX. II. p. 476. RAJ. p. 1051 *. Syllog. exter. p. 263. I. R. H. ZWING.
*Viola alpina foliis diſſectis*, MENZ. pugill. qui pro flore fructum deſcribit.
*Viola martia aconiti folio* HERM. flor. Batav. p. 74.

I. BAUHINUS in monte *Nombre* Rhaetiae, prope balneum *Wormbſer-Bad.*

In icone videtur ad Martias accedere, petiolo unifloro absque caule, qui longior ſit florigero, foliis ex radice, ſed ad pediculum usque in decem linearia ſegmenta fiſſis. Fructus tricarinatus.

## ORDO III.
## JACEAE.
### TUBAE APICE LATO ET CAVO.
### FOLIIS SUB RAMIS LACINIATIS.

8. VIOLA acaulos, flore foliis multo majore.
*Viola martia foliis minoribus & ſolidioribus* GESN. Fract. p. 65.
*Viola montana II.* CLUS. Pann. p. 356. Hiſt. p. 309. absque icone, AMBR.

*Viola montana purpurea, ſolidiore folio* I. B. III. p. 544.
*Viola alpina purpurea exeguis foliis* C. B. RAJ. p. 1051 *. Syll. p. 262. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 143. WAGN. ZWING. Ic. noſtr. T. VII.
An *Viola alipna omnium minima glauco Bellidis minoris folio rotundo duriuſculo flore purpureo* BOCC. Muſ. di Piante p. 74.

SCHEUCHZER in M. *Septimo* & *Tſchiera.* Ego in *Gemmii* petroſa planitie, ubique. HUBERUS ex M. *Lunae.*

Caulis, uti in Martia, ſcaber, uncialis, non ramoſus, profert numeroſa folia petiolata, ovata, ſerrata, & alia longiora, crenata, nulla vero laciniata. Petioli pauci, uniflori, maximo flore, qui folia plantae altero tanto ſuperet, violaceo, petali imi origine lutea, adfini vero grandiflorae, cum qua Tuba etiam craſſa, perforata, convenit. Apices crocei. Odor ſingularis, gratus.

9. VIOLA perennis, caule erecto, foliis ſub ramis laciniatis, reliquis ovatis.

α Varietas vulgatior *flore luteo*, nempe petalis ſupremis luteis, mediis flavis, cum ſtriis nigris; imo croceo, & lineis nigris picto, calcare purpureo.
*Viola tricolor II.* CLUS. Pann. p. 358.
*Viola montana tricolor II.* CLUS. Hiſt. p. 310.
*Viola montana grandiflora peculiaris ex ſylvis Helvetiae* CAM. Hort. p. 178.
*Viola flammea montana Dalech* LUGD. p. 800. absque icone, niſi fuerit varietas flava Violae 10.
*Violae tricoloris ſ. floris trinitatis genus, flore luteo magno, repens, non annuum* I. B. III. p. 548.
*Viola montana lutea grandiflora* C. B. H. OX. II. p. 476. SIBBALD. RAJ. p. 1052 *. ZWING. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZER It. I. p. 51. & *noſtras* RAJ. p. 1052.
*Viola montana lutea folio ſubrotundo crenato.* BARREL. ic. 692. I. R. H.
*Viola flore luteo majore* RIVIN.
β Paulo rarior, petalis quatuor violaceis, flavo unico.
*Viola tricolor odoratiſſima* CLUS. Pann. p. 358. cum icone.
*Viola montana tricolor I.* CLUS. Hiſt. p. 310.
*Iaceae tricoloris ſ. floris trinitatis genus flore purpureo magno repens non annuum* I. B. III. p. 548. conjuncta priori.
*Melanium montanum* LUGD. p. 1204. icon non bona.
*Viola montana tricolor odoratiſſima* C. B. RAJ. p. 1052 *. Syll. exter. p. 262. PLUKN. ZWING. SCHEUCHZ. It. II. p. 143. It. V. p. 428.
*Viola montana coerulea tricolor folio ſubrotundo crenato* BARREL. ic. 692.
*Viola montana coerulea grandiflora* I. R. H.
γ Rariſſima.
*Viola montana alba grandiflora* C. B. I. R. H.

Prima in omnibus alpibus frequenter, locis lapidoſis. Alteram SCHEUCHZERUS legit in M. *Regio*, *Engſtlen*, prope *Richenau*, & circa *Vettis.* Ibidem HUBER inter *Vettis* & *Melimpſch.* Ego in *Neſſo* M. Tertiam in eodem *Neſſo* reperi. a. 1733.

Omnibus caulis ab uncia ad pedem & ultra altus eſt. Folia ad terram petiolata, ex ovatis orbicularia, proxima longiora, ovata, obtuſe circumſerrata, ad caulem etiam longiora, ſub ramis vero alia bina, in tres quinque & ſeptem graciles lacinias profunde ſecta, quarum media longior eſt. Petioli ex ala foliorum digitatorum longi, nudi. Flores magni, uncia majores.

10. VIOLA caule erecto, foliis ſub ramis laciniatis, reliquis longe ellipticis.

*Viola arboreſcens* MATTH. p. 1181. absque criſtatis foliolis, CAM. Epit. p. 911. melius ſed iisdem obſcure expreſſis.
*Viola fruticoſa* GESN. Hort. p. 286. 296 *b*.
*Viola elatior Matth.* CLUS. Pann. p. 356. Hiſt. p. 310.
*Viola martia arboreſcens* TAB. p. 303. & ipſe absque ſtipulis pingit.
*Viola martia fruticoſa* SCHWENCKF. p. 218.
*Viola erecta flore coeruleo* AICHST. Vern. Ord. 5. T. 5. f. 2. & Ord. 2. T. 16. f. 2. 3. H. OX. II. p. 475.
*Iacea tricolor ſurrectis cauliculis quibusdam arborea dicta* I. B. III. p. 547. paulo melius.
*Viola martia arboreſcens purpurea* C. B. T. aut de Par. p. 239. I. R. H. GARID. p. 488. ic. 99. BUXB. &c.
*Viola ſurrecta purpurea* RAJ. p. 1052. *. Syll. ext. p. 262.
II. *Viola aſſurgens tricolor* DOD. p. 158.
*Viola martia ſurrectis cauliculis* LOB. p. 610. ex DOD.
*Viola tricolor erecta an Jovis flos Theophraſti* C. B. ZWING.
*Viola erecta an Jovis flos Theophraſti* H. OX. II. p. 476.
III. *Viola ſylveſtris longifolia* TAB. p. 305.
*Viola montana lutea foliis non crenatis* C. B.

*Viola*

*Viola flore coeruleo longifolia* RIVIN.

β *Flore albo* AICHST. Vern. Ord. 5. T. 5. f. 3. pentap. irreg.

In valle *Urſaria* copioſe: In pratis vallis *Grindelwald*: circa *Ellenmoos* &c.

A priori differt caule cubitali, ramoſiori, foliis ſupernis longioribus, longe ellipticis, ſub ramis ſaepe undecimfidis. Flos multo minor eſt, isque coeruleus totus, petalis ſupremis ſaturatioribus, mediis dilutis, imo in ungue luteo. Caeterum nihil in ea duri eſt, aut arborei.

11. VIOLA annua, caule procumbente, foliis ſub ramis laciniatis, flore magno tricolore.

*Herba trinitatis* BRUNF. *II.* p. 73. *III.* p. 29. FUCHS. p. 803. bene, *ſativa* TRAG. p. 563.
*Iacea* DORST. p. 156.
*Dodocatheon* RUELL. p. 449.
*Violae nigrae perſimilis floris genus montanum* GESN. Hort. p. 286.
*Violae genus inodorum, quod Trinitatem vocant* EI. Coll. p. 114.
*Iacea ſ. flos trinitatis* MATTH. p. 1182. Epit. p. 912. bene
*Viola tricolor* DOD. Coron. p. 17. Hiſt. p. 158. bene, RENEAUM. p. 140. accurate
*Viola flammea coloria calida* LOB. ic. p. 611.
*Viola flammea* CAES. p. 393. de BOOT. p. 43.
*Viola trinitatis prima* TAB. p. 306. &
*Viola trinitatis II.* EIUSD. p. 307.
*Flos trinitatis major pallidus* AICHST. aeſt. ord. 12. T. 16. f. 3.
Et *violaceus* ib. f. 2.
*Viola Trinitatis* IB. hybern. T. 4. f. 4.
*Viola tricolor ſ. trinitatis flos* I. B. III. p. 546.
*Viola tricolor hortenſis repens, an* φλοξ *&* φλογιον *Theophr.* C. B. I. R. H.
*Viola tricolor hortenſis* MAGN. Char. p. 276. *repens* H. OX. II. p. 476. ZWING. p. 950.
*Viola tricolor* RAJ. p. 1052. RIVIN. &c. BLAKW. T. 46.
Florum varietates habent de BRY T. 79. I. R. H. &c.

In M. *Thuiri* adſcenſu.

A priori differt caule proſtrato: foliis brevioribus, latioribus, ovatocordatis, flore pulchriori, ſuperioribus petalis villo holoſericeo violaceo pictis, mediis flavis, aut ex flavo & violaceo variis, barbatis, duabus ſtriis pictis. Quintum plerumque cyaneum eſt, & quinque lineis inſcribitur. Inodora eſt, uti prior.

12. VIOLA caule procumbente, foliis ſub ramis laciniatis, flore parvo bicolore.

*Herba trinitatis ſylveſtris* TRAG. p. 563.
*Violae nigrae perſimilis flos arvenſis minor* GESN. Hort. p. 286.
*Violae genus inodorum in arvis* GESN. Tab. Coll. p. 114*b*.
*Iacea altera* MATTH. p. 1183. Epit. p. 913. bene
*Viola ſylveſtris* LOB. Ic. p. 611.
*Viola trinitatis minor petraea flore albo* TAB. p. 307.
*Jacea tricolor hortorum & frugum vicium Trago* I. B. III. p. 548.
*Viola bicolor arvenſis* C. B. Baſ. p. 59. H. OX. II. p. 476. I. R. H. aut. de Par. p. 172. RAJ. ZWING. p. 1053.
Icones BARREL. p. 757. huc referuntnr.
*Vola bicolor arvenſis flore candido & luteo* I. R. H. RUPP. &c.
β *Flore coeruleo & luteo* I. R. H.
γ *Flore coeruleo & candido* I. R. H.

In agris ſterilibus & hortis ſponte.

Caules multi per terram ſtrati, uti priori n. 11. pedales, aut minores. Folia uti priori, ovato cordata, auriculis ad ortum ramorum conjugatis. Flos ex longo pariter petiolo, minimus ex tota gente, plerumque ſupernis petalis albentibus, imo luteo, quinque nigris lineis picto: Aliquando violaceus color in ſuperioribus admiſcetur.

LINNAEUS, ex ſuis principiis, cum magnitudines partium, etiam relativas, ex notis excludat, violas 8-12. conjunxit in unicam, cui nomen fecit *Viola pedunculis caulinis angulatis, ſtipulis oblongis, pinnatodentatis, foliis ovatooblongis crenatis* Hort. Cliff. p. 427. (ROYEN. p. 431.) Adfinitatem video, undecimae maxime cum duodecima, nonae cum decima, quas ipſe aegrius ſeparo: neque tamen unquam, puto, ſponte bicolor in florem trinitatis degeneraſſe viſa eſt deinde perennitate alpinae differunt a vulgaribus.

*IMPA-*

# IMPATIENS.

RIVIN. LINN. n. 680.
*BALSAMINE* T. T. 235.

Calyx bifolius, brevis, minimus (TOURN. N. M.). Flos difformis, tetrapetalos, (TOURN.) vel hexapetalos, ſi petala lateralia, profundiſſime certe bifida, pro duobus numeres: Supremum petalon latum, fornicatum, ſimplex, in aculeum deſinit (T. A.). Lateralia (E. C.) paria profundiſſime diſſecantur in duas portiones, magnam, ambitu irregulari, ſinuato, & inferiorem minimam, fere ellipticam. Quartum & imum, Nectarium LINNAEI (B.), cornu copiae ſimile, abit in calcar conicum cavumque. Stamina quinque circa ovarium orta, antheris maximis, bilocularibus, connaſcuntur, ſub quarum ortu externe quaſi globulus eſt. Ovarium oblongum, cum tuba ſimpliciſſima, conica (T. L.), intus quinque valvis elaſticis ſemina retinet, quae adtactum cum inpetu disjicit (R. S.).

1. IMPATIENS pedunculis ſolitariis multifloris LINN. *Cliff.* p. 428. ROYEN. p. 431.

*Eſula ſylveſtris* TRAG. p. 295. cum icone, LUGD. p. 1655.
*Mercurialis ſylveſtris altera* EIUSD. p. 190.
*Noli me tangere* GESN. Hort. p. 269 *b.* Tab. Coll. p. 91 *b.* TAB. p. 667. (non placet) AICHST. Ord. 5. T. 5. f. 1. I. B. II. p. 908.
*Impatiens herba* DOD. p. 659.
*Perſicaria ſiliquoſa ſ. noli me tangere* LOB. p. 318.
*Catanance altera in alpibus* CAES. p. 266.
*Chryſaea* LUGD. p. 876. male
*Balſamita altera, noli me tangere* COLUMN. p. 150. optime
*Balſamina lutea* C. B. Baſ. p. 88.
*Balſamina lutea ſive noli me tangere* C. B. I. R. H. MAGN. Char. p. 198. MUR. p. 704.
*Perſicaria ſiliquoſa* RAJ. p. 1328.
*Balſamina foemina ſ. potius impatiens herba ſ. noli me tangere* H. OX. II. p. 281.
*Balſamina lutea Polonica* BARREL. ic. 1197. bene
*Impatiens* RIVIN. Tetrap. irreg. T. 120. bene.

Locis ruderoſis, ſordidis, v. g. *Bernae* juxta gradus, per quos deſcenditur ad ſuburbium *die matte*: In ſylvis v. g. *Wylerholz*, inter *Ballſtall* & *Wallenburg* (ibidem I. B.), & in alpium etiam umbroſis. Baſileae verſus *Haltingen* I. B. & C. B. in *Mönchenſtein*. I. GESNER circa *Badam*, & in M. *Uetliaco*.

Caulis ſub ramis intumeſcens, erectus, brachiatus, una cum foliis tenerrimus. Folia longe petiolata, ovata, rotunde ſerrata. Pediculi biflori, ex alis foliorum. Flos pendulus, flavus, petalis lateralibus rubro colore punctatis. Semina magna, anguloſe ovalia, lineis quatuor elevatis percurruntur.

Venenatam eſſe, & inſigniter nocuiſſe, cum pro Mercuriali adhiberetur, BOERHAAVE. Folia tamen extus inpoſita ad ſtranguriam profuiſſe GESNERUS habet *Epiſt.* p. 21. & urinam ad diabeten usque movere ib. p. 109. Quare eam CRATO ad dolores nephriticos commendat *Epiſt.* L. V. p. 233. Imo BUCHWALD vulnerariam eſſe, & ad haemorrhoides & nervorum vulnera inponi poſſe ait p. 45.

## ISOSTEMONUM.
## ORDO VII.
## GENUS CUCURBITACEUM.

BOERHAAVE II. p. 276. BLAIR. *Eſſays.* T. 2. MALPIGH. p. 53. 54. ic. 225. 226. LINN. *fragm. meth. natur. ord.* 33.

Omnibus flores alii mares, alii feminae. Illi majores, tribus ſtaminibus fiunt (MALPIGH. fig. 225.), quae quinque ſuſtinent craſſos, & ſucculentos apices. Hi minores inſident fructui carnoſo, polyſpermo, & Tubam habent trifido apice. Utrisque calyx eſt quinquefidus, flos ex calyce ortus, rotatus aut campanulatus, quinque partitus.

# BRYONIA.

T. T. 28. LINN. n. 740.

Huic calyx campanulatus, breviter quinquefidus, laciniis capillaribus. Flos profunde quinquefidus, lineatis ſegmentis, elliptico lanceolatis. Tubae cornua ſemilunari

nari fungo terminata. Bacca exigua, ſphaerica (trilocularis LINN.). In noſtra ſpecie flos mas a femina tota planta diſtat (PONTEDER *Anth.* p. 279. 280. ut omnes flores ſteriles ſint, SIEGESBECK *vaniloq. gled.* p. 33. pro rariori caſu.) In aliis uterque ſexus in eadem planta conjungitur, abundantibus maſculis, ſed locis ſeparatur, (conf. DILL. E. N. C. *Cent.* VI. app. p. 79. SIEG. ib.

I. BRYONIA foliis quinquangulis ſcabris.

α *Bryonia* DORST. p. 52 *b.* TRAG. p. 820. CAES. p. 205. TAB. p. 893.
*Vitis alba* RUELL. p. 660. FUCHS. p. 94. CAMER. Epit. p. 987. CORD. Dioſc. p. 76.
*Bryonia alba ſ. ruffa* CORD. Hiſt. p. 116 *b.*
*Vitis alba ſylveſtris, Bryonia* GESN. Hort. p. 276 *b.* negat Tiguri naſci.
*Bryonia ſ. vitis alba* EIUSD. Coll. p. 63 *b.* LUGD.
*Bryonia alba* DOD. Purg. p. 230. Pempt. p. 400. RAJ. p. 658. BLAKW. T. 37.
*Vitis alba Bryonia* LOB. ic. p. 624. ex DOD.
*Vitis alba* I. B. II. p. 143.
*Bryonia aſpera ſ. alba baccis rubris* C. B. Baſ. p. 86. T. aut. de Par. p. 249. I. R. H. ZANICHEL. p. 41. ic. 243.
*Bryonia aſpera incana ſ. alba baccis rubris* H. OX. II. p. 4.
*Bryonia foliis palmatis utrinque calloſe ſcabris* LINN. Cliff. p. 453. ROYEN p. 264.
II. *Sterilis* PONTED. l. c.
β De *Bryonia baccis nigris* CORD. l. c. MATTH. p. 1284. DOD. I. E. p. 146. PLUKN. amalth. p. 45. neſcio, fateor, an naſcatur in Helvetia: MURALTUS nomen habet, ſed addit acinos rubere.

Ad omnes ſepes circa *Bernam*, *Baſileam*, *Brugam*.

Radix alba, ſucculenta, vaſtiſſima. Caulis anguloſus, cum foliis hirtus, volubilis, ſepedalis, ramoſus, ad folii ſinguli ortum & petiolum florigerum emittit, & flagellum cincinnatum. Folia circumſcriptione pentagonia, lobis triangularibus, modice ſerratis. Petiolus floriger ramoſus, multiflorus. Petala ſordide alba, lineis virentibus. Bacca ſphaerica, rubra.

Tota radix ſucco acri alvum ſtimulante, hydragogo, plena eſt, cujus drachmae duae non ſine adfinis Elaterii flagitio alvum ducunt in hydrope, rari tamen inter medicos uſus, neque niſi in robuſtis concedendus, & quibus integra ſunt viſcera, tunc feliciter quidem BUCHWALD. p. 75. in maniacis etiam SYDENHAMO auctore. Infuſio recentis ad ſemuncem ſumenda, ſiccae unica drachma ſufficit BOULDUC. *hiſt. de l'Acad.* 1712. p. 53. Aqua ex laeſa radice ſtillans commode alvum ducit doſi, quantum cochlear capit CHOMEL, & STOFFEL apud I. B. Faecula ex radice ſaepe lota vim purgantem fere deponit, & diuretica eſt. Turiones pariter purgant. Aqua deſtillata habetur pro hyſterica, poſt MATTHIOLI laudationem, qui hyſtericam mulierem decocto vinoſo Bryoniae ſanavit p. 1284. Externo uſu valet, ad ſcrophulas & tumores cyſticos reſolvendos. Unguentum ad ſtrumas cum Terebinthina factum laudat BURGGRAV, olimque Bryoniam ZACUTUS.

## ISOSTEMONUM.
## ORDO VIII.
## GENS SOLANACEA

HEBENSTREIT *de ſenſ. extern. facult. plant. ind.* n. IX.

Manifeſto conſenſu naturae, quae ſequuntur cohaerent: Iis calycis ſegmenta cum petalis, & ſtaminibus, in eadem ratione ſunt, quicunque numerus fuerit. Flos monopetalos, figura varia, aut uniformis, aut leviter inaequalis. Fructus alias bilocularis, iſque vel ſiccus, vel ſucculentus, alias multilocularis, ſucculentus. Tuba unica. Folia alterna: Vis in plerisque nauſeoſa, ſubdulcis, emolliens, anodyna, vel mitior, vel validiſſima, venenata.

## *S O L A N U M.*

T. T. 62.

*SOLANII* ſpec. LINN. n. 144.

Calyx campaniformis, quinque dentibus modo obtuſis, modo acutis. Flos rotatus, tubo breviſſimo, acutis triangularibus quinque ſegmentis. Apices quinque circa tubam coaleſcunt. Tuba globulo terminatur. Bacca ſphaerica, placenta in centro poſita, ſeminibus numeroſis.

I. SOLA-

1. SOLANUM foliis aliis trifidis, aliis ſimplicibus.
*Chamaepitys* DORST. p. 76*b*.
*Dulcis amara* TRAG. p. 816.
*Amara dulcis* CORD. Dioſc. p. 67. TAB. p. 893.
*Solanum quoddam fruticoſum* GESN. Hort. p. 282.
*Je länger je lieber ſolani genus* EIUSD. Epiſt. p. 84*b*.
*Solanum perpetuum* EIUSD. Tab. Coll. p. 107*b*.
*Vitis ſylveſtris* MATTH. p. 1282. CAM. Epit. p. 986.
*Dulcamara* DOD. Purg. p. 239. Hiſt. p. 402.
*Amara dulcis, Circaea* LOB. ic. p. 266.
*Salicaſtrum* CAES. p. 207.
*Dulcamara flore coeruleo vulgatior* AICHSTETT. aeſt. ord. 2. T. 16. f. 3.
*Glycypicros ſ. amara dulcis* I. B. II. p. 109.
*Solanum ſcandens ſ. dulcamara* C. B. Baſ. p. 51. MAGN. Char. p. 205. T. aut. de Par. p. 42. I. R. H.
*Solanum lignoſum ſ. dulcamara* RAJ. p. 672. BLAKW. T. 34.
Icon MERIAN CIII.
*Solanum caule inermi perenni flexuoſo foliis ſuperioribus haſtatis* LINN. Cliff. p. 60. ROYEN. p. 424.
β *Flore albo* AICHST. l. c. f. 2. C. B. &c.
γ *Flore pleno* AICHST. C. B. &c.
δ *Folio variegato* MUNT. T. 156. I. R. H. &c.

Frequens ad foſſas & locis paludoſis.

Caulis durus, fruticoſus: Folia alia ſimplicia, cordata, acuminata, alia trifida, minoribus transverſalibus pinnis ſub medio majori adjectis, longe petiolata. Flores in petiolis ramoſis, ramos quaſi umbella terminant. Calyx breviſſimus. Flos ex brevi tubo profunde rotatur, violaceus, quovis ſegmento ad originem duabus maculis virentibus inſignito. Stamina ex graciliſſimis pediculis, apicibus ſagittatis, longe coalitis. Ovarium turbinatum. Tuba ſimplex recurva, apice elevato. Bacca rotunda, rubra.

Vires ſequentis, blandiores habet, magis diaphoreticas, ſaponaceas. Ad hydropem prodeſt LOBEL. *Adv.* p. 104. Infuſum ſarmentorum in Pleuritide, in Peripneumonia mucoſa BLAIR, & in primis BOERHAAVIUS laudat: idemque adfatim bibendum monet, innocuum medicamen, omni China vel Sarſa potentius. In arthritide utitur eodem decocto BUCHWALD. p. 23. TRAGUS & WIERUS ad icterum laudant. Succus externo uſu ad inflammationes prodeſt (LOBEL.), ad cancros &c.

2. SOLANUM foliis anguloſis, undulatis, caule levi.
α Foliis undatis glabris, acinis nigris, vulgatior.
*Solatrum* BRUNF. II. p. 33. DORST. p. 272*b*. RUELL. p. 612.
*Solatrum vulgare* TRAG. p. 303.
*Solanum hortenſe* FUCHS. p. 686. bene, MATTH. p. 1069. CAM. Epit. p. 812. GESN. Hort. p. 281*b*. DOD. purg. p. 352. Pempt. p. 454. bene BLAKW. T. 107.
*Solanum* GESN. Coll. p. 107*b*. *quod edendo eſt* CORD. Dioſc. p. 67.
*Solanum hortenſe Circaeae aut Phaſeoli facie* LOB. ic. p. 262.
*Solatrum minus* CAES. p. 213.
*Solanum ſativum, ſolatrum hortenſe* TAB. p. 577.
*Solanum officinarum* C. B. Baſ. p. 51.
*Solanum vulgare* PARK. H. OX. III. p. 520. RAJ. p. 672.
*Solanum officinarum acinis nigricantibus* C. B. I. R. H. *& fuſcis* T. aut. de Par. p. 38. cum deſcriptione.
II. *Minimum vix palmam excedens* C. B. BUXB.
III. *Foliis laciniatis* C. B. IOHR.
β Foliis minus undoſis, baccis rubris.
*Solanum rubrum* GESN. Hort. p. 281*b*.
*Solanum hortenſe rubris baccis* CAM. Hort. p. 162.
*Solanum baccis rubris* LOB. adv. p. 102.
*Solanum alterum* LUGD. p. 597.
*Solanum officinarum acinis puniceis* C. B. T. aut. de Par. p. 41. cum deſcriptione I. R. H.
*Solanum baccis rubris, phoeniceisve, caulibus modice ſpinoſis* H. OX. l. c.
γ Foliis valde undulatis, hirſutioribus, baccis luteis.
*Solanum luteum* GESN. l. c.
*Solanum baccis fulvis* LOB. adv. p. 102.
*Solanum tertium luteum* LUGD. p. 597.
*Solanum hortenſe luteis baccis* CAM. Hort. l. c.
*Solanum officinarum acinis luteis* C. B. T. aut. de Par. p. 542. cum deſcriptione I. R. H.
*Solanum annuum hirſutius baccis luteis* H. OX. l. c.

Prima varietas in hortis & ruderoſis nimis abundat, reliquae rariores occurrunt.

Caulis herbaceus, brachiatus, alis elevatis. Folia alterna, longe petiolata, fere pendula, mollia, coſta lateſcente, anguloſa, ex latitudine longe acuminata. Petioli florigeri ramoſi. Flos albus nutans, apices connexi, bacca pendula, nigra in vulgari. Tuba globulo terminata.

Mite eſt, ſubſalſum, moderate narcoticum, in cataplaſmate laudatur, ad inflammationes, eryſipelata, haemorrhoides, cancros, anginam. Olim eſculentum fuit. Sed a baccis & pueros convulſos fuiſſe, & gallinas periiſſe monet BOERHAAVE, & ALBERTI de *Belladonna*, atque ipſa effluvia ſomnum ciere, ut eo fine cunis circumponatur BOCC. *Muſ. di Fiſ.* p. 284. Subit unguentum populeon. Radice pro Salſaparilla utebatur GUENOCIUS (WELSCH *Mičtomim.* p. 60.). Sed veneratum vide effectum oleris COMM. LIT. NOR. 1731. n. 27.

## *A L K E K E N G I.*

TOURN. T. 64.

*PHYSALIS* LINN. n. 144.

Calyx, dum flos viget, campaniformis, quinquedentatus, exiguus, per maturitatem abit in amplam veſicam, in qua fructus laxe continetur. Flos campaniformis, brevi tubo, hirſutulus. Stamina libera. Apex tubae globoſus. Bacca polyſperma TOURN. F.

1. ALKEKENGI foliis cordatis, calyce rubente.
   *Alcaquengi* RUELL. p. 612.
   *Judenkirſſen* TRAG. apod. p. 305.
   *Alkekengi* DORST. p. 19. RUPP.
   *Halicacabum* TRAG. p. 302. FUCHS. p. 687.
   *Veſicaria* CORD. Dioſc. p. 67. CAES. p. 213.
   *Veſicarium ſolanum* CORD. Hiſt. p. 165 *b.*
   *Solanum veſicarium* GESN. Hort. p. 281 *b.* Coll. p. 107 *b.* DOD. Purg. p. 355. Hiſt. p. 454. bene C. B. Baſ. p. 51. *ſeu alkekengi* MUR. p. 633.
   *Solanum Halicacabum* MATTH. p. 1070. Epit. p. 813. LOB. ic. p. 262. LUGD.
   *Halicacabum vulgatius* AICHST. aeſt. ord. 13. T. 11. f. 2.
   *Solanum Halicacabum vulgare* I. B. III. p. 609. RAJ. p. 681.
   *Solanum veſicarium vulgatius repens, fructu & veſica rubra* H. OX. III. p. 526.
   *Alkekengi officinarum* T. aut. de Par. p. 241. I. R. H. MAGN. Char. p. 206. GARID. p. 17. ic. 6. ZANICH. p. 6. ic. 235.
   *Alkekengi ſ. Halicacabum* BLAKW. p. 161.
   *Phyſalis radice perenni foliis lanceolato cordatis* LINN. ROYEN. p. 426.
   β *Foliis variis* BOERH. I. R. H.

*Muteti* in vineis, *Baſileae* intra moenia ad D. *Albanum:* & in dumetis circa *Brügligen.* Ego circa *Mathod* legi verſus *Champvent*, tum in dumetis eundo verſus *Baume*, & in ſylvis circa *Bex. Neocomi* DIVERNOI. *Tiguri* locis umbroſis humectis MUR.

Caulis ample brachiatus, cubitalis, cum foliis hirſutus. Folia conjugata, ample ex cordatis acuminata, ambitu obſcure ſerrato, longe petiolata. Flores in petiolis nudis unifloris. Flos albus. Calyx per maturitatem ruberrimus, ex rotundo acuminatus.

Fructus ſubacidus, ex fixis principiis refrigerans, edulis, ſi a calyce amaro non infectus fuerit, pro valido medicamento urinam pellente laudatur BRASSAVOLA p. 198. Doſis eſt baccarum quatuor, & quinque T. aut plurium, cum ad ciendam urinam a ruſticis manipulatim devoretur C. & I. M. HOFM. ſucci vero uncia una. Vinum, in quo fermentatae ſunt baccae, ad colicam nephriticam laudatur, & in dyſuria, & in haemoptyſi expertus commendat BUCHWALD p. 17.

## *B E L L A D O N N A.*

T. T. 13. optime.

*ATROPA* LINN. n. 138.

Calyx campaniformis, profunde quinquefidus, dentibus triangularibus, flore brevior. Flos tubuloſus, tubo in medio ventricoſo, ſegmentis quinque triangularibus, parum repandis. Stamina libera, & craſſae cordiformes antherae. Tuba extremo recurvo, reniformi

reniformi ſpongiola aucto. Bacca rotunda, conpreſſa, bilocularis, ſemiquadricularis, ſeminibus ad anſatas placentas uberrimis, ovalibus.

1. BELLADONNA CLUS. *Pann* p. 503. MAGNOL. *Char.* p. 207.
*Solanum ſomniferum* FUCHS. p. 689. foliis nimis anguſtis.
*Solanum hortenſe* TRAG. p. 301. eadem icon.
*Solanum majus* CAM. Epit. p. 817. cum charactere.
*Solanum majus ſive herba Bella donna* MATTH. p. 1073.
*Solani genus ſylvaticum* GESN. Hort. p. 282.
*Solanum ſomniferum vulgare* GESN. Tab. Coll. p. 108.
*Solanum lethale* DOD. Purg. p. 360. optime, Pempt. p. 456. RAJ. p. 679.
*Solanum lethale Belladonna* CLUS. p. LXXXVI. ex DOD.
*Solanum ſomniferum & lethale* LOB. ic. p. 263.
*Solatrum majus* CAES. p. 212.
*Solanum manicum multis ſ. Belladonna* I. B. III. p. 611.
*Solanum* μελανοκέρασος C. B. Baſ. p. 51. ZWING. p. 891.
*Solanum furioſum* IOH. MATTH. FABER Strychnoman. ic. 27.
*Solano congener flore campanulato, vulgatius, latioribus foliis* H. OX. III. p. 532.
*Belladonna majoribus foliis & fructibus* T. aut. de Par. p. 397.
*Belladonna majoribus foliis & floribus* I. R. H. PONTED. Anthol. p. 70. &c.
*Atropa* CLIFF. p. 57. ROYEN. p. 423.
β *Belladonna minoribus foliis & floribus* C. B. I. R. H.

Ubique in ſylvis caeduis v. g. ſylva *Bremgarten* cis *Eymatten*, ſylvula *Weiſſenſtein.* Ad *Silam* I. GESNER.

Caulis fruticoſus, erectus, brachiatus. Folia magna, ex ovato acuminata, hirſuta, mollia. Florigeri petioli ex alis congeſti, uniflori. Flos lurido ex virideſcente & obſolete fuſco-purpureo triſti colore. Bacca nigra, ſubdulcis. Semina tota punctata & alveolata, ſubrotunda.

Baccae, oleo acri plenae, craſſoque, lethalem maniam faciunt TRAG. RAJ. aut ſomnum THAL. & celeberrima eſt hiſtoria Danorum ad internecionem deletorum, poſtquam vino ope Belladonnae intoxicato inebriati fuerant BLAIR. *Decads.* p. 77. Tales hihorias olim MATTHIOLUS habet, p. 1074. & LOBELIUS *Adv.* p. 103. & FUCHSIUS. Nuper ſimilem puerorum a baccis Belladonnae intoxicatorum caſum, ubi deliria vomitu expugnavit, reſcripſit amiciſſimus D. D. SCHOLLIUS, ſanguine & amicitia mihi pariter conjunctus. Doſis veneni non minima eſt: Tres quatuorve baccae parum nocuerunt adultis, in octenni puella aliqua ſymptomata fecerant. Aqua deſtillata, etiam ad duas uncias ſumta, parum nocet FRANK. p. 50. Relaxat etiam externo uſu, ut papillam paralyticam ob inpoſito cataplasmate RAIUS viderit, coecitatem, ſed ſuperabilem WEPFER *de cic.* p. 228. Non ergo placet vel oculis inflammatis ſuccum admovere (ut apud WELSCHIUM commendatur *mictomim.* p. 9.), neque cancro, (ut apud JUNCKERUM, & recentiores, qui cochlear decocti unum ad tria propinant, non eo gradu, ut ſomnum moveat OETINGER *de Bellad.*,) neque haemorrhoidibus. GESNERUS tamen baccas expreſſit, cum ſaccharo coxit, exhibuit cochlearis minoris menſura, ita opii vires imitata eſt, dolores, & dyſenteriam ſuppreſſit Epiſt. p. 34 *b.* 39. In univerſum vinum pro antidoto laudatur, ab ipſo olim TRAGO, acetum a FABRO *Strychnoman.* p. 7. Uterque citat experimenta.

## *VERBASCUM.*

LINN. II. 153.

*VERBASCUM* TOURN. T. 61. & *BLATTARIA* TOURN.

Calyx campaniformis, flore brevior, quinquefidus, paulum irregularis, duobus dentibus ſupernis brevioribus a ternis imis diſtantibus, Flos tubo breviſſimo, rotatus, ex eodem diſcrimine ſegmentorum difformis, ſegmentis quinque ſubrotundis, imo longiſſimo. Stamina quinque, inaequalia, ſupremum brevius, media majora, ima duo maxima ſurſum recurrunt, omnia craſſa, barbata, ſed maxime ſuperiora, apice fungoſo, uniloculari, in ſemicirculum flexo. Tuba ſimplex, fungo rotundo terminata. Ovarium ovato conicum, biloculare, polyſpermon, duabus magnis placentis, ut in *Belladonna.* *Blattariam* ſeparare ipſa natura vetat, neque fructus magis rotundus, aut ſpica rarior, ſufficiunt.

1. VERBASCUM foliis ovato-acutis utrinque tomentoſis, floribus in ſpica denſiſſima ſeſſilibus.

Incredibilis eſt in ſcriptoribus difficultas, quam auget coloris lutei in hoc genere inconſtantia, in plantis alioquin rariſſima. An plura ſunt in regionibus calidis Verbaſca, vulgarium ſimilia? Certe nobis haec, quae deſcripſi, neque ultra proveniunt.

*Verbaſcum* BRUNF. III. p. 57. TRAG. p. 217. ic. GESN. Coll. p. 113. RENEAUM. p. 102. ic.
*Tapſus barbatus* DORST. p. 262.
*Verbaſcum nigrum* FUCHS. p. 848.
*Verbaſcum majus* TRAG. p. 216.
*Verbaſcum* I. MATTH. p. 1143. CAES. p. 347. CAM. Epit. p. 878. cum charactere. Hanc iconem pro albo meridionalium exhibet ZWING. p. 930.
*Verbaſcum latius* DOD. p. 143. & *anguſtius ib.* quod ad ic.
*Verbaſcum aut Phlomos vulgaris mas* LOB. ic. p. 561.
*Verbaſcum mas* TAB. p. 563.
φυλλατμιτος RENEAUM. p. 104.
*Verbaſcum vulgare flore luteo magno folio maximo* I. B. III. p. 871.
*Verbaſcum mas latifolium luteum* C. B. Baſ. p. 69. RAJ. p. 1094. T. aut. de Par. p. 161. I. R. H. ZANICH. p. 271. ic. 268. MAGN. Char. p. 216.
*Verbaſcum latifolium mas* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 5. f. 2.
*Verbaſcum foliis incanis, mas latifolium, floribus luteis arcte caulibus adhaerentibus, ſine foliis anguſtis inter flores eminentibus* H. OX. II. p. 485. S. 5. T. 9. f. 1.
β *Flore niveo* I. B.
γ Quid eſt, & an ſatis differt foliis ſuis eminentibus inter flores.
*Verbaſcum maximum album femina flore ſuppallido* LOBEL. p. 561.
Et *maximum odoratum meridionalium Tapſus barbatus femina flore albo* LOB. p. 561.
*Verbaſcum maximum meridionalium odoratum duplex luteum & album* I. B. III. p. 871. RAJ. l. c.
*Verbaſcum femina flore luteo magno* C. B. Baſ. p. 69.

Nihil vulgatius ad vias, in foſſis &c.

Caulis rectiſſimus, ſepedalis ſaepe, & ultra, ramis furſum eductis, longe foliis nudus, floribusque tectus, denſe congeſtis, ad caulem undique in cylindrum ſeſſilibus. Folia perampla, utrinque tomentoſa, lanata, molliſſima, longe ovata, & elliptica, margine obiter inciſo, tomento dentes occultante Calyx tomentoſus. Flos pallide luteus, unciali major, lanuginoſus. Pili ſtaminum albidi: apices miniati. Semina exigua, priſmatica truncata, ſtriata.

Vires anodynae & emollientes in hac ſpecie, etiam habitu fatente, excellunt. Recentia vulnera contuſa folia ſanant in unguentum redacta. Infuſum florum ad Phthiſiu Italis & DEKKERO familiare. Decoctum foliorum & florum, in aqua fabrorum, ad dyſenteriam convenit. Gargariſma anginae, clyſter teneſmo & haemorrhoidibus inprimis obponuntur, quibus, etiam coecis, fomentum in lacte medetur CHOMEL, ad tumores pariter & inflammationes utile, ut magnam eo medicamento famam acquiverit homo Tarviſanus BOCCON. *oſſ.* p. 133. Florum computreſcentium liquamen dat molliſſimum pariter ad eadem mala unguentum BOCCONE *oſſ.* p. 135. Eodem ad podagram uſus eſt CRATO *Conſil.* L. III. p. 132. Stupefactivi tamen aliquid habet verbaſcum, cum piſces ejus ope capiantur BOCC. *Muſ. di Fiſ.* p. 212.

2. VERBASCUM foliis ferratis, ſuperne rugoſis, petiolis ramoſis.

α *Flore luteo.*
*Verbaſcum II.* MATTH. p. 1144. CAM. Epit. p. 879. LUGD.
Et *Verbaſcum III.* MATTH. p. 1145. CAM. Epit. p. 880.
*Verbaſcum anguſtius* DOD. p. 143. altera varietas, non vero icon.
*Verbaſcum flore ex flavo candido* THAL. p. 29.
*Blattariae flore albo varietas altera* LOB. ic. p. 583.
*Verbaſcum luteum* TAB. p. 565.
*Verbaſcum quartum* CAES. p. 347. *flore pallido* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 5. f. 3.
*Verbaſcum pulverulentum flore luteo parvo* I. B. III. p. 872. cum icone, RAJ. p. 1094. H. OX. II. S. 5. T. 9. f. 3. T. I. R. H. aut. de Par. p. 164. VAILL. &c.
*Verbaſcum mas anguſtifolium floribus pallidis* C. B. ZWING. p. 930.
*Verbaſcum foliis incanis & pulverulentis, floribus luteis parvis, raumatim provenientibus* H. OX. II. p. 486.

Similibus locis

Simile eſt fere ſequentis, flore vero pallide luteo,

β *Flore albo.*
*Verbaſcum ſylveſtre* TRAG. p. 218. niſi ſit n. 3.
*Verbaſcum anguſtius* DOD. p. 143. prior varietas.
*Blattaria flore albo, perperam verbaſcum femina* LOB. ic. p. 563.
*Verbaſcum flore prorſus candido* THAL. p. 129.

Verba-

*Verbaſcum album II.* TAB. p. 864. bene
*Verbaſcum* λευκις RENEAUM. p. 105.
*Verbaſcum flore albo parvo* I. B. III. p. 873. RAJ. p. 1095. T. aut. de Par. p. 165. I. R. H.
*Verbaſcum lychnites flore albo parvo* C. B. Baſ. p. 69. H. OX. II. S. 5. T. 9. f. 4. ZWING.
*Verbaſcum foliis incanis, floribus albis parvis, racematim provenientibus, cum ſtaminibus itidem albis* H. OX. II. p. 486.
II. An *Verbaſcum lychnite* MATTH. p. 1147. TAB. p. 566.
*Verbaſcum lychnitis Matth. Phlomos mas alter* LOBEL. p. 562.
*Phlomis Lychnitis* LUGD. p. 1303? Ita C. B. ſed foliis ſunt villoſis.

Similibus locis non rarum.

Caulis tantum bipedalis, ramoſus. Folia ſuperne nigricant, inferna parte incana ſunt, & breviter tomentoſa, tomento quaſi farinoſo, rugoſa tota, circumſcriptione ovato vel elliptico lanceolata, ſaligna, margine evidenter & argute ſerrato. Spicae denſae, ramoſae, petiolis factae multifloris, flores a caule remotos gerunt, & diſtinguuntur acutis foliis inter flores exeuntibus. Calyx farinoſus. Flos ex duobus ſegmentis albis, tribus minoris ochroleucis. Stamina flavo villo pubeſcunt: apices miniati.

3. VERBASCUM foliis ſerratis, ſuperne rugoſis, inferne ſubhirſutis, petiolis ramoſis, ſtaminum barba purpuraſcente.

α *Flore albo.*
*Varietas verbaſci VII. flore prorſus candido* C. B.
*Verbaſcum perenne nigrum floribus albis* H. BLES. IONQ. RAJ. p. 1095 *.
*Verbaſcum nigrum flore candido in meditullio purpuraſcente* LOESEL. p. 281.
*Verbaſcum nigrum perenne flore albo ſtaminibus purpureis* VAILL. p. 199.
*Verbaſcum nigrum floribus albicantibus* RUPP. p. 195.
II. *Verbaſcum alpinum perenne nigrum flore albo, ſtaminibus purpureis* IONQVET. H. R. P. I. R. H.

Ad muros templi pagi *Küniz.* a. 1733. *Badae* I. GESNER.

A ſequente differt flore albo, cum quo non male conjungeretur.

β *Flore luteo.*
*Verbaſcum nigrum* TRAG. p. 217. bene, DOD. p. 144. TAB. p. 564. valde inciſum, LOBEL. ic. p. 562. RENEAUM. p. 107. cum ic. p. 106.
*Verbaſcum ſylveſtre* FUCHS. p. 849.
*Verbaſci genus apicibus purpureis* GESN. Coll. p. 113.
An *Verbaſcum III.* MATTH. p. 1145. CAM. Epit. p. 880. LUGD.
An *Verbaſcum ſeptimum* CAES. p. 347?
*Verbaſcum nigrum latifolium* THAL. p. 129.
*Verbaſcum nigrum flore parvo, apicibus purpureis* I. B. III. p. 873. RAJ. p. 1095.
*Blattaria Plinii Verbaſcum nigrum* AICHST. aeſtiv. ord. 10. T. 4. f. 3.
*Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente* C. B. Baſ. p. 69. ZWING. T. aut. de Par. p. 165. I. R. H.
*Verbaſcum nigrum foliis viridibus perenne floribus luteis racematim provenientibus, ſtaminibus purpuraſcentibus* H. OX. II. p. 486.
*Verbaſcum ſ. tapſus barbatus* BLAKW. T. 3. ob folia ſerrata.
*Verbaſcum foliis ovatis crenatis ſubtus tomentoſis caule angulato* LINN. Cliff. p. 54. ROYEN. p. 421.

Pariter vulgare eſt locis aſperis.

Caulis purpureus, pene levis, anguloſus. Folia ſuperne rugoſa, ex atro virentia, inferne rarius tomentoſa, manifeſto ſerrata. Spica rarior, floribus a caule remotis, ex petiolis ramoſis, foliis tamen non diſtincta. Flores magni, flavi, barbulae ſtaminum purpureae, & circulus in medio flore purpureus. Valvae, ut in reliquis binae, & bifidae. Semina reticulata, priſmatica, plurima.

4. VERBASCUM foliis glabris, ſerrato dentatis, radicalibus ſinuatis ROYEN. p. 421.

*Blattaria* FUCHS. p. 152. TRAG. p. 925. MATTH. p. 1151. bene
*Blattaria lutea* CAM. Epit. p. 885. I. B. III. p. 874. SWEERT. II. T. 39. RAJ. p. 1096.
*Verbaſcum leptophyllon* CORD. p. 153.
*Blattaria Plinio dicta* GESN. Hort. p. 285.
*Blattaria Plinii* LOBEL. p. 564.
*Verbaſcum IX.* CAESALP. p. 347.
*Blattaria flore luteo* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 4. f. 2.
*Blattaria lutea folio longo laciniato* C. B. Baſ. p. 69. T. aut. de Par. p. 179. MURALT. p. 655. ZWING. I. R. H. MAGN. Char. p. 216.
*Blattaria annua ramoſa floribus luteis ſtaminibus purpureis* H. OX. II. p. 489.
Et *Blattaria annua flore minore luteo vel albo ſtaminibus purpureis* EIUSD. ib.

In

In calidiori Helvetia, v. g. circa *Ebrodunum* paſſim ad ſepes, circa *Montagny*, *Suſſeva*, *Treicovagnes*. C. B. non longe *Michelfelda*. MURALTUS circa *Scaphuſiam*.

Caulis erectus, longe ſpicatus, & habitus Verbaſci, ſed folia glabra, nitentia, longe petiolata, rugoſa, laciniata, rotundis dentibus profunde ſinuata, ſuperne tantum ſerrata. Spica rara. Calyx, & caulis ſpicatus viſcoſi ſunt, globulis hirſuti. Flos planiſſimus, luteus. Stamina barbata pilis purpureis, uti in n. 3. Tuba pendula, violacea, ovarium ſphaericum. Amara eſt, & calida, nullius, puto, uſus, certe cogniti.

5. *Blattariam albam* Bernae reperi a. 1732. ad viam, qua itur ad ambulacra *die Enge, bieſeits dem Gatter*, ſed, vereor, ex horto elapſa fuit: niſi forte, quae RAII eſt obſervatio, flavae ſemen albam aliquando progignit.

6. Auriculam urſi Myconi Lugdun. p. 837. elegantiſſimam plantam, accenſet noſtratibus SCHEUCHZERUS in catal. ſed, quando in umbroſis alpium naſci ait, verbis uſus LUGDUNENSIUM, fateor, videtur potius conjectura uti, quam experimento. Nemo enim in Helvetia eam plantam reperit, & addidiſſet, procul dubio, locum natalem, ſi ipſe inveniſſet.

## *H Y O S C Y A M U S.*

TOURNEF. T. T. 42. LINN. n. 136.

Calyx campaniformis, modice inaequalis, ſemiquinquefidus. Flos calyce longior, tubuloſo-campaniformis, tubo brevi, inaequali, fauce longitudinaliter latiore, ſegmentis inferioribus profundius inciſis & minoribus. Stamina longa, inaequalia. Fructus ovatus, tectus operculo hemiſphaerico, reſiliente per maturitatem, & denudante fructum bilocularem, polyſpermon. Semina vermiculata, ad craſſas placentas. Tuba apice craſſo, excavato.

1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus LINN. *Cliff.* p. 56. ROYEN. p. 422.
   *Hannebana* RUELL. p. 610.
   *Hyoſcyamus* BRUNF. I. p. 224. TRAG. p. 132. 133. DORST. p. 153. MATTH. p. 1064. CAM. Epit. p. 807. CAES. p. 345. RIVIN. Monop. Irreg. T. 102.
   *Apollinaris* CORD. Dioſc. p. 66 *b*.
   *Hyoſcyamus flavus* FUCHS. p. 833. bene.
   *Hyoſcyamus vulgaris* GESN. Tab. Coll. p. 82. Hort. p. 282. I. B. III. p. 627. AICHST. aeſt. ord. 8. T. 8. f. 1. RAJ. p. 711.
   *Hyoſcyamus vulgaris niger* DOD. Purg. p. 345. Pempt. p. 450. optime. CLUS. p. LXXXIII.
   *Hyoſcyamus niger ſ. apollinaris herba altercum arabum* LOB. ic. p. 268.
   *Hyoſcyamus* I. *altercum* TAB. p. 575.
   *Hyoſcyamus vulgaris vel niger* C. B. Baſ. p. 52. PARK. H. OX. II. p. 494. T. aut. de Par. p. 201. I. R. H. ZANICHELL. p. 141. T. 255. MAGNOL. Char. p. 230.

In fimetis, foſſis, ad vias, in ſuburbanis & pagis.

Tota planta foetida eſt, unguinoſa, longiuſculis pilis barbata. Caulis ramoſus & folioſus. Folia molliſſima, ſemiputridae ſubſtantiae, ſemipinnata, pinnis acutis, triangularibus, ordinatim decreſcentibus, lata baſi caulem amplexa. Flores conferti in faſciculos, qui deinde fiunt in ſpicas unilaterales, pallidi, diſtincti rete venarum violaceo. Semina pene reniformia, conpreſſa, tota punctata & reticulata.

Hyoſcyamus oleo viſcido, virulento, narcotico, abundat. Vires anodynae, & emollientes, genti ſuae communes, poſſidet intenſiſſimas. Adeoque externo quidem uſu laudatur, ex viribus emollientibus, & ſtupefacientibus. Emplaſtrum de Hyoſcyamo ad dolores varios, etiam diuturnos, commendatum eſt, a WEDELIO & ipſo, adeo difficili viro, D. LUDOVICI p. m. 278. BOERHAAVIUS tamen narrabat, ſe, cum amico temulentum factum, cum emplaſtrum ipſi pararent. Cataplaſma cum lacte & croco urinae ſuppreſſiones tollit efficaciter T. & lac de mammis abigit: Pedibus hydropicorum folia admota aquam extrahunt CRATO *Epiſt.* L. V. Fumus, aut cataplaſma ad perniones in uſu eſt. Oleum, ſucco foliorum inbutum, deſcribit CHOMEL & adtactu tumentes glandulas faucium ad ſubpurationem adigere expertus eſt *ſuppl.* p. 207. Oleum ex ſeminibus preſſum anodynum pro externis uſibus parari poteſt, congeneribus efficacius LUDOVICI p. 296. mitius, & abſque periculo extus adhibendum; in clyſteribus ad dyſenterias a GLAUBERO laudatum. Ingreditur unguentum de hyoſcyamo. Suffitus autem ipſe ſtupefacit, dentiumque dolores tollit vi narcotica. Interne ſemine quidem ad haemoptoen uſus eſt HELIDAEUS, & ad ſanguinem ſiſtendum experimentum narrat BOYLE de *Util. Phil. exp.* p. 230. Alii Quar-

tana

tanae obpoſuerunt (PLATER.) alii Dyſenteriae (GLAUBER). Sed nimis triſtia exempla vetant diriſſimo medicamento fidere, in tanta abundantia certiorum. Nam deliria, maniasque, aut funeſtas *Comm. Acad. Scient* a. 1737. *Hiſt. Obſ.* I. & BLAIR. *Miſc.* p. 81. aut certe durabiles LOBEL. *Adverſ.* GARMAN. in *Eph. Nat. Cur. Dec.* 3. *Ann.* 3. *Obſ.* 66. WEDEL. ib. *Dec.* 1. *Ann.* 3. *Obſ.* 21. E. N. C. *Dec. III. ann.* 2. *obſ.* 112. WEPFER *de Cicut.* p. 230. LINDER *de Venen.* p. 560. BUCHNER. *Miſc.* 1729. p. 160. & ſopores inſuperabiles GARIDEL &c. & convulſiones lethales facit. Memini ſodalem, qui mecum Leidae BOERHAAVIVM audivit, omne venenorum genus ex horto ſelegiſſe, voraſſe, tuliſſe, Napellos, Apocyna, Belladonnae baccas etiam ſuaviter deglutiiſſe, ab Hyoſcyamo vero victum poenas dediſſe audaciae, & mente alienatum, crure altero reſolutum; a PRAECEPTORE reſtitutum fuiſſe. Ipſo uſu externo, fumo ſuſcepto, & fomentis admotis deliria mota lego, quod ne opium quidem poteſt. Salus in vomitu HELMONT *Jus duumvir.* p. 244. S. PAULI.

## ISOSTEMONUM.
## ORDO VIIII.
## GENS ASPERIFOLIA.

BOERHAAVE p. 187. LINN. Char. natur. Ord. XLIII.
ROYEN. p. 403.

His omnibus communis natura eſt. Folia alterna, pene perpetuo aſpera: Calyx profundiſſime quinquefidus. Flos monopetalos, ſemiquinquefidus. Stamina quinque. Tuba unica ſimplex. Semina quatuor, cortice vel adhaerente, vel mobili, imi pediculi placentae adfixa. Vires medicae, ut priori claſſi emollientes, & ſubinde narcoticae, viſcoſae, cum adſtrictione in quibusdam conglutinante.

## *E C H I U M.*

TOURNEF. T. 54. LINN. n. 107.

Calyx profundiſſime ſectus, in longas lacinias, quarum ſupremae duae majores ſunt, ima minima. Flos ex brevi tubo campaniformi longitudinaliter patet magna fauce, cum ſimili in ſegmentis inaequalitate. Stamina ex flore eminent, parvis, rotundis apicibus. Tuba apice bifurcato. Semina roſtrata, anguloſe conica, ſubaſpera.

1. ECHIUM foliis lingulatis hiſpidis, ex ſingulis alis ſpicatum. 692

*Bugloſſa ſylveſtris* BRUNF. I. p. 111.
*Echium* GESN. Hort. p. 257 *b*. MATTH. p. 996. bene CAM. Epit. p. 737. DOD. p. 631. BOOT. ic. 30. RIVIN. monop. irreg. T. 7. BLAKW. T. 299.
*Onoſma* MATTH. p. 892. & *Cynogloſſum* MATTH. p. 1189. juxta I. B. ſed hujus folia valde lata ſunt.
*Echium vulgare* CLUS. Pann. p. 679. Hiſt. p. CLXIII. C. B. Baſ. p. 75. I. B. III. p. 586. RAJ. p. 498. H. OX. III. p. 440. T. aut. de Par. p. 75. MAGN. Char. p. 77.
*Echium ſ. bugloſſum ſylveſtre* LOB. ic. p. 579.
*Anchuſa* I. CAES. p. 435.
*Echium majus vulgare* ZANICH. ic. 128. p. 91.
Ic. MERIAN. LXXXIII.
β *Flore albo* DOD. CLUS. I. B. WEINM. T. 475 *d*.
γ *Flore carneo* MERRET. VAILL. I. B.
δ *Flore rubro*, ſiquidem eadem eſt.
*Echii altera ſpecies* DOD. p. 631. Sed icon eſt plantae anglicae nobis non indigenae.
Icones WEINM. T. 474. *c. e.* T. 475. *a*.
ε *Caule lato* C. B. WEINM. &c.
ς *Panicula criſpa* VAILL.

Nihil ad vias vulgatius.

Caules eriguntur, cum foliis aſperi, pilis hirti, ramoſi, maculoſi, ex ſingula ala ramoſi, ramis ſpicatis. Folia linguiformia, anguſta, aſpera, fine lanceolato, pilis bulboſis. Flores longa ſeria in curvas ſpicas unilaterales, quae per aetatem eriguntur. Flores ſeſſiles, inmaturi rubri, deinde coerulei, quod cum tota fere gente commune habent.

2. ECHIUM caule erecto, aſperrimum, flore minore.

*Echium flore albo* CAM. Epit. p. 738. quae icon a I. B. ad C. G. miſſa fuerat: flos vero pertinet ad Symphytum n. 2.
*Echium majus & aſperius flore albo* C. B. RAJ. p. 498. PLUKN. I. R. H.
*Echium albo flore majus* I. B. III. p. 588.
β Varietas rubro flore.
*Lycopſis altera monſpeliaca floribus dilute purpureis* C. B.
*Echium majus & aſperius flore dilute purpureo* RAJ. p. 498. Syllog. exter. p. 119. H. OX. III. p. 440. I. R. H.
II. An hoc eſt *Echium rubro flore* CLUS. Pann. p. 681. Hiſt. p. CLXIIII. Videtur ex habitu erecto, & nota manu C. B. ſcripta, qua ad CLUSIUM (qui nunc meus eſt) addidit, ſe CLUSIAnam plantam *Geneva* habere, I. B. III. p. 589. RAJ. p. 499.
*Anchuſa altera* CAES. p. 439.
*Echium ſylveſtre hirſutum maculatum* C. B. RAJ. Syll. p. 119. H. OX. III. p. 440. BOERHAV. ZWING.

*Albo flore* naſcitur in *Valeſia*, erectum, cubitale, aſperrimum, pilis duriſſimis bulboſis, nunquam coeruleum. In Gallia calidiori rubro flore reperitur. Non eſt varietas prioris, eodem enim loco diverſiſſimum provenit.

*3. ECHIUM alpinum minimum MURALT. p. 110. Quid eſt? an *Cerinthe?* an varietas?

## *SYMPHYTUM.*

TOURNEF. T. 56. LINN. n. 109.

Calyx tubuloſus, pentagonus. Flos cylindricus, ſuperne ventricoſior, ore erecto, quinque rotundis & reflexis dentibus leviter inciſo. Pali quinque acuti, triangulares, tubam circumſtant & introrſum cogunt ſtamina breviſſima, apicibus validis, ſagittatis. Alias pali deſunt. Tuba longas ſimplex. Semina nitida.

1. SYMPHYTUM foliis ovato lanceolatis, caule alato.

α *Flore albo* in frigidioribus Helvetiae frequens ad littora rivorum &c.
*Walwurtz Weiblein* BRUNF. I. p. 76. bene
*Rarior ſpecies ſymphyti* FUCHS. in textu.
*Conſolida major flore albo* RUELL. p. 584. CAM. hort.
*Conſolida major femina* TRAG. p. 239.
*Symphytum majus candidis floribus* CORD. Hiſt. p. 167.
*Symphytum flore candido* MARANT. p. 61.
*Symphytum majus flore albo conſolida major* TAB. p. 559.
*Symphytum flore pallido* AICHST. aeſtiv. ord. 8. T. 7. f. 3.
*Symphytum conſolida major flore albo vel pallide luteo quae femina* T. aut. de Par. p. 306. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 519.
β *Flore rubro* Tiguri, & Baſileae frequentior.
*Walwurtz männlein* BRUNF. I. p. 75.
*Symphytum majus rubens* CORD. p. 151 *b.*
*Symphytum majus purpureis floribus* EIUSD. *ib.*
*Symphytum flore purpureo* MARANT. p. 61.
*Conſolida major flore purpureo* RUELL. l. c.
*Symphytum magnum* FUCHS. p. 695.
*Conſolida major mas* TRAG. l. c.
*Symphytum majus flore purpureo* TAB. p. 559. AICHST. l. c. f. 1. & *flore rubro* I. B.
*Symphytum conſolida major, flore purpureo, quae mas* I. R. H. &c. &
*Symphytum conſolida major, flore purpureo coeruleo* T. aut. de Par. p. 306. I. R. H.
*Symphytum ſ. conſolida major* MUR. p. 635.
α β Conjunctim, qui tamen plerumque diverſitatem adnotaverunt.
*Symphytum majus ſ. conſolida major* MATTH. p. 961.
*Symphytum majus* CAM. Epit. p. 700. bene
*Symphytum magnum* DOD. p. 134. I. B. III. p. 593.
*Symphytum Alum ſeu Alus* LOB. ic. p. 583.
*Conſolida major* DORST. p. 89. bene RAJ. p. 505. BLAKW. T. 252. &c.
*Symphytum conſolida major* C. B. &c. *mas & femina* Baſ. p. 76.
*Symphytum ſ. conſolida major* C. B. Phytop. H. OX. III. p. 444.
*Symphytum foliis ovato lanceolatis* LINN. Cliff. p. 47. ROYEN. p. 407.
γ Quid eſt *Symphytum tuberoſum* DOD. p. 134. *majus* CLUS. p. CLXVI.
*Symphytum radice tuberoſa* CAM. Epit. p. 701. &c.

*Anchuſa*

Radix maxima, lignoſa, dura, brachiata. Caulis erectus, alatus, brachiatus, cum foliis aſper. Foliorum petioli ala foliacea aucti: longe vero ex ovatis lanceolata ſunt; In ſumma planta flores in ſpicam unilateralem conferti, nutantes, ex petiolo aphyllo, multifloro, cui par foliorum ſubponitur. Calyx hiſpidus, profunde ſectus, acutis dentibus. Flos ochroleucos in α, anulo floris purpureo in β. Vidi varietatem ſpontaneam, cujus flores extus quinque acceſſoriis petalis ornabantur.

Sapor viſcidus, fatuus. Valide conglutinat, ut ridiculis hiſtoriis confirmatur. Cataplaſma ad recentia & tendinum vulnera, & oſſium fracturas ulceraque ſordida BUCHWALD p.88.89. & contuſiones utile eſt, & in Iſchiade inponitur a CAMERARIO E.N.C. *Dec. III. ann. VI. obſ. 16.* Emplaſtra ad hernias ingreditur, & Cataplaſma FUCHSII. Flores blande conſolidant, infuſum ad Phthiſin laudatur, & ſalſos catarrhos. Syrupus de ſymphyto, a TOURNEFORTIO deſctiptus (*aut. de Par.* l. c.), ad aſperitatem pulmonum laudatur, tum extractum, quod haemorrhagias menſesque nimios interno uſu moderatur.

2. SYMPHYTUM foliis lingulatis, hiſpidis, flore palis deſtituto.

*Anchuſa exalbido flore* CLUS. Pann. p. 677. Hiſt. p. CLXV. caule erecto.
*Anchuſa flore albo vel pallido Cluſii* I. B. III. p. 583. RAJ. p. 497. *.
II. *Anchuſa echioides Cerinthes flore montana* COLUMN. p. 182.
*Symphytum echii folio ampliore radice rubra flore exalbido* I. R. H.
*Anchuſa lutea minor* C. B. PARK. RAJ. p. 497. *. Syll. ext. p. 61. H. OX. III. p. 442. ZWING. PLUKN. p. 30. T. 6. f. 5. non bene
*Echium anchuſae facie flore luteo minus* HERM. Hort. Lugd. Bat. p. 225.
*Symphytum Echii folio anguſtiori radice rubra flore luteo.* MAGN. Hort. I. R. H. BOERH. TILL.
*Cerinthe foliis lanceolato linearibus hiſpidis* LINN. Cliff. p. 48. ROYEN. p. 408.
III. *Anchuſa tertia* MATTH. p. 994. CAM. Epit. p. 736. optime, iconem vero ſuam vocat I. B. LUGD. CAM. Hort.
*Anchuſa quarta ſ. Pſeudanchuſa* DOD. p. 630. qua icone CLUSIUS uſus eſt. ad n. 1.
*Anchuſa lutea* LOB. p. 578. adverſ. p. 349. alia icon non bona, I. B. III. p. 583. ex CAM. Epit. ſed folia dicit *lanuginoſa*, RAJ. p. 497. Syll. ext. p. 61.
*Anchuſa lutea Dalech* LUGD. p. 1102. bene
*Anchuſa anguſtifolia* ZWING. p. 838.
*Anchuſa lutea major* C. B PARK. H. OX. III. p. 442. HERM. TIT.
*Symphytum Echii folio ampliori radice rubra flore luteo* I. R. H. MAGN. Hort. TILL. ZANICH. p. 255. ic. 231.

Ad rupes inter *Sideram* & *fanum ſ. Leonhardi.*

Radix craſſa, ramoſa, lignoſa, cortice rubente. Caulis ramoſus, procumbens, una cum foliis aſperrimus. Folia longa, lingulata: Flores in unilaterales ſpicas, uti Symphyto. Calyx hiſpidus, ſegmentis ad baſin ſectis. Flos longiſſimus, anguſtior, ochroleucos, dentibus non reflexis. Tuba ſimplex, apice leviſſime bifido. Semina quatuor, nitentia, griſea. Adeoque haec planta inter Symphytum & Cerinthen ambigit, huic palorum defectu, illi ſemine ſimilior.

## *C E R I N T H E.*

TOURNEF. T. 56. LINN. n. 110.

Calyx tubuloſe poſitus, duobus anguſtis, tribus latioribus ovatis foliis factus, ora ciliari. Flos Symphyti, abſque palis, ſegmentis latis, breviſſimo mucrone, reflexis. Stamina ſeſſilia, apicibus longis, ſagittatis, barbatis. Tuba ſimplex. Capſulae ſeminales binae, pedis biſulci figura, dicoccae, ut quaterni numeri, genti ſuae proprii, veſtigium retineant: & revera tetraſpermos eſt, cum ex uno ſemine, ut vocant, ſato, duae plantulae proveniant. R. I. CAMERAR. *Eph. nat. Cur. Dec. II. ann. 9. obſ.* 123.

1. CERINTHE foliis caulem amplexantibus, dentibus floris revolutis breviſſimis.

*Hundszung dicta ab Aretio* GESN. Epiſt. p. 116 *b.*
*Borrago montana flavo flore* EIUSD. Tab. Coll. p. 93 *b.* WAGN.
*Cynogloſſus montana floribus oblongis luteis cavis* EIUSD. Hort. p. 256 *b.*
*Cerinthe quorundam* CLUS. Hiſp. p. 410. bene *major verſicolore flore* EIUSD. Hiſt. p. CLXVII. I. B. III. p. 602. I. R. H. MAGN. Char. p. 71.
*Cerinthe major* LOBEL. p. 397. ex CLUS. TAB. p. 420. RAJ. p. 506. Syll. ext. p. 91.
*Maru herba* DOD. p. 632.
*Cerinthe ſ. cynogloſſum montanum majus* C. B. H. OX. III. p. 445.
WEINMANN ic. 359 *b.* 360 *b.*

II. *Cerinthe quorundam major flore ex rubro purpuraſcente* CLUS. p. CLXVIII. I. R. H. I. B. III. p. 603.
β Varietas alia flore albo luteo, foliis ſimillimis.
*Cerinthe quorundam minor* CLUS. Hiſp. p. 412. *flavo flore* EIUSD. l. c. I. B. III. p. 603. I. R. H.
II. *Cerinthe minor flore albo* PARK.
γ Varietas diſtinctior *flore luteo* ſed ad baſin purpuraſcente, *folio aſpero & puſtulato.*
*Cerinthe veterum* GESN. Ep. ad I. B. p. 102.
*Pulmonaria romana* CAES. L. XI. c. 5.
*Cerinthe quorundam major flavo flore* CLUS. p. CLXVII. cum icone.
*Cerinthe Plinii* LUGD. p. 1145.
*Cerinthe quorundam major ſpinoſo folio flavo flore* I. B. III. p. 602. I. R. H.
*Cerinthe flavo flore aſperior* C. B.
δ *Cerinthe V. folio non maculato* CLUS. app. alt. ad p. CLXVIII.
*Cerinthe folio non maculato viridi* C. B. I. R. H.

In *Stockhorn*, *Rohtenhorn*, non vulgaris. PIPERINUS in montibus Bernenſium circa *Thun*. *Curiae* naſci C. G. In M. *Joch* I. GESNER.

Caulis pedalis, quadrangulus, tener. Folia lata baſi caulem amplexa, patula, ovaliter terminata, aut & emarginata, glauca, per aetatem coerulea, levia, ſed punctata, margine ciliata. Puncta vero in alia varietate in aſperas verrucas excreſcunt, tota folia maculis albis variegantur, & ex inferiori facie folii pili aſperi exeunt. Rami ex ſummo caule nutantes, folioſi, inter folia flores habent pendulos. Floris tubus flavus, os purpura confuſa miſtum, dentes revoluti pallent.

2. CERINTHE foliis caulem amplexantibus, floribus profunde quinquefidis.
*Glaſtum montanum Dalechampii* LUGD. p. 1204.
*Iſatis ſ. glaſtum montanum Daleehampii* I. B. III. p. 603.
*Iſatis montana* C. B. cui incognita fuit.
*Cerinthe in montibus circa maximum coenobium Carthuſiorum* RAJ. p. 506. omnino.
*Cerinthe alpina perennis flore ſtriato* I. R. H. & T. 56. fig. A.

Inter indigenas habet in catalogo SCHEUCHZERUS: & habui Jena, ut eo facilius fidem adhibeam. Ex alpibus Cottiis GAGNEBIN.

Habitus, folia puſtulata, longiora paulo, leniſſime ſerrata, prioris, diverſitas vero maxima in flore eſt, qui minor eſt, & in profundas lacinias acutas ſecatur, quae priori breves ſunt, & magis obtuſae. Imus flos pallere videtur, dentes coerulei ſunt.

## *PULMONARIA.*

TOURNEF. T. 55. LINN. n. 104.

Calyx tubuloſus, pentagonus, breviter quinquedentatus. Flos tubo cylindrico, oblongo, ad baſin globoſo, apertus in ſegmenta ſurſum cava, ſubrotunda. Tubum floris claudunt ungues quinque obſcuri, breves, piloſi, ſupra ſtamina orti, quae in tubo floris latent ſeſſilia. Tuba fine craſſiuſculo globoſo. Semina fine quaſi reſecto.

1. PULMONARIA foliis radicalibus ovato cordatis LINN. *Cliff.* p. 44. ROYEN. p. 403.
α Folio *maculis albis* diſtincto.
*Pulmonaria quam aliqui Pepanum vocant* RUELL. p. 459.
*Pulmonaria altera* MATTH. p. 1040. ad hortenſe exemplar. CAM. Epit. p. 784.
*Symphytum maculoſum* DODON. p. 135.
*Pulmonaria* CAES. p. 434.
*Pulmonaria Plinii* GESN. Hort. p. 274 *b*.
*Pulmonaria vulgaris maculoſo folio* CLUS. Pann. p. 673. Hiſt. p. CLXVIII.
*Pulmonaria maculoſa* LOB. ic. p. 586. AICHST. Vern. Ord. I. T. I. f. 4. RAJ. p. 488. BLAKW. T. 276.
*Pulmonaria maculoſa*, *Pulmonaria Plinii mas* TAB. p. 557. &
*Pulmonaria femina* TAB. p. 558.
*Pulmonaria Italorum ad Bugloſſum accedens* I. B. III. p. 895. I. R. H.
*Symphytum maculoſum ſ. pulmonaria latifolia* C. B. Baſ. p. 76. H. OX. III. p. 444. MUR. p. 515.
II. *Flore albo* CLUS. CAM. Hort. I. R. H.
β *Varietas foliis abſque maculis.*
An *Conſolida major ſylveſtris* TRAG. p. 239?
*Symphytum ſylveſtre* CORD. L. II. c. 34. cum icone GESN.
*Pulmonaria Plinii ſine maculis* GESN. Coll. p. 99 *b*. Hort. p. 274 *b*.
*Pulmonaria non maculoſo folio* CLUS. p. CLXVIII. abſque icone, C. B. I. R. H. VAILL.
*Pulmonaria herba flore coeruleo punicante abſque inſcriptionibus* THAL. p. 87.

*Sym-*

*Symphytum minus non maculatum Germanicum anguſtifolium floribus e rubentibus coeruleis* H. OX. III. p. 444.
*Pulmonaria viridi ſubrotundo non maculato folio* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 135. T. 95.
II. *Flore albo* ROYER. p. 115.
Vulgaris ſpeciei vide multas varietates apud MENZELIUM. Inter eas eſt.
*Symphytum maculoſum ſ. pulmonaria maxima, foliis quaſi ſaccharo incruſtatis* PLUKNET T. 227. f. 2. MILL.
*Pulmonaria alpina foliis mollibus ſubrotundis flore coeruleo* I. R. H. TILL.

Maculoſa in Helvetia rarior eſt. C. GESNERUS ex *Bernatium* montibus habuit. C. B. circa Baſileam, locis umbroſis. In M. *Crenzach* inveni, MURALTUS Tiguri ad ſepes. I. B. prope Genevam. *Bernae* in ſepibus, ſylvis, altera varietas frequentior eſt.

Radix dura, nigra, brachiata. Caules uti folia hirſuti, anguloſi. Folia ima petiolata, ex ovatis breviter lanceolata, ſuperna ſeſſilia, longius ex ellipticis lanceolata. Flores ex ſummo caule in umbellam, tubo albo, ſegmentis purpureis, in coeruleum velociter degenerantibus. Ungues pallidi. Semina nitida, conica, nigra.

Sapor herbaceus, viſcidus, cum notis acidae naturae. Inter omnes plantas plurimos dat cineres, ad ſeptimam partem ponderis GMELIN *Act. Petrop. V.* p. 283. In morbis pectoris, & haemoptoe (experimento JULIANI de MAROSTICA apud MATTH. p. 1040.) & aſperitate faucium infuſum acrimoniam temperat BLAIR. Intus & extus vulnerario ſcopo commendat BUCHWALD. p. 219. conglutinat enim, uti Symphytum

2. PULMONARIA foliis radicalibus linguiformibus.
*Pulmonaria anguſtifolia coeruleo flore* CLUS. Pann. p. 673. 674. Hiſt. p. CLXIX. I. B. III. p. 596. ex CLUSIO. I. R. H.
*Pulmonaria minor Dalech* LUGD. p. 1328.
*Symphytum maculoſum ſive pulmonaria anguſtifolia coerulea* C. B. IONQ. ZWING.
*Pulmonaria anguſtifolia* 2 CLUS. RAJ. p. 489.
*Symphytum anguſtifolium Pannonicum flore coeruleo* H. OX. III. p. 444.
*Pulmonaria alpina anguſto folio* BOCCONE T. 86. p. 110.
β Non videtur differre, etſi CLUSIUS diſtinguat, cui plurimum tribuo, & folia paulo latiora faciat.
*Pulmonaria rubro flore* CLUS. Pann. p. 677. Hiſt. p. CLXX.
*Pulmonaria rubro flore foliis Echii* I. B. III. p. 597. T. aut. de Par. p. 521. I. R. H.
II. *Albo flore* T. aut. de Par. p. 521. DUVERN. p. 122. MILL.
γ Maculis foliorum & floris colore diverſa, tum folii figura elliptica in medio ventricoſa.
*Pulmonaria rubente coeruleo flore* CLUS. Hiſt. p. CLXX.
*Pulmonariae III. ſpecies altera* Pann. p. 676.
*Pulmonaria foliis Echii* LOB. ic. p. 586. RAJ. p. 489. *. I. R. H.
*Pulmonaria Plinii anguſtifolia* TAB. p. 558.
*Pulmonaria anguſtifolia rubente coeruleo flore* C. B. Baſ. p. 77. RAJ. Syll. p. 210. MUR. p. 511. ZWING.
*Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis* LINN. Cliff. p. 44. ROYEN. p. 404.

C. B. varietatem γ circa *Neuhaus* & alibi. DIVERNOI in comitatu *Neocaſtrenſi.* MURALT in ſylvis montoſis, procul dubio circa *Tigurum.* Niſi fallor ad ripam *Arolae* in praedio *Hasli* legi prope *Bernam.*

Folia longa, e lingulatis lanceolata, ſeſſilia. Caulis hiſpidus, erectus, pedalis. Calyx purpuraſcit. Floris colores vividiores, tum ruber, tum coeruleus.

## *L I T H O S P E R M U M.*

LINN. n. 101. TOURN. T. 155.

Calyx profundiſſime diviſus, in graciles lacinias. Tubus floris longus, gracilis, ſegmenta ſubrotunda, ſurſum cava. Inter ea tumores quinque exigui a ſtaminibus adſcendentes, quaſi juga. Tuba brevior tubo floris, bifida. Semina dura, in pleriſque nitentia. Calycis diviſione ad baſin usque, & unguium defectu a Pulmonaria differt.

1. LITHOSPERMUM flore magno, caule ex apice radices agente.
*Lithoſpermum majus* DOD. ic. II. p. 339. Hiſt. p. 83. bene, LOB. ic. p. 458.
*Lithoſpermum repens majus* CLUS. p. CLXIII. cum eadem icone.
*Cynogloſſus minor* GESN. Hort. p. 291 *b.*

*Lithoſpermum repens* CLUS. Pann. p. *686*.
*Lithoſpermon* CAES. p. 437.
*Lithoſpermum virgatum* THAL. p. 74.
*Lithoſpermum vulgare minus* CAM. Hort. p. *91*.
*Lithoſpermum majus Dodonaei flore purpureo ſemine anchuſae* I. B. III. p. *592*. cum icone *Saxifragae* RAJ. p. *503*.
*Lithoſpermum minus repens latifolium* C. B. Baſ. p. *76*. I. R. H. ZWING.
*Pulmonaria minor Dalech* LUGD. p. 1328. ob calycem. Ita I. B. ſed floris color & habitus ſunt potius Pulmonariae 2.
*Lithoſpermum perenne procumbens flore purpureo coeruleo majore* H. OX. III. p. 447.
*Anchuſa repens Lithoſpermi facie floribus coeruleis ſecundum folia provenientibus* PLUKNET. p. 30. T. 76. f. 2.
*Lithoſpermum ſeminibus levibus, corollis calycem multoties ſuperantibus* LINN. Cliff. p. 46. ROYEN. p. 405.
II. Quomodo differt *Lithoſpermum umbellatum latifolium* BOCC. p. 75. T. 40. RAJ. III. p. *503* *.
III. & *Lithoſpermum umbellatum anguſtifolium* KNAUT. BUXB. BOCC. T. 41. p. 77.
IV. & *Lithoſpermum umbelliferum* MENZEL.

C. GESNER circa *Scaphuſiam* & *Badam*. I. B. Genevae, juxta fluvium *Arve*, verſus *Champé*, & verſus *Dornach*. Ego reperi ſupra *Münchenſtein* in ſylva, qua itur *Muttenz*, ſed magis dextrorſum; in ſylvis circa *Bulliet*, introitum inferiorem montis ſalſi *Bactiacenſis*.

Pulchra planta caulibus eſt folioſis, procumbentibus, parum ramoſis, qui ex apice denuo radices agunt RUPP. Folia longa, linguiformia, duriuſculis pilis bulboſis hiſpida. Flores ex alis foliorum in ſummis ramis. Calyx longis ſegmentis capillaribus. Flos ſpecioſus, coeruleus, calyce multo major, Pulmonariae ſimilis. Semina dura, nitida, glauca, ex ovatis acuminata, ab altera parte ſerrato ſulco inſcripta.

2. LITHOSPERMUM foliis ſubtus nervoſis, floribus in alis foliorum exeuntibus.

*Lithoſpermum* FUCHS. p. 489. CORD. p. *60*. GESN. Tab. Coll. p. *86*.
*Milium ſolis* RUELL. p. 571. TRAG. BR. II. p. 276. *ſativum* TRAG. p. 534. 536.
*Mörhirs* TRAG. apod. p. 307.
*Lithoſpermon* CORD. Hiſt. p. *93 b*.
*Lithoſpermum minus* MATTH. p. *918*. bene CAM. Epit. p. *659*. GESN. Hort. p. *265 b*. DOD. p. 83. LOB. p. 457.
*Lithoſpermum commune* GESN. Hort. p. *265*.
*Lithoſpermum legitimum* CLUS. Pann. p. *686*. Hiſt. p. CLXIII. abſque icone.
*Anchuſae tertiae ſpecies altera* CAES. p. 435.
*Lithoſpermum arvenſe* TAB. p. 850.
*Lithoſpermum ſ. milium ſolis* I. B. III. p. 590. RAJ. p. *503*.
*Lithoſpermum majus erectum* C. B. Baſ. p. 76. T. aut. de Par. p. 283. I. R. H. MUR. p. *539*. ZWING. p. 792. ZANICH. p. *169*. ic. 82.
*Lithoſpermum erectum vulgare flore ochroluteo* H. OX. III. p. 446.

Non rarum in Helvetia. Verſus *Mönchenſtein* C. B. Inter *Birſam* & *ſ. Jacob* & Genevae *a la Baſtie* I. B. Bernae e regione *Reichenbach* in iſthmo *die Enge*. In pago *Mathod*. prope molendinum. Ad viam per M. *Riſſaulaz* magna copia. Ad ripam *Silae* fl. MUR.

Radix extus & intus rubens, ramoſa, valens. Caulis durus, per totam longitudinem ramoſus, brachiatus, teres, cum foliis ſubaſper. Folia frequentiſſima, elliptica, longe acuminata, ſubtus venoſa. Flores ex alis foliorum ſolitarii in brevibus petiolis. Calyx tubuloſus, ad baſin quinquefidus. Flos ex albo pallens. Filamenta triangularia. Semina glauca, nitentia.

Semen pene totum terra eſt, ut etiam effervеſcat cum acidis (GREW.): Antiquitus tamen ad calculum laudatur, forte ex praejudicio, ex ſignatura orto, & ad urinam pellendam etiam nuper a CHOMELIO & EHRHARDO. Dudum autem ſubodoratus eſt, C. HOFMANNUS, imbelle eſſe, cum ſapor & odor nihil habeant, quod non in tota gente ſit, viſcidum, ſubadſtringens.

3. LITHOSPERMUM ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus LINN. *Cliff.* p. 46. ROYEN. p. 405.

*Milium ſolis ſylveſtre* TRAG. p. 534.
*Anchuſa minima* CORD. Hiſt. l. c. 23. cui non bene adjecit GESNERUS iconem Scorpiuri.
*Echium minus* GESN. Hort. app. p. *291 b*. cum deſcriptione.
*Anchuſa tertia* CAES. p. 435.
*Lithoſpermum tertium* DOD. p. 83. abſque icone.
*Lithoſpermum ſylveſtre arvenſe vel nigrum* CAM. Epit. p. *660*.

*Anchuſa*

*Anchuſa degener facie milii ſolis ſemine Bugloſſae aut Ivae rotundiore radice rubra* LOB. ic. p. 459.
*Anchuſa arvenſis minor facie milii ſolis* TAB. p. 849. bene
*Anchuſa arvenſis alba* THAL. p. 9.
*Lithoſpermum nigrum* LUGD. p. 1177. planta autumnalis in ſemine SCHWENCKF.
*Lithoſpermum nigrum quorundam flore albo ſemine Echii* I. B. III. p. 592.
*Lithoſpermum arvenſe radice rubra* C. B. Baſ. p. 76. LOB. &c. MUR. p. 539. ZWING. &c.
*Anchuſa degener facie milii ſolis* RAJ. p. 503.
*Lithoſpermum annuum album tetracarpon ſemine nigro anguloſo* H. OX. III. p. 447.
*Echioides flore albo* RIVIN. T. 9. RUPP. &c. MART. p. 46.
*Bugloſſum arvenſe annuum lithoſpermi folio* T. aut. de Par. p. 252. I. R. H. ZANICH. p. 42. ic. 169. MARTIN &c.
*Lithoſpermum* BLAKW. T. 436.
II. *Echioides parva alba amphibia* COLUMN. p. 184. cum icone, PARK.
*Echium pumilum album* C. B.
III. Quid eſt aliud *Lithoſpermum facie anchuſae* LOB. LUGD.
*Lithoſpermum minus erectum* C. B.

In Helvetia planiori, circa *Baſileam*, *Arberg* & *Burmii* I. B. & *Genevae* &c. !*Baſileae.*

Radix parva, cortice rubro. Caules projecti, brachiati, aſperi. Folia longe elliptica, modice acuta, ſive lingulata, hirſuta. Flores ceſpiti foliorum in ſummo ramo inſident, ſemina vero longa ſerie unilateralem ſpicam faciunt. Calyx florem conplexus, hirtus, tubi longitudine. Flos tubulo cylindrico, ſub ſegmentis tumente, non incurvo, (uti recte monet DILLENIUS), albus. In nodo tubi floralis ſtamina ſeſſilia, ſed tumores inter ſegmenta, uti priori. Tuba brevis, apice craſſiori. Semina roſtrata, conica, rugoſa, ut in Bugloſſo.

Butyrum rubrum ad Pleuritidem ex radice parari EHRHARD.

## *S C O R P I U R U S.*

MORIS. III. p. 450. & KNAUT.
*MYOSOTIS* DILLEN. nov. gen. p. 3. LINN. n. 102.
*LITHOSPERMI* Sp. TOURNEF.

Semen leve Lithoſpermi. Sed praeter plicas illas peculiares, externe ſegmentis interjectas, oblongas, etiam verae glandulae adſunt, ut corolla fiat in centro floris diſcolor. Calyx tubuloſus, pene quinquefidus. Stamina in tubo floris ſub glandulis.

1. SCORPIURUS annuus flore parvo.
*Euphraſia tertia in pratis* TRAG. p. 237. abſque icone.
*Scorpioides minus in muris* GESN. Coll. p. 106.
*Scorpioides III. minus in aridioribus* DOD. p. 72. pro varietate, cum icone.
*Alſine myoſotis ſ. auricula muris* LOB. eadem ic. p. 261.
*Heliotropium minus exilioribus floſculis* CAES. L. XI. c. 12.
*Auricula muris coerulea* TAB. p. 197. commode, ZWING. p. 627. male
*Echium minimum vel bugloſſum* COLUMN. p. 180. obiter
*Echium ſcorpioides ſoliſequum flore minore* I. B. III. p. 589.
*Echium ſcorpioides arvenſe* C. B. Baſ. p. 75. LOES. PARK.
*Myoſotis ſcorpioides hirſuta* RAJ. p. 504. PLUKN.
*Scorpiurus annuus arvenſis hirſutus coeruleus* MOR. III. p. 450.
*Heliotropium minus anguſtifolium arvenſe ſeu hirſutum* HERM. BOERH.
*Lithoſpermum arvenſe minus* T. aut. de Par. p. 112. I. R. H.
*Myoſotis minor arvenſis* RUPP. p. 8.
*Myoſotis foliis hirſutis* LINN. Cliff. p. 45.
*Myoſotis foliorum apicibus calloſis* ROYEN. p. 404.
β *Flore albo* LOESEL. VAILL. LIND.
γ *Flore rubello* LIND. VAILL.
δ *Flore coeruleo & coeruleo* in eadem planta VAILL.
ε Varietas arvenſis minima, non ramoſa, calyce fuſco, floris magna parte lutea, ſegmentis tamen coeruleis
*Echium ſcorpioides minus floſculis luteis* C. B. Prodr. p. 119. P. RAJ. p. 504. WAGN.
*Scorpiurus arvenſis hirſutus floſculis minoribus luteolis* H. OX. III. p. 451.
*Lithoſpermum arvenſe minus floribus luteis vel luteo coeruleis* T. aut. de Par. p. 112. I. R. H. VAILL. &c.

Prior α in pratis agriſque, altera ε rarior paulo ad macilenta viarum, & in ſiccioribus arvis.

Caulis cum foliis hirſutus, brachiatus, pedalis. Folia lingulata, lente lateſcunt fine obtuſiori, ſeſſilia omnia. Flores in ſpicas incurvas, quae per maturitatem rectae fiunt, rarae, & aphyllae. Calyx hirſutus. Color in ſegmentis floris vivide coeruleus,

leus, corolla in medio flava. Pediculi florum breviores CAESALP. Semen nitidum, nigerrimum, ex ovali mucronatum.

2. SCORPIURUS perennis floribus majoribus

A. Varietas *glabra* dicta, *paluſtris*, quae tamen vere pilos habet, flore aquate coeruleo.
*Cynogloſſa minor* BRUNF. I. p. 176.
*Euphraſia tertia ad ripas bicubitalis* TRAG. p. 327.
*Scorpioides paluſtris odore Borraginis* GESN. Coll. p. 106.
*Heliotropio congener aut ſcorpioidi* EI. p. 80 *b.*
*Heliotropii majoris ſpecies altera* GESN. Hort. p. 261.
*Scorpioides aquaticum* EIUSD. Hort. p. 280.
*Scorpioides paluſtre* EI. Epiſt. p. 84 *b.*
*Scorpioides tertium majus in humidis* DOD. p. 72.
*Myoſotis ſcorpioides partim repens partim erecta* LOB. ic. p. 462.
*Heliotropium minus flore grandiuſculo* CAES. L. XI. c. 12.
*Eufraſia coerulea* TAB. p. 198.
*Leontopodium Loniceri* LUGD. p. 1343. glabrum.
*Echium ſcorpioides ſpecioſiori flore aquaticum* I. B. f. boll. p. 190.
*Echium ſcorpioides ſoliſequum flore majore coeruleo & albo* I. B. III. p. 589.
*Echium ſcorpioides paluſtre* C. B. Baſ. p. 75. &c.
*Myoſotis ſcorpioides paluſtris* RAJ. p. 504.
*Scorpiurus paluſtris perennis viridioribus foliis* H. OX. III. p. 451.
*Lycopſis montana coerulea, ſ. Bugloſſum minimum montanum* BARR. ic. 404.
*Lithoſpermum paluſtre minus* T. aut. de Par. p. 210. *flore coeruleo* I. R. H.
*Myoſotis paluſtris major* RUPP. p. 7.
*Myoſotis foliis glabris* LINN. Cliff. p. 46.
Icon MERIANAE. CLXII. a.
β *Flore albo* GESN. Coll. p. 106. C. B. I. B. I. R. H. &c. Bernae frequens.
γ *Flore carneo* VOLCAMER LEOP. &c.
δ *Flore carneo & albo* in eadem planta.
ε *Flore carneo & coeruleo.*
B. Varietas alpina humilis flore tinctius coeruleo.
*Echium ſcorpioides alpinum tomentoſum ſupinum* BOCC. Muſ. di Piante p. 149.
*Lithoſpermum alpinum tomentoſum minimum* I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 137. TILL.
β *Lithoſpermum alpinum minus flore purpuraſcente & albo* PONT. Comp. Tab. Bot. p. 82.
C. Varietas hirſuta, altior, dumetorum dicta C. B.
*Myoſotis ſcorpioides latifolia hirſuta* MERR. p. 82. DILL. apud RAJ. Syn. III. p. 229. T. 9. f. 2.
*Myoſotis ſylvatica praecox latifolia hiſpida* RUPP. p. 7. BUXB. ERNDL.
*Myoſotis hirſuta montana & ſylvatica* Cat. Gieſſ. DILL. p. 46.
*Lithoſpermum arvenſe majus* SCHEUCHZ. It. II. p. 137.
*Lithoſpermum arvenſe medium* VAILL. p. 119.

Prima ubique in aquis. Secunda in alpibus, tum paluſtribus locis, tum alibi paſſim. Tertia in ſepibus circa Bernam v. g. inter *Wabern* & *Arolam.*

Caulis altior plerumque priori, folia majora, in ſiccioribus hirſuta, ad aquas videntur calveſcere, vere tamen hirſutiem conſervant breviorem; Flos multo major, quam prioris, & vita perennis.

## *H E L I O T R O P I U M.*

TOURNEF. T. 57. LINN. n. 103.

Calyx ad dimidium ſectus. Flos tubuloſus, fauce corrugata, abſque glandulis, plicis tamen in origine ſegmentorum concoloribus. Stamina in tubo floris latent apicibus cordiformibus. Tuba ex diſco fit conica. Spicae recurvae, uti Scorpiuro.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis ſpicis conjunctis LINN. *Cliff.* p. 45. ROYEN. p. 404.

*Herba cancri* RUELL. p. 665.
*Heliotropium majus* CORD. L. V. c. 16. GESN. hort. p. 261. MATTH. p. 1300. CAM. Epit. p. 1000. CLUS. p. XLVI. bene, CAES. p. 438. TAB. p. 548. BARK. RAJ. p. 501.
*Heliotropium minus* GESN. Tab. p. 80 *b.*
*Heliotropium* DOD. p. 70.
*Heliotropium majus & herba cancri* LOB. ic. p. 260. ex DOD.
*Heliotropium majus flore albo* I. B. III. p. 605.
*Heliotropium majus Dieſcoridis* C. B. Baſ. p. 75. P. II. OX. III. p. 452. T. aut. de Par. p. 96. I. R. H. MAGN. Char. p. 75.
*Heliotropium vulgare* BOCC. Plant. rar. p. 91. T. 44.

*Helio-*

*Heliotropium majus ſcorpioides* MURALT. p. 675.
δ Non differt
*Heliotropium majus autumnale Jaſmini odore* I. R. H. VAILL. p. 96.
γ Quod videtur eſſe
*Heliotropium ſiculum majus flore amplo odorato* BOCCONE plant. rar. T. 49. MOR. III. p. 452. PLUKN. I. R. H.

In Helvetia calidiori abunde in agris, ſero floret. Baſileae legi eundo verſus *Mönchenſtein.* C. B. ad *Cliben* & *ſ. Jacob. Genevae* I. B. a *la petite Grave.* Inter *Mathod* & *Valeire* copioſiſſime, & Jaſmini quidem odore valido.

Caulis brachiatus, pedalis, erectus. Folia petiolata, ovata, molliter hirſutula. Summi rami longiſſimas, nudasque foliis ſpicas ferunt, in ſpiram intortas. Calyx hirſutus: flos albus, centro virente; ſemen ovato conicum, rugoſum.

LOBELIUS ad ſtrumas laudat, & ulcera phagedaenica. Vix credo in uſu eſſe.

## *CYNOGLOSSUM.*

TOURNEF. T. 57. LINN. n. 100.

Calyx ad baſin ſectus. Tubus floris brevis & latus. Segmenta ſubrotunda, ſurſum cava. In plerisque ſpeciebus pali quinque valentes, pene cordiformes, villoſi, in fauce: Eſt tamen, cui tantum plicae ſunt, ex duplicata floris membrana factae. Stamina ex breviſſimis petiolis. Tuba ſimplex. Semina conpreſſa, ad angulum ſolidum apicibus convergunt, ſuperficie echinata, ſive cortex ſecedat a ſeminibus, ſive cohaereat, eſſentia enim eſt in ſemine echinato.

1. CYNOGLOSSUM foliis lingulatis, hirſutis, ſubaſperis, floris minimi tubo longiore.

*Elatine* TRAG. p. 196. non bene, foliis brevibus ſerratis
*Cynogloſſa minor* I. B. f. Boll. p. 190.
*Cynogloſſum minus* C. B. P. I. B. III. p. 600. RAI. p. 491. ZWING. SCHEUCHZ. It. 1. p. 34.
*Cynogloſſus minor coeruleis floribus wie vergis mein nicht* GESN. Coll. p. 72 *b.*
*Cynogloſſum pumilum* CLUS Pann. p. 682. Hiſt. p. CLXII. SCHWENCKF.
*Heliotropium minus III.* TAB. p. 549.
*Cynogloſſa minor montana ſerotina altera* COLUMN. p. 180. cum icone p. 179.
*Cynogloſſum hirſutum vineale minus floſculis minimis coeruleis* H. OX. III. p. 449.
*Echioides minus globoſo echinato & ſingulari ſemine* BARREL. ic. 1246. non placet.
*Bugloſſum anguſtifolium ſemine echinato* T. aut. de Par. p. 401. I. R. H.
*Lappula Riv.* RUPP. p. 9. DILL. Cat. pl. extra Gieſſ. p. 23.
*Cynogloſſoſpermum* SIEGESB. flor. Petr. Prodr. p. 40.
*Lithoſpermum ſeminibus echinatis* LINN. Cliff. p. 46. ROYEN. p. 405.
β *Flore albo* RUPP.
II. *Anchuſa parva foliis piloſis incanis floribus Bugloſſae parvis* MENZEL. pug.
III. *Cynogloſſum puſillum narbonenſe* LOB. adv. p. 251. ic. p. 581. LUGD. p. 1262. videtur omnino idem eſſe, etſi contra ſentiat TOURN.
*Cynogloſſum anguſto folio lappulis minutis* CAES. p. 440.
*Cynogloſſum Narbonenſe.* AICHST. aeſtiv. ord. 8. T. 6. f. 3. procerum & hortenſe.
*Cynogloſſum medium* C. B. ZWING.

C. GESNER *Scaphuſiae* I. B. & RAIUS circa *Genevam.* SCHEUCHZER circa *Altorf.* Ego in *Valeſia* ad vias (& circa *Oppenheim*).

Noſtras vix pedale eſt, aliquando vix triunciale, cauliculis erectis, habitu toto Scorpiuri arvenſis, foliis anguſte lingulatis, hirſutis, incanis, floribus in longam ſpicam nudam, coeruleis, corolla glandularum flava. Calyx graciliſſimus. Tuba bifida. In hortis mire mutatur, & ad duos cubitos excreſcit viridior, duriori pilo.

2. CYNOGLOSSUM foliis amplexicaulibus, lingulatis, mollibus, hirſutis.

*Cynogloſſa* BRUNF. p. 175. DORST. p. 102. TRAG. p. 229. CORD. Dioſc. IV. c. 129. CAES. L. XI. c. 13. BLAKW. T. 249.
*Cynogloſſum officinarum* FUCHS. p. 408. non placet
*Cynogloſſum vulgare* MATTH. p. 1190. cum duabus iconibus, CAMER. epit. p. 917. CLUS. p. CLX. LOBEL. ic. p. 580. AICHST. Aeſt. Ord. 8. T. 6. f. 1. I. B. III. p. 598. H. OX. III. p. 448. RAJ. p. 489.
*Cynogloſſus vulgaris* GESN. Hort. p. 256.
*Cynogloſſus puniceo flore* EIUSD. Coll. p. 72. bene
*Cynogloſſum* DOD. p. 54. ex MATTH. *cum flore* TAB. p. 737.
*Cynogloſſum maius vulgare* C. B. Baſ. p. 76. PARK. T. aut. de Par. p. 74. I. R. H. ZANICHEL. p. 78. ic. 219.

*Cynogloſſum foliis ovato lanceolatis, corollis calycem aequentibus* ROYEN. p. 406.

β *Flore albo* C. B. HERM. I. R. H. &c.

γ *Flore vario* HERM. BOERH. RUPP.

δ Quid eſt varietas flore *purpureo* PONTED. Tab. p. 80.

Nobis certe nulla eſt flore coeruleo.

Ad vias abunde.

II. Figura acaulis MATTHIOLI p. 1189. quam differre dicit. non videtur alia eſſe RUELLIUM enim ibi exſcribit, uti RUELLIUS veteres, notante LOBELIO. Pleraeque vero aſperifoliae incipiunt primo anno tali roſula foliorum. De Cynogloſſo monet MARANTA p. 88. 94. 95. Non bene ad Echium refert I. B. Vide ſuperius p. 513.

Caulis erectus, craſſus, cubitalis, & ultra, ab imo ad ſummum ramoſus. Folia mollia, villo ſericeo tecta, ſeſſilia, linguae forma, longo acumine. Flores in ſumma planta petiolati, in ſpicis nudis. Calycis ſegmenta lata, ovalia. Flos atro-purpureus, tubo vario. Ungues concolores. Semina a capſulis facile ſecedunt, nigra, conpreſſa, mucronata. Capſularum pars altera continua, altera interrupta levi faciecula.

Odor totius plantae narcoticus eſt: non mirum ergo vim opii ineſſe, tantam, ut funeſtos effectus recenſeat BLAIRIUS. Melius ergo abeſſet; ſolet autem ſcopo ſopiendi pilulas ſubire, & vulnerarium eſſe dicitur. Folia ad manipulum, radicem ad unciam permittit in dyſenteriis, tuſſi &c. GEOFROI, an expertus? Uſu externo in cataplaſmate, ad ambuſta laudant ADV. p. 250.

3. CYNOGLOSSUM foliis anguſtius petiolatis, hirſutis, ſubaſperis.

I. *Cynogloſſa media altera virente folio flore rubro montana frigidarum regionum* COLUMN. p. 176. ic. 175.

*Cynogloſſum ſempervirens* I. B. Phytogr. p. 496. cum deſcriptione, Prodr. p. 119. PARKINS. ZWING. H. OX. III. p. 449. BOERH. MILL.

*Cynogloſſa folio virenti* I. B. III. p. 600. cum icone Aſperuginis, RAJ. p. 491.

*Cynogloſſum montanum virenti folio majori flore* I. R. H. TILL. ex COL.

Et *minori flore* I. R. H. ex I. B.

II. *Cynogloſſum ſylvaticum Hercynicum* THAL. p. 31. omnino.

*Cynogloſſum ſylvaticum rubente caule* C. B. ZWING. HERM. PLUKN.

*Cynogloſſum maximum montanum* PARK. VOLC. I. R. H. &c.

III. *Cynogloſſum maximum* LOB. Obſ. p. 313. RAJ. p. 490. *

*Cynogloſſum maximum Belgicum* C. B. H. OX. III. p. 448. I. R. H. TILL.

*Cynogloſſum floribus Geranii Moſcovitici maximum* JONCE. p. 42.

*an Cynogloſſum latiore folio ſpecioſo flore* CAES. p. 440.

In ſylvis *du Creux du vent*, & ſupra *Aquilam* eundo verſus *Ormond deſſus.* D. KÖNIG in umbroſis montium Alſatiae ſuperioris; & ibi legerat I. B. *Sempervirens* in agro *Tigurino* naſci ait MURALTUS.

A Cynogloſſo vulgari differt folio ad caulem anguſtiori, ſed foliaceo, pediculo ortis, hinc glabris, inde rariſſime hirſutis, viridibus, nihil ſericeum habentibus, pilis aſperis, bulboſis, diſſitis, natura perenni. Semen ſimile eſt, conpreſſum, mucronatum, & capſula virens, aculeata. Fateor tamen me non valde repugnaturum eſſe conjuncturo utrumque.

## *A S P E R U G O.*

TOURNEF. T. 54. LINN. n. 105.

Calyx immaturus tuluoſus, quinquedentatus. Idem per aetatem quindecim fidus eſt, alternis dentibus majoribus & minoribus, & in bivalvem figuram plicatus fructum conprehendit. Flos tubo brevi, lato, ſegmentis ſubrotundis, ſurſum cavis. In fauce ſquamae quinque ſubrotundae, & ſub iis apices ſeſſiles. Tuba ſimplex. Per maturitatem pediculus floriger reflexus pendentem florem ſuſtinet. Semina levia, pyriformia.

1. ASPERVGO RUPP. p. 8. CLIFF. p. 45.

*Alyſſum germanicum Echioides* LOBEL. ic. p. 803. non optime, LUGD. ex LOB.

*Bugloſſae ſylveſtris ſpecies* THAL. p. 19. cum deſcriptione.

*Aparine major plinii* TAB. p. 788. commode.

*Borrago minor ſylveſtris* καρποχηνοπους COL. I. p. 181. ic. p. 183.

*Cynogloſſa forte topiaria Plinio ſ. echium lappulatum quibusdam* I. B. III. p. 590. cum icone *Cynogloſſi* n. 3. &c

*Cynogloſſa topiaria forte Plinii* EIUSD. p. 601.

*Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus* C. B. RAJ. p. 502. PLUKN. &c.

*Bugloſ-*

*Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus fructu pedem anſerinum referens* H. OX. III. p. 439
*Aſperugo vulgaris* T. aut. de Par. p. 56. I. R. H. GARID. p. 46. ic. 9. ZANICH. p. 25. ic. 230.
*Aſperugo ſpuria* MAGNOL. Char. p. 73.
β Floribus albis MENZEL. T. 7.

In *Valeſia* ad vias, & in ſepibus I. GESNER, I. B. in Rhaetia prope balneum *Burmienſe*.

Caulis anguloſus, brachiatus, procumbens. Folia petiolata, ovata, obtuſo fine, hirſutie aſpera. Flores immaturi, in ſummis ramis congeſti videntur, ſolitarii in adulta planta. Flos violaceus, exiguus, calyce vix longior.

## *L Y C O P S I S.*

LINN. n. 106.
*ECHIOIDES* RIVIN. DILL. nov. gen. p. 100. T. 3.
*BUGLOSSI* Sp. T.

A *Bugloſſo* differt floris tubo incurvo, & ad alterum latus tumente. Calycis ſegmenta magis aperta. Tuba bifida. Semen roſtratum, magno umbilico, totum rugoſum.

1. LYCOPSIS foliis lingulatis, ſinuatis, coeruleo flore.
*Echion* FUCHS. p. 269.
*Bugloſſa ſylveſtris* TRAG. p. 234. DODON. p. 628.
*Echium Fuchſii ſ. Borrago ſylveſtris* I. B. III. p. 581.
*Bugloſſum ſylveſtre minus* C. B. (nomen, nam in *notis* reperio in horto ſicco cum eo nomine fuiſſe *pullum)* T. aut de Par. p. 62. I. R. H. MAGN. Char. p. 73.
*Bugloſſa ſylveſtris minor* RAJ. p. 494.
*Bugloſſum ſylveſtre minus annuum foliis undulatis* H. OX. III. p. 439.
*Echioides* RIVIN T. 7. *flore coeruleo* RUPP.
*Lycopſis foliis lanceolatis calycibus florum erectis* LINN. Lap. n. 77. Cliff. p. 44. ROYEN. p. 404.
β Flore *albo* ROYER. p. 119.
II. In horto ſicco C. B. noſtrae plantae adjectum fuit aliud nomen
*Bugloſſum ſylveſtre minus alterum & aſperius* C. B. RAJ. p. 494*.
*Bugloſſum ſylveſtre aſperius* C. B. Baſ. p. 75.

In agrorum marginibus v. g. *im Lindenthal*. In ruderoſis *Aventici* &c.

Caulis hirſutie aſper, pene ſpinoſus, brachiatus, Folia aſpera, pilis duris, bulboſis, lingulata, margine plicato, obiter & ampliter exciſo. Flores in ſummis caulibus, collecti. Calyx ad baſin uſque quinquefidus, aſper. Floris tubus longus, flexus, ſegmenta ſurſum cava, rotunda, coerulea, venis albis, aut rubella. Pali quinque piloſi in faucibus, ſub iis, remota, in ipſa flexa ſede tubi ſtamina ſeſſilia, gracilibus apicibus. Semina roſtrata ſulcata.

## *B U G L O S S U M*

*BUGLOSSI* TOURN. Sp. T. 53.
*ANCHUSA* LINN. n. 99.

Calyx profunde quinquefidus, ſed tubuloſus, floris tubo aequalis. Is cylindricus eſt, rectus: ſegmenta quinque ſubrotunda, plana. Faucem claudunt pali quinque hirſuti: Sub iis ſtamina ſeſſilia. Semina rugoſa. Tuba leniter bifida.

1. BUGLOSSUM floribus longe ſpicatis.
*Ochſenzung* BRUNF. I. p. 112.
*Cirſium Italicum* FUCHS. p. 343.
*Bugloſſa domeſtica major* TRAG. p. 231. & *Bugloſſa major* p. 233.
*Echium* CORD. Dioſc. p. 63.
*Bugloſſus major* GESN. Coll. p. 63 *b*.
*Bugloſſa Italica vel Gallica maior* GESN. Hort. p. 250 *b*.
*Bugloſſum vulgare* MATTH. p. 1187. CAM. Epit. p. 915. bene, LVGD. RAJ. p. 493. ZWING. p. 835.
*Bugloſſa vulgaris* DOD. p. 628.
*Bugloſſa* CAES. L. XI. c. 2.
*Bugloſſa vulgaris* TAB. p. 418.
*Bugloſſa Italica mas.* EIVSD. p. 419.
Et *Bugloſſa Italica femina* EIVSD. p. 420.

*Bugloſſum Italicum flore coeruleo* AICHST. aeſt. ord. 8. T. 5. f. 3.
*Bugloſſum vulgare majus (& minus) flore utrumque duplici* I. B. III. p. 578.
*Bugloſſum anguſtifolium majus* C. B. T. aut de Par p. 251. I. R. H. MAG. Char. p. 72.
*Bugloſſum perenne majus ſativum* H. OX. III. p. 438.
*Bugloſſum* BLAKW. T. 500.
Icones WEINM. T. 271. a. 272. *b.*
*Anchuſa foliis lanceolatis ſpicis imbricatis ſecundis* LINN. Cliff. p. 46. ROYEN. p. 404.
β Flore *rubro* HERM. I. R. H. &c.
γ Flore *albo* GESN. Hort. p. 290. *b.* AICHST. l. c. f. 2. I. R. H. ZWING. WEINM. T. 271. a. c.
δ Foliis *ſinuoſis* C. B.
ε Quomodo differt? cum omnes diſtinguant excepto I. B. & LINNAEO. An ſolo flore minore? & folio anguſtiori.
*Bugloſſa altera* TRAG. p. 231. ic. p. 232.
*Bugloſſus vulgo dicta minor* GESN. Coll. p. 63 *b.*
*Bugloſſus minor vel communis* Hort. p. 250 *b.*
*Bugloſſa longifolia* CORD. Hiſt. L. 2. c. 45. cum icone ex TRAGO.
*Bugloſſum anguſtifolium* LOB. ic p. 576. RAJ. p. 494. Syll. exter. p. 78.
*Bugloſſum vulgare noſtrum* AICHST. Aeſt ord. 8. T. 6. f. 1.
*Bugloſſum anguſtifolium minus* C. B. (in cujus herbis ſiccis diverſitatem non inveni) H. OX. III. p. 438. ZWING. I. R. H.

Genevae & in *Rhaetia* I. B. Circa *Verſoy*, & ſupra *Gorgier*. HUBERUS inter *Vettis* & *Melimpſch.*

Caulis aſper, brachiatus. Folia hirta, obſcuri coloris, ex lingulatis lente lanceolata. Flores in ſpicas, ſpecioſi, tubo lato, ſegmentis planioribus rotundis ſature coeruleis. Pali plumoſi ex fauce eminent.

Viſcidum eſt, cum tota gente, oleraceum, ſubacidum, humectat, refrigerat. Nihil habet virium cardiacarum. Laudant ad melancholiam ſuccum ad uncias ſex epotum, nempe laxantem. Decoctum cum lacte ad dyſenteriam expertus commendat CHOMEL, tum decoctionem, ſed papaveris viribus auctam, pro tuſſi ſicca. BOERHAAVIUS ſuccum ad Pleuritidem.

## *BORRAGO*

TOURNEF. T. 53. LINN. n. 108.

Calix ad baſin ſectus, expanſus, dum flos viget, circa ſemen, dum maturatur, ſe contrahit. Flos ex breviſſimo tubo rotatus, ſegmentis acutis. Pali bis quini. Alii nempe cavi, ſucculenti, emarginati, corollam faciunt. Alii vero, ex flore eminent communi principio cum apicibus orti, extus his imminent, lata baſi, acutis unguibus, apiceſque conpellunt verſus tubam, ut ei in tubum conjuncta circumdentur JUNG. *Phytogr.* c. 22. Tuba ſimplex, ſine cavo. Semine ſtriata.

1. BORRAGO calycibus patentibus LINN. Cliff. p. 44. ROYEN. p. 403.
*Borago* BRUNF. p. 113. RUELL. p. 635. TRAG. p. 237. DOD. p. 627. BLAKW. T. 36.
*Bugloſſum verum* CORD. Dioſc. p. 71. 71 *b.*
*Bugloſſa urbana* CORD. Hiſt. l. c. 73.
*Borrago* GESN. Tab. Coll. p. 93. CAES. L. XI. c. 3.
*Bugloſſum ſ. Borrago* MATTH. p. 1186. CAMER. Epit. p. 914.
*Bugloſſum* FUCHS. p. 142. bene DOD. ic. vet. p. 11. HOFM.
*Bugloſſum latifolium ſ. Borrago Euphroſynon* LOB. p. 575.
*Bugloſſum latifolium Borrago* C. B. Baſ. p. 75.
*Bugloſſum flore coeruleo* AICHSTETT.
*Borrago floribus coeruleis* GESN. Hort. p. 250 *b.* I. B. III. p. 574. RAJ. p. 493. I. R. H. MAGN. Char. p. 72.
*Borrago hortenſis* MORIS. III. p. 437.
Icon MERIANAE LXXXII.
β *Flore albo* CORD. Hiſt. L. I. C. 73. GESN. app. ad p. 290 *b.* CAES. TAB. p. 417. AICHST. I. R. H. &
γ *Folio & flore albo* HERM.
δ *Flore carneo* VOLC. I. R. H. &c.
II. *Sylveſtris Borago* TRAG. p. 238.
*Borrago tenui folio* I. B. III. p. 577.
Icon WEINM. T. 254 *b.*
β *Flore albo* TAB. p. 417.
γ *Flore vario* BREYN. Prodr. p. 56.

Ex

Ex rejectaneis hortorum: neque videtur vera indigena eſſe.

Caulis cum foliis aſper, humilis, foliis tectus. Folia latiſſima, ovata. Flores ex ſummis ramis efferuntur in longis ſpicis, nudis, vagis, nutantes ex petiolis uniflo-ris longiuſculis. Calyx non auriculatus. Flos amoene coeruleus; elaſtrorum ungues cyanei. Stamina longa, ſtricta, acuminata.

Sapor oleraceus, ſubacris, nitroſus & viſcidus, ſimilesque vires, hinc ſuccus ad calculum commendatur a BOERHAAVIO, ab aliis ad melancholiam. Dudum vidit C. HOFMANNUS refrigerare, humectare, nihil habere cardiaci, & BOERHAAVIUS eodem ſcopo ad morbos inflammatorios laudat; niſi velis, ut BLAIRIUS, in regionibus calidis frigida medicamenta vocare cardiaca. Ad pleuritidem ſucci quinque unciae exhibentur, tum laxandae alvi & leniendi motus ſanguinis cauſa, in declinationibus febrium. Succum fermentata vinoſum dat, uti pleraeque plantae acidae indolis PHIL. TRANS. n. 68.

## ISOSTEMONUM.

## ORDO X.
## GENS DICARPA.

BOERHAAV. p. 311. LINN. Claſſ. natur. n. 29.

His eſſentiale eſt, binos poſt quemvis florem fructus ferre, oblongos, acutos. Praeterea calyx quinquefidus eſt. Flos quinquepartitus, ſtamina quinque, & elaſtra in tota gente frequentia.

## *ASCLEPIAS.*

TOURNEF. T. 22. LINN. n. 148.
& *APOCYNI* T. multae Sp. T. 21.

Calyx capillaris, pentaphyllos, exiguus. Flos ex tubo brevi quinquefidus, acutis ſegmentis. In fauce corolla pulpoſorum quinque unguium polygonorum, qui ad tubam conprimunt totidem ſtamina, diſtinctis filamentis, apicibus vero cohaerentibus, coaleſcentibus cum inverſo dolio, quo tubae teguntur. Siliculae duae bivalves, ex placenta, tubas edunt ſimplices. Semina foliacea, ovato roſtrata, hinc convexa, inde cava, multo pappo ſericeo coronata.

1. ASCLEPIAS foliis ex ovato lanceolatis glabris, floribus racemoſis albis.
*Hirundinaria* BRUNF. II. p. 39. DORST. p. 150 *b.* bene TRAG. p. 180.
*Aſclepias* FUCHS. p. 129. CORD. Hiſt. p. 128 *b.* GESN. Hort. p. 249. Coll. p. 60. CAES. p. 269. BLAKW. T. 112.
*Vincetoxicum* MATTH. p. 809. CAMER. Epit. p. 559. DOD. Purg. p. 211. optime, Pempt. p. 407.
*Aſclepias ſ. vincetoxicum* LOB. ic. p. 630
*Aſclepias I.* TAB. p. 729. &
*Aſclepias II.* EIUSD. ib.
*Aſclepias ſive vincetoxicum, multis floribus albicantibus* I. B. II. p. 138.
*Aſclepias albo flore* C. B. Baſ. p. 87. PARK. RAJ. p. 1090. H. OX. III. p. 611. T. aut. de Par. p. 55. I. R. H.
*Aſclepias caule erecto herbaceo foliis ovato lanceolatis floribus confertis* CLIFF. p. 78. ROYEN p. 410.
β *Flore flaveſcente* C. B.
γ *Foliis ternis* PONTED. Tab. Bot. p. 81.
δ *Non ſcriptum foliis nigris in ſummo hiſpidis* CORNVT. p. 196.

In incultis, aſperis, lapidoſis, magna copia. Prope Bernam retro ſylvulam *Dälhoelzlein.* Radix vaſtiſſima. Caulis perennis, durus, erectus, vix ramoſus, niſi ex radice. Folia conjugata, dura, ex ovatis longius acuminata, leviſſima. Flores ex alis foliorum in petiolis multifloris, congregantur autem in ſummo trunco. Flos albus pulpoſus ſolidiuſculus, calyx pene capillaris.

Radices acido, terra, & acri oleo abundant acres ſunt & amarae, non ſine veneni certe ſuſpicione, in tanta ſimilitudine Apocyni, ut recentes vomitum provocent, & non ſine ratione in Eſſentia alexipharmaca STAHLII hanc plantam admiſſam accuſet EHRHARDUS poſt LONICERUM p. 50. Habetur interim pro valente ſudorifero, quo ipſe hydrops diſpelli queat (TRAG.), ad expellendas variolas commendatur a TOURNEFORTIO: pro emmena-

 gogo,

gogo, & alexipharmaceo. Extus admota ad ulcera ſordida, ad mammarum tumores (TOURNEFORT) ad ſcrophulas laudatur, E. N. C. Dec. I. *Ann.*I. *Obſ.* 57. uti Ariſtolochia.

## *PERVINCA.*

TOURNEF. T. 45.
*VINCA* LINN. n. 180.

Calyx fit quinque triangularibus foliis, multo floris tubo brevior. Flos tubo cylindrico, ſegmentis patentibus, planis, oblique reſectis, ad unum latus ſe torquentibus. Stamina fiunt ſtylo brevi, ſquama vero elliptica, convexa, cui duo loculi inſculpti. Tuba unica, terminata primum anulo, & ſuper anulum ornamento rotundo, plumoſo. Siliculae duae, ovales, coercitae duobus elaſtris ſubrotundis adſidentibus. Semina absque pappo, in teretibus ſiliquis, quas rariſſime perficit.

1. PERVINCA foliis ovato lanceolatis.

*Ingruen* TRAG. apod. p. 306.
*Vinca pervinca* BRUNF. I. p. 178. DORST. p. 216. *b.* LUGD.
*Clematis Daphnoides* FUCHS. p. 360. DOD. purg. p. 246. Hiſt. p. 405. bene THAL.
*Pervinca* TRAG. p. 394. RUELL. p. 580.
*Clematis aegyptia* GESN. Hort. p. 254 *b.* Tab. Coll. p. 69.
*Clematis* MATTH. p. 956. CAM. Epit. p. 694. CORD. p. 61 *b.* HOFM.
*Clematis aegyptia vulgatior coerulea* CLUS. p. 121.
*Clematis Daphnoides, vinca pervinca, an Centunculus Plinii* LOB. p. 635.
*Pervinca vulgo* CAES. p. 336.
*Clematis Daphnoides minor flore coeruleo* &c. I. B. II. p. 130. AICHST. Ord. frut. T. 8. f. 3.
*Clematis Daphnoides minor* CAM. Hort. p. 43. C. B. Baſ. p. 86. RAJ. p. 35. RAJ. p. 1091. H. OX. III. p. 613.
*Clematis Daphnoides, vinca pervinca* TAB. p. 880
*Pervinca vulgaris anguſtifolia* T. aut. de Par. p. 218. *flore coeruleo* I. R. H.
*Vinca* Riv. RUPP. p. 21. BUXB.
*Vinca pervinca, Daphnoides* BLAKW. T. 59.
*Vinca foliis ovatis* LINN. Cliff. p. 77. ROYEN. p. 412.
β *Flore albo* LEOP. REHF.
γ *Folio vario* COMMEL BREYN Prodr. p. 56. &c.
δ *Flore purpureo obſcuro.*
*Clematis aegyptia* GESN. Hort. p. 254 *b.* ex Sabaudia, Tab. Coll. p. 89.
*Clematis aegyptia flore ſubpurpureo, Lauſannae lecta* CLUS. p. 127.
*Clematis Daphnoides flore purpureo* I. B. II. p. 131. AICHST. l. c. f. 4.
*Clematis Daphnoides flore rubente* C. B. H. OX. III. p. 613.
*Pervinca vulgaris anguſtifolia flore rubente* I. R. H. BOERH. MILL. &c.
ε *Flore purpureo pleno,* coeruleam enim plenam nunquam vidit I. B.
*Clematis Daphnoides flore duplici* MARANTA p. 65.
*Clematis flore multiplici* CAM. Epit. p. 695.
*Clematis purpurea auſtriaca* EIUSD. Hort. p. 43.
Vide I. B. II. p. 131. AICHST. l. c. f. 5. C. B. H. OX. ZWING. p. 810. I. R. H. &c.

Prima varietate nihil ad vias vulgatius. Quarta in ſylvula ſupra *Muri*, & quinta eodem loco naſcitur. Lauſannae vero quartam C. GESNER & CLUSIUS.

Habitus repens. Caules lignoſi, divergentes, parum ramoſi. Folia ex ovatis acuminata, laurina, conjugata. Petioli ex alis foliorum uniflori. Flos plerumque coeruleus dilutus.

Adſtringit, vulneraria eſt, amara. Recte HOFMANNUS, male commendari ad menſes pellendos aut lochia, quae potius ſiſtat, uti fluorem album reprimit infuſio, auctore CHOMELIO, ſanguinemque e naribus fluentem etiam ore detenta, ſi fides COSTAEO p. 82. Ad dyſenteriam eo ſcopo TOURNEF. ad phthiſin infuſum in ſero lactis IDEM, ad faucium inflammationes ETTMULLER. & in gargariſmate AGRICOLA. Strumas diſcutere impoſitam, an credam CL. BUCHWALDO p. 85?

Alias *Iſoſtemones* leges bonae methodi juſſerunt cum adfinibus claſſibus relinquere: Pleraeque apetalae ex hoc genere ſunt, & Rhamnus, Hedera, & Vitis, pleraeque Liliaceae, Graminum non pauca, deinde ſparſim Parnaſſia, quam a Nigella, Ribes, quem a Pomiferis umbilicatis, Linum & Rorella, quae a Geranio avellere

avellere non licuit, Glaucoides, nimis vicinum Salicariae, neque Alſines ſpecies aliquae, & Sedi, Corrigiola denique, quae Cherleriae proxima eſt.

Huc ad XI. ordinem Iſoſtemonum, meliori conſilio, refero Berberim.

# PLANTAE STAMINIFERAE PETALODEAE.

## ORDO IV. MEIOSTEMONES. QVIBVS STAMINA PAUCIORA SUNT QUAM SEGMENTA FLORIS.

### *LIGUSTRUM.*

TOURNEF. T. 367. LINN. n. 6.

Calyx cylindricus, minimus, quatuor denticulis breviſſimis exciſus. Flos tubo longo, ſegmentis quatuor infundibuli forma ſemi patulis, ſurſum cavis. Stamina duo in tubo floris craſſiſſimis apicibus. Fructus eſt bacca ſubrotunda, bilocularis, ſepto diviſa, in qua duo ſemina ſemiovata, hinc convexa, inde modice cava. Tuba apice clavato bifido.

1. LIGVSTRUM BRUNFELS. II. p. 280. RUELL. I. c. 94. DORSTEN. p. 168 *b.* CORD. Dioſc. l. c. 125. FUCHS. p. 480. TRAG. p. 1005. GESN. Hort. p. 264 *b.* Tab. Coll. p. 85 *b.* MATTH. p. 170. bene, CAM. Epit. p. 89. nimis anguſtis foliis, uti & LOBEL. ic. II. p. 135. TAB. p. 1040. CAES. L. III. c. 8. LVGD. AICHST. Vern. Ord. frut. T. 13. f. 2. I. B. I. P. I. p. 528. RAJ. p. 1603. T. aut. de Par. p. 109. I. R. H. BLAKWALL. T. 142. LINN. Cliff. p. 6. ROYEN. p. 398.

*Beinhülzen* TRAG. Apod. p. 300.
*Phillyrea* DOD. p. 771. folio anguſto, *noſtra* GESN. Coll. p. 96 *b.*
*Liguſtrum Germanicum* C. B. Baſ. p. 112. &c.
*Liguſtrum vulgare* PARK. p. 1446. cum aliena icone.
β Folio *obtuſiore* ELSH.
γ Foliis *ternis* PONT. p. 126.
δ Folio *vario* MUNT.
I. Folio *aurato* HERM. BOERH. MILL.
II. Folio *argentato* EORVMD.

Ad ſepes frequens, frutex ſepedalis, ramis & foliis conjugatis, ligno flexili. Folia ex ovato acuminata, laurina pene duritie & pari nitore. Flores in racemos ex alis foliorum, albi. Baccae & ſemina nigri coloris.

Folia amara ſunt, & adſtringunt: gargariſma uſurpatur in angina aquoſa, in caducitate dentium a ſcorbuto, ſed rari ſunt, qui decoctum corticis radicis in gonorrhoeis ſiſtendi ſcopo injecerint. Oleum, cui infuſi flores, ad ſcrophulas in Italia adhibetur WELSCH *mictomim.* p. 35. Aqua deſtillata ad fiſſuras linguae laudatur GABELCHOFERO Colorem coeruleum inde parari TRAGVS.

LILAC, &ſi in ſepibus non rarum reperias, exoticae originis eſt.

### *VERONICA.*

TOURNEF. T. 60. LINN. n. 10.

Calyx profunde quadrifidus. Flos, in plerisque, & noſtris pene omnibus, rotatus, tubo breviſſimo: ſegmentis quatuor inaequalibus, ſupremo majori, imo minori, anguſtiori, mediis medio modo ſe habentibus. Stamina duo ex flore eminent. Tuba ſimplex. Fructus bicollis, bilocularis, ſepto diviſus. Semina alias bina, alias plurima.

## ORDO I. FLORIBUS IN PETIOLIS APHYLLIS RACEMATIM CONGESTIS.

1. VERONICA foliis lineari lanceolatis integris ramis laxe floriferis LINN. Cliff. p. 10. ROYEN. p. 303.

I. An *Anagallis aquatica quarta* LOB. ic p. 467? Videtur.
*Anagallis aquatica anguſtifolia* C. B. HERM. &c.

II. *Ana-*

II. *Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata,* C. B. Prodr. p. 119. P. HOFM.
*Anagallis aquatica anguſtifolia* C. B. Phytop. p. 485. cum deſcriptione I. B. III. p. 791. cum icone.
*Anagallis aquatica longiore oblongo folio ſemine biſcutato* LOES. p. 15. &
*Anagallis aquatica breviore oblongo folio ſemine biſcutato* EIVSD. ib.
*Veronica aquatica anguſtifolia minor polygoni inſtar* H. OX. II. p. 323. T. 24. f. 27.
*Anagallis rectius Veronica, aquatica anguſtifolia* RAJ. p. 852.
*Veronica paluſtris anguſtifolia* RIV. T. 95. icon non optima.
*Veronica aquatica anguſtiore folio* T. aut de Par. p. 310. I. R. H. TILL.
*Veronica aquatica minor folio oblongo* VAILL. p. 202. malum nomen.
*Icones* WEINM. T. 107. a. T. 234*b*.
Varietates habet PONT. Tab. comp. p. 84.

Non vulgaris. Bernae naſcitur in foſſis inter *Wittighofen* & viam *Worbenſem: Biennae* in foſſis abunde *aufm Pasgart* prope lacum. Circa *lacum felinum* I. GESN.

Caulis procumbens, radiculas per intervalla demittit; deinde erigitur. Folia graminea, anguſta, mucrone acuto, rariſſime dentata. Petioli ramoſi, racemus laxus, flores exigui, tribus majoribus ſegmentis roſeis lineis pictis, imo albo minori. Siliqua lata, plana, bicollis, polyſperma.

2. VERONICA aquatica foliis ovatis acuminatis, ex alis racemoſa.
*Bachbohnen* TRAG. apodix. p. 308. l. 301.
*Berula major* TAB. p. 719.
*Anagallis aquatica folio oblongo flore coeruleo, major* I. B. III. p. 791.
*Anagallis aquatica major folio oblongo* C. B. Baſ. p. 74. &c.
*Veronica aquatica major folio oblongo* H. OX. II. p. 323. T. aut de Par. p. 310. I. R. H.
*Anagallis, rectius Veronica aquatica major folio oblongo* RAJ. p. 852.
β *Anagallis aquatica flore purpuraſcente folio oblongo minor* I. B. III. p. 791. omnino.
*Anagallis, rectius Veronica, aquatica minor* RAJ. p. 852.
*Veronica aquatica minor folio oblongo* T. aut de Par. p. 310. I. R. H. &c.
*Beccabunga minor* RIV. T. 99. non bene.

Abunde in foſſis.

Caulis fluitans, cavus, ſucculentus, per intervalla radicularum faſciculos emittit: conf. SEBAE Thes. l. T. 2. f. 5. Pars erecta folioſa eſt, & florifera. Folia caulem latiuſculis baſibus amplexa, obtuſe rhomboidea, acuta, acute circumſerrata, tenera, levia. Racemi longi, rari, frequentes. Calycis ſegmenta ſuperiora minora. Flos exiguus, ſegmenta ſuperiora triangularia, carnea, venis picta coccineis, imum minus, carneum purum. Fructus bicolles, tumentes, inſigniter polyſpermi. Semina minutiſſima.

3. VERONICA aquatica, foliis ovatis, ex alis racemoſa.
*Sion* BRUNF. III. *p.* 169. FVCHS. p. 725.
*Sion non odoratum* TRAG. p. 187. GESN. Hort. p. 281 *b*
*Hydropiper* DORST. p. 155 *b* bene.
*Anagallis aquatica* DOD. p. 893. LOB. p. 466. THAL. LVGD. CAES. p. 336. BLAKW. T. 48.
*Anagallis aquatica minor* I. TAB. p. 718.
*Anagallis aquatica flore coeruleo, folio rotundiore minor* I. B. III. p. 790.
*Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo* C. B. Baſ. p. 75. &c.
*Anagallis, rectius Veronica aquatica, minor folio ſubrotundo* RAJ. p. 852.
*Veronica aquatica maior folio ſubrotundo* H. OX. III. p. 323. T. 24. f. 24.
*Beccabunga* RIV. T. 99. bene.
*Veronica aquatica minor folio ſubrotundo* T. aut de Par. p. 238. I. R. H.
*Veronica foliis oppoſitis laevibus, crenatis, floribus laxe ſpicatis, lateralibus* ROYEN. p. 302.
β *Berula ſ. Anagallis aquatica* TAB. p. 719.
*Anagallis aquatica folio maximo* THAL. p. 14.
*Anagallis aquatica folio rotundiore major* I. B. III. p. 791.
*Anagallis aquatica, rectius Veronica, folio rotundiore major* RAJ. p. 852.
*Anagallis aquatica major folio ſubrotundo* C. B. Baſ. p. 74.
*Veronica aquatica major folio ſubrotundo* T. aut de Paris p. 311. I. R. H. &c.
*Beccabunga officinarum* RVPP. p. 199.
γ *Flore albo* BLAIR. *Dec.* p. 25.

Aeque vulgaris in rivis, aquisque purioribus.

Radices & habitus uti n. 2. ſed folia ovata, ſolidiora, leviter ſerrata, non acuta. Flores toti cyanei, majores.

Saponacea eſt, absque morſu incidit, in ſcorbuto omni convenit, etiam calido; cum tota pene aquea ſit GEOFROI. III. p. 161. Succus cum Cochlearia conjungi-

jungitur, minus acris, maxime quando malum cum maculis aut inflammatione conjunctum eſt: potatur ſuccus ad integros ſcyphos, unciarum quatuor, aut in ſero lactis, & prodeſt, quod praeter mundantem vim etiam conſolidet. Scirrhis viſcerum reſolvendis, ipſique podagrae, longum hujus plantae uſum oppoſuit BOERHAAVE, ſibique ipſi eadem cum Trifolio fibrino conjuncta, medelam adtulit. Extus inflammationibus & oedematibus convenit, & vulneraria habetur.

4. VERONICA foliis cordatis, longe mucronatis, ex alis racemoſa.

*Veronica maxima* LUGD. p. 1165. RAJ. p. 848. * I. R. H. &c.
*Chamaedrys falſa maxima, an Teucrium I. ſive majus Pannonicum Cluſio* I. B. III. p. 286. RAJ. p. 849.
*Chamaedrys ſpuria major latifolia* C. B. P.
*Veronica maxima latifolia ſ. quercus folio* MOR. II. p. 322. ex LUGD.
*Veronica pratenſis omnium maxima* BUXB. Cent. I. T. 34.
*Veronica foliis oppoſitis plicatis dentatis ſcapis ex alis ſuperioribus laxe ſpicatis* LINN. Cliff. p. 8. ROYEN. p. 303.

Per totam Helvetiam locis umbroſis frequens. Prope *Bernam* reperi in ſylva *Weilerholz*; ſub clivo *der Sandrein* ad Arolam: circa balneum *Weiſſenburg*, in valle *Emmenthal*, in ſylva qua itur ad M. *Falconarium* &c.

Caulis durus, erectus, tripedalis & ultra, ramoſus. Folia ima ſubrotunda, hirſuta, circumcrenata, ſuperiora longe acuminata, Urticae majoris; petioli longiores, in racemo laxiori. Flos parvus, carneus, pictus purpureis venis, tubo albo. Fructus conpreſſus, ovato cordatus, polyſpermos.

5. VERONICA foliis cordatis, ſuperioribus majoribus acutioribus, ex alis racemoſa.

*Chamaedrys* BRUNF. I. p. 125. TRAG. p. 203. DORST. p. 77 *b.* commode
*Chamaedrys vulgaris femina* FUCHS. p. 872. GESN. Coll. p. 76 *b.* LUGD.
*Trixago* GESN. Ind. quadrip. p. 133.
*Teucrii ſp. quae Chamaedrys* CORD. p. 57 *b*
*Chamaedrys alia* GESN. Hort. p. 253.
*Pſeudochamaedrys* GESN. Coll. p. 99.
*Chamaedrys quorundam ſylveſtris* CLUS. p. 352.
*Teucrium pratenſe & Teucrium ſpurium Chamaedryoides* LOB. ic. p. 490.
*Pſeudochamedrys major* THAL. p. 87.
*Teucrium III. minus* TAB. p. 380.
*Hierobotane mas* LUGD. p. 1337.
*Chamaedrys ſpuria latifolia* I. B. III. p. 286.
*Chamaedrys ſpuria minor rotundifolia* C. B. Baſ. p. 72.
*Chamaedrys ſylveſtris* RAJ. p. 850.
*Veronica minor foliis imis rotundioribus* H. OX. II. p. 320. T. 13. f. 12. T. aut. de Par. p. 169. I. R. H.
*Veronica pratenſis latifolia* RIVIN. T. 93.
*Teucrium ſpurium* ACT. BEROL. *Dec.* I. *vol.* II. n. 5. male
*Veronica foliis oppoſitis plicatis dentatis ſcapis ex alis inferioribus laxe ſpicatis* ROYEN. p. 303. LINN. Cliff. p. 8.

Nihil vulgatius in pratis & ſepibus.

Caulis pariter durus, ſubhirſutus, in ſuperiori parte brachiatus. Folia ima ovata, hirſuta, nervis ſubtus conſpicuis, circumcrenata, ſuperiora cordata, majora. Calycis ſegmenta inaequalia. Flos ſature coeruleus, ungue albo, dentato. Fructus cordis forma latior, polyſpermos ſemina: ovata.

6. VERONICA foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtioribus ellipticis, ex alis racemoſa.

*Chamaedrys vulgaris mas* FUCHS. p. 871. LUGD.
*Chamaedrys altera* TRAG. p. 204.
*Pſeudo Chamaedr s alia. ſpecies* GESN. Hort. p. 253.
*Chamaedryos ſimilis herba alterum genus* GESNER Coll. p. 67 *b.*
*Teucrium alterum* MATTH. p. 1311.
*Teucrii IIII. Species III.* CLUS. Hiſt. p. 349.
*Chamaedrys ſylveſtris* DOD. p. 45.
*Veronica ſupina facie Teucrii pratenſis* LOB. p. 473. ex CLUS. H. OX. II. p. 319. T. 23. f. 11. T. aut. de Par. p. 169. I. R. H. MAGN. Char. p. 121. &c.
*Chamaedrys ſpuria anguſtifolia* I. B. III. p. 285. RAJ. p. 849.

*Chamaedrys ſpuria major anguſtifolia* C. B. Baſ. p. 72. MUR. p. 492. (ſed puto de vulgatiori dicere)
*Veronica montana* RIV. T. 94.
*Teucrium verum* ACT. BEROL. I. vol. II. n. 5.
Icon MERIAN. LXXVI.

Non rara in paſcuis montoſis: ſupra *Neuenſtatt*: circa *Thermas Leucenſes*, circa *Baſileam*.

Caulis frequentius procumbit, durus, ramoſus, pedalis. Folia ovata, lata baſi caulem amplexa, ſuperiora vero elliptica, acutiora, ſubhirſuta, acute circumſerrata, firmiora, quam prioribus. Flos coeruleus, ſpecioſus, ſupremo ſegmento pulchre, imo obſcure lineato. Fructus emarginatus, ovato cordatus, polyſpermos: ſemina ovalia, plana.

Haec cum nomine Teucrii, & multis encomiis, pro infuſo diaetetico commendatur a BEROLINENSIBUS. Olim ad viſcerum obſtructiones, ad cacochymiam & chloroſin, mire efficacem praedicavit LOBELIUS *adverſ.* p. 209.

β *Teucrium I.* CLUS. Pann. p. 613. MUR. p. 696.
*Teucrium IIII.* I. ſp. CLUS. Hiſt. p. 349.
*Teucrium II.* TAB. p. 380.
*Chamaedrys ſpuria major altera ſ. fruteſcens* C. B.
*Veronica major fruteſcens altera* H. OX. II. p. 319. I. R. H.

Circa *Bernam* & *Baſileam* reperi. RAIUS Genevae

Satis certum eſt eſſe varietatem prioris, duritie foliorum, & flore ſimilem, & ſi diverſa ſit magnitudine, & foliis cordatis ſeſſilibus, lata baſi caulem amplexis.

γ *Chamaedrys ſpuria minor anguſtifolia* C. B. Prodr. p. 117. I. B. III. p. 287. cum icone, WAGNER.
*Veronica minor anguſtifolia ramoſior & procumbens* H. OX. III. p. 321. T. 23. f. 16. I. R. H. HERM. &c.
*Veronica anguſtifolia minor* RIVIN. T. 94.

Baſileae inter portam *Lapideam* & S. *Margret.* In pratis ſupra *Ilfingen* verſus M. *Feuerſtein.*

Varietas eſt prioris, folio anguſtiori, acuto.

II. Varietatem hujus ipſius foliis vix latis, vix ſerratis, flore rubello habui a D. SENKENBERGIO.

δ An differt
*Teucrium II.* CLUS. Pann. p. 614. 615.
*Teucrium V.* CLUS. Hiſt. p. 349. 350.

7. VERONICA foliis ſiccis ovatis ſerratis, caule procumbente, ex alis racemoſa.

*Vetonica ſ. veronica* DORST. p. 295.
*Filago* EIUSD. p. 123.
*Veronica vulgo dicta* GESN. Hort. p. 285 *b.* 284.
*Veronica mas ſerpens* DOD. p. 40. non bene
*Veronica vulgaris ſupina* CLUS. p. 347.
*Veronica vera & major* LOB. p. 471. ex DOD.
*Veronica* TAB. p. 382. CAM. Epit. p. 461. optime, RIV. T. 92. (ramus)
*Veronica mas ſupina & vulgatiſſima* C. B. Baſ. p. 71. RAJ. p. 851. T. aut. de Par. p. 165. I. R. H.
*Veronica ſupina vulgaris foliis ſerratis* H. OX. II. p. 318.
*Veronica mas* BLAKW. T. 143.
II. Eadem eſt
*Veronica mas* FUCHS. p. 166. MATTH. p. 699. LUGD.
*Veronica recta mas* LOB. p. 471.
*Veronica mas erecta* PARK. RAJ. p. 851. H. OX. T. 22. f. 6.
*Veronica mas recta ſeu adſurgens* MORIS. II. p. 318.
β *Flore albo* THAL. VAILL. &c.
γ *Flore roſeo* Bernae frequentiſſima
δ *Flore pleno violaceo* SENKENB. *de lil. conv.* n. 10.

In ſylvis ubique.

Caules procumbentes, ceſpitoſi, lanuginoſi, duri. Folia firmula, hirſutie ſubaſpera, ovata, crenata. Petioli racemoſi, longi, minus diffuſi, ſpicatis propiores. Calycis ſegmenta duorum ordinum, inaequalia. Flores coerulei pallidi, venis roſeis aut coeruleis, aut albi rubellis venis, aut toti albi. Ovarium cordiforme, conpreſſum, polyſpermon. Semina flava, ſubrotunda.

Amara eſt, & adſtringens; Hinc pro magno medicamento vulnerario habetur, tum externe, tum ad pulmonum ulcera HOFMANN, BOERHAAVE &c.: ad fiſtulam lacrumalem


f. 2.
Veronica Alpina
floribus congeſtis
calicibus hirſutis
foliis ſubrotundis
ſubhirſutis modice
crenatis.
f. 1. Veronica Alpina Bellidis folio hirſuta.
TAB. XII. pag. 531.
C. F. Fritzsch. Sculp. Götting.

malem S. JVES. Sed ipſi podagrae ſuccum magna copia quotidie ad duas uncias epotum, opponit BOERHAAVE. In tuſſi, aſthmate leviori, ad catarrhales nocturnas ſuffocationis, in majoribus etiam pectoris morbis (BRESLAVIENSES 1722. *M. Febr.* BUCHWALD. p. 287.) infuſum omnino laudem meretur. Vide quantam vim egregiarum curationum FRANCVS congerat (*veron. theizans*). Cervum hoc medicamento ſe ipſum ſanaſſe TRAGUS ait *apod. Germ.* p. 303. Aquae parum tribuo, etſi & ea ulcera vetuſta ſanaſſe velint S. PAULI. & E. N. C. *Dec.* 2. *ann.* 3. *obſ.* 166. & HOFMANN &c. Adſtringentes enim particulae in terra habitant, neque adſcendunt volatiles.

## ORDO II.
## VERONICAE SPICATAE, SPICA NUDA.
### *VERONICASTRUM* HEIST. *Catal. Hort.* Helmſt. 1730.

His ſummus caulis ramusve conica ſpica praelonga terminatur, cui folia nulla interponuntur. Iisdem floris tubus longior eſſe ſolet.

8. VERONICA foliis obtuſis, caule non ramoſo, ſpica nuda terminato.

*Veronica recta vulgaris minor* CLUS. Pann. p. 622.
*Veronica recta minima* EIUSD. Hiſt. p. 347. LOB. ic. p. 472. LVGD.
An *Auricula muris quarta* CAES. p. 336?
*Veronica recta minor* TAB. p. 384. male.
*Veronica ſpicata recta (major & ) minor* I. B. III. p. 282. RAJ. p. 846.
*Veronica ſpicata minor* C. B. Baſ. P. H. OX. in ic. T. 22. f. 4. I. R. H. T. aut de Par. p. 167. VAILL. T. XXXIII. f. 4. (ſed male facit triſtemonem) ZANICHELL. p. 273. ic. 73.
*Veronica anguſtifolia recta minima* MOR II. p. 318. KNAUT. &c.
*Veronica ſpicata foliis veronicae officinarum* DILL. E. N. C. Cent. V. VI. obſ. 38. p. 270. 272. T. 4. Cat. Gieſſ. p. 161.
*Veronica ſpicata anguſtifolia* MUR. p. 699. SCHEVCHZ. It. II. p. 143. It. VI. p. 463. non autem nomen neque ſynonyma.
*Veronica foliis oppoſitis caule ſpica terminato* LINN. Cliff. p. 8. ROYEN. p. 302.
β *Flore albo* ROYER. p. 118.

Majorem in rupe *Paſſgartflüh* ſupra *Biennam* legi. Minorem in gramineis macilentis inter *Moncharans* & *Valeire*, extra *Agaunum*, verſus *Octodurum*. MURALT circa *Scaphuſiam*. SCHEVCHZER in Rhaetia. HVBER circa *Melimpſch*.

Radix repens lignoſa, perennis. Caulis durus, teres, lanuginoſus, a duabus unciis ad cubitum altus. Folia ovata, deinde elliptica, ſuperiora acutiora, omnia ſubtiliter circumſerrata, ſubhirſuta, firmula. Caulis magna pars ſpica eſt, longa, & gracilis. Calycis ſegmenta ſubrotunda. Floris tubus paulo longior, ſegmenta acuta, imum longius, colore coeruleo. Fructus transverſim ovalis, parum emarginatus, polyſpermos.

Veronica ſpicata longifolia, quae circa Oppenheim provenit, in Helvetia nondum viſa eſt.

## ORDO III.
## SPICA LAXIORI BREVIORI.

9. VERONICA caule non ramoſo, floribus congeſtis terminato, foliis ovatis ſubaſperis. Icon habetur T. XII. f. 1.

*Veronica alpina Bellidis folio hirſuta* C. B. Prodr. p. 116. P. WAGN. p. 289. RAJ. p. 847. MENZ. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 51. TILL.
*Veronica alpina Bellidis folio* MUR. p. 736.
*Veronica minima Bellidis folio* PARK. p. 551.
*Veronica caule floribus terminato foliis ovatis crenatis* LINN. Lapon. n. 7. T. 9. f. 4. Ita ROYEN, nam figura Veronicae n. 10. ſimilior eſt.
*Veronica caule inferne procumbente fruticoſo foliis ovatis obpoſitis racemo terminatrici* ROYEN. p. 302.

In M. *Gotthardo*, *Furca* & *valle Urſaria*. In Glaronenſibus alpibus MVRALT.

Caulis juxta terram procumbens, radices agit per intervalla: inde erigitur ad dodrantem, durus, lanuginoſus. Folia ad terram congeſta, in caule pauca, ambitu ovato, obtuſo, circumſerrata, dura, ſubhiſpida. Flores ſex ſeptemve, ad ſummum caulem congeſti, colore coeruleo, calyce ſubhirſuto. Fructus hilo exciſus, maximus, puto, ex tota gente. Semina orbiculata, plurima.

10. VERONICA caule non ramoſo, floribus congeſtis terminato, foliis ovatis, pene glabris. Icon exſtat T. XII. f. 2.

*Teucrium Etſcherianum* CLUS. Pann. p. 616.
*Teucrium 6. pumilum* EIVSD. Hiſt. p. 350. abſque icone.

*Veronica alpina, coeruleae Bellidis folio, non ita craſſo, vix crenato, caule folioſo* BARS. Act. Succ. p. 508. omnino.
*Teucrium ſextum Cluſii* RAJ. p. 848.
*Veronica quaedam foliis glabris* SCHEVCHZ. It. IV. p. 342.
*Veronica alpina bugulae facie calyce villoſo* HALL. Comm. Nor. 1732. p. 300.
II. An *Veronica petraea ſempervirens* PON. Bald. apud CLUS. p. CCCXXXVI. Ital. p. 179. ex quo BAUHINI habent, & reliqui. Certe ſpica laxior eſt, tota planta glabra, & epitheton *ſempervirens* videtur neſcio quid durioris habitus exprimere.
*Veronica petraea ſempervirens* SCHEVCHZ. It. V. p. 428. ſi haec eſt.
Varietas hujus eſt apud PONT. *flore albo & purpuraſcente* Compend. Tabul. p. 85.

Fere in omnibus alpibus reperi, locis lapidoſis, & in paſcuis. Suam SCHEUCHZER in M. *Pilato.*

Caulis humilis, vix ſemidodrantalis, procumbens, radices edit per intervalla. Semper ſimplex eſt, & ſubhirſutus. Foliorum paria pluſcula, ovato rotunda, parum hirſuta, aut glabra, crenis nullis, aut paucis, tenera caeterum, neque eo robore, quo priorum ſpecierum frons eſt. Flores octo, ad duodecim, in brevem, latiuſculam, ſpicam congeſti, miſtam parvis foliolis. Calyx longiuſcule hirſutus, ſegmentis obtuſis. Flos parvus, obſoleto coeruleis ſegmentis, ſubrotundis, vix inaequalibus. Fructus polyſpermos.

11. VERONICA foliis ovatis radicalibus caule nudo ROYEN. p. 302.
*Teucrium minimum* CLUS. Hiſt. p. 350.
*Chamaedrys alpina minima hirſuta* C. B. Prodr. p. 117.
*Veronica parva ſaxatilis cauliculis nudis* RAJ. ſyll. exter. p. 261. Hiſt. p. 846. PLUKN. p. 384. T. 114. f. 3. commode. I. R. H. SCHEVCHZ. It. I. p. 51.
*Veronica alpina pumila caule aphyllo* BOCC. Muſ. di Piant. p. 17. T. 1. & 9. PLUKN. mantiſſ. p. 186.
β *Veronica alpina parva ſaxatilis cauliculis folioſis* PONT. Anthol. p. 268.

Non rara in alpium & Jurae paſcuis. Reperi in *Neunenen*, *Stokhorn*, *Thuiri*, *Dolaz*, &c.

Caulis procumbens, per intervalla radicatur, ibique roſulas folioſas fundit, in orbem ſparſas. Folia rotunda ſunt, ad terram conferta, circumcrenata, longiuſcule hirſuta, minime dura. Caulis aphyllos, niſi ligulas ſub floribus velis, pene triuncialis. Flores ſex, ſeptem, in ſummo caule vicini, in ſpicam laxam, obſcuram. Flos absque elegantia, coeruleis venis obſoletis pictus. Ovarium ex coeruleo lacteoli coloris, polyſpermon.

## ORDO IIII.
## FLORIBUS EX ALIS FOLIORUM SPARSIS. IN PETIOLIS UNIFLORIS VERONICELLAE HEIST.

12. VERONICA foliis ovatis crenatis, fructu ovali, floribus in ſummo caule purpuraſcentibus. T. IX.
*Veronica III.* CLUS. Pann. p. 620. niſi quod flores dicat coeruleos.
*Veronica III. fruticans* EIUSD. Hiſt. p. 346. RAJ. p. 849.
*Veronica alpina fruteſcens* C. B. MENZ. MAGN. Hort. MOR. II. p. 318. I. R. H. TIT. omnes ex CLUSIO
*Veronica alpina fruteſcens major flore carneo* HALL. Comm. Nor. 1734. p. 243.
Annon *Veronica petraea ſempervirens* SCHEVCHZ. It. V. p. 428. ex M. Pilato.

Paſſim in lapidoſis Helvetiae: In alpium vallibus circa *Weiſſenburg*; inde verſus *Zweyſimmen*, inter *Combe* & *Chateau d'Oex* &c. In valle *Urſaria.* Circa Leucam *Valeſiae* GESNERS *bey der obern Quelle.*

Radix perennis. Caules multi, plerumque procumbunt, aut certe inclinantur, teretes, duri, leviter ſubhirſuti, dodrantales, non ramoſi, niſi ad terram. Folia ad humum conferta, ſubrotunda, exigua, ſuperius rariora, majora, ovata, margine rariter dentato, laurina, levia. Flores in ſummo caule ſpicati, ſed laxius, quam in ordine 3. ad duodecim & ultra, foliis diſtincti, calyce ſubhirſuto, elliptico, ipſi ſpecioſi, carnei, lineis picti purpureis, ſegmento inferiori minimo pallidiori, non venoſo. Apices rubelli. Fructus ovatus, conpreſſus, ſubhirſutus, nullo hilo, quatuor acutis valvis diſſilit, polyſpermos.

13. VERONICA foliis ovatis, raro crenatis, fructu ovali, minor, floribus in ſummo caule coeruleis.
*Veronica ſerpyllifolia omnium minima* PON. apud. CLUS. p. CCCXXXVII. Ital. p. 181.
*Veronica ſaxatilis* I. B. III. p. 284. bene RAJ. ſyll. exter. p. 261. Hiſt. p. 848.

Veronica

*Veronica alpina minor* PARK. p. 552. ex I. B.

*Veronica alpina coerulea ſerpylli folio minor* BURS. 1724. p. 508.

*Veronica alpina fruticans ſerpylli folio longiori* PLUKN. p. 384. T. 232. f. 5. Pingit autem ovarium bifidum.

*Veronica alpina fruteſcens* SCHEVCHZ. It. I. p. 51. It. VI. p. 462.

II. An eadem, *Veronica Pyrenaica nummulariae folio* MAGN. hort. I. R. H.

*Veronica alpina fruticans ſerpylli folio minori circinato* PLVKN. l. c. T. 232. f. 6.

In alpium & Jurae ſaxoſis minime rara.

Radix perennis, etiam magis multicaulis, latis ceſpitibus: Caules procumbunt ſubhirſuti, nondum ſemipedales. Folia ima ſubrotunda, ſuperiora ovata ſunt, cum raris denticulis, dura, & laurina. Flores pauci, ſpecioſi, plerisque foliis plantae majores, in ſuperiori parte caulium congeſti, ſature coerulei, ſubrotundi, imo ſegmento pallidiore. Ovarium ovale, linea diviſum, ſuperne anguſtius, non emarginatum. A priori n. 12. in univerſum modice diffett, caule humiliori, flore coeruleo: ſimillinis tamen locis reperiuntur, neque gradus interponuntur ulli.

14. VERONICA foliis ovatis, raro crenatis, floribus longe ſpicatis, glabris, fructu bifido.

An *Auricula muris altera* CAES. p. 335.

*Euphragia* BRUNF. L. I. p. 169. non bene.

*Teucrion alterum; agreſte ſedum* TRAG. p. 208. absque icone.

*Betonica Pauli* GESN. Tab. Coll. p. 62.

*Betonica aeginetae* EIVSD. Hort. p. 250.

*Veronica pratenſis* DOD. p. 41. bene.

*Veronica minor ſerpyllifolia* LOB. ic. p. 472.

*Veronica femina* THAL. LVGD. p. 1050.

*Auricula muris* I. CAES. p. 335.

*Veronica minor* TAB. p. 382.

Et *Veronica minor femina flore candido* EIVSD. p. 383.

*Veronica femina quibusdam aliis Betonica Pauli* I. B. III. p. 285. cum bona deſcriptione & icone.

*Veronica pratenſis ſerpyllifolia* C. B. Baſ. p. 72. H. OX. II. p. 319. T. aut de Par. p. 451. I. R. H.

*Veronica pratenſis minor* PARK. p. 551. RAJ. p. 848. ſyn. III. p. 279.

*Veronica erecta ſylveſtris* RIV. 92.

Et *Veronica minima repens* RIV. l. c. T. 96.

*Veronica foliis inferioribus oppoſitis ovatis ſuperioribus alternis lanceolatis, floribus ſolitariis* LINN. Cliff. p. 9. ROYEN. p. 302.

β Quomodo differt *Veronica pratenſis nummulariae folio flore coeruleo* SCHOL. BOT. PLUK. p. 384. T. 233. f. 4.

*Veronica repens nummulariae folio* DILLEN. Cat. Gieſſ. nov. ſpec. p. 67.

Et denuo *Veronica alpina glabra rotundifolia alſines plantaginis folio* BOCC. Muſ. di Piant. p. 18. T. 7.

Nihil vulgatius in pratis & ad vias.

Caulis procumbit, & per intervalla radices emittit, deinde erigitur, ſemipedalis & minor, durus & teres, inferius ramoſus, ſuperne ſimplex. Folia breviter ovata, cum pauciſſimis denticulis, glabra, pauca, ut caulis longe nudus ſit. Spica longa laxa: Flores ex pediculis longioribus, quam folia ſpicae interjecta, calycis laciniis ovatis, inaequalibus. Flos exiguus, tribus ſegmentis ſuperioribus majoribus, lineatis, imo albo puroque, cum ſupremum coeruleum ſit, media palleant ex coeruleo. Fructus cordiformis, ſed latior, turgidus, hilo exciſus, polyſpermos. Semina parva, flava, ovato acuminata. Fructu a n. 13. & n. 12. evidenter diſtinguitur.

Haec ſpecies cum ſequentibus, &, ſi rite reſpicias, plerisque Veronicis, commune habet, quod folia ad terram conjugata, ſub floribus alterna ſint. De ſpeciebus nonnullis viderat IVNGIVS

15. VERONICA foliis ſubrotundis crenatis petiolis calyce brevioribus.

*Alſine folio Veronicae* TAB. p. 712. non bene, RAJ. p. 847.

*Elatine polyschides* LUGD. p. 1239. foliis nimis inciſis.

*Alyſſon* COLUMN. φυτοβασαν p. 27. ic. p. 26. optime.

*Alſine veronicae foliis, floſculis cauliculis adhaerentibus* C. B. Baſ. p. 73. P. &c.

*Alſine ſerrato folio hirſutiore floribus & loculis cauliculis adhaerentibus* I. B. III. p. 367. icon ex COL.

*Veronica floſculis cauliculis adhaerentibus* MORIS. II. p. 322. (qui primus *in Praeludiis* p. 392. hanc & ſequentes plantas ſuo generi reſtituit, licet etiam IVNGIVS ab Alſine ſeperandas eſſe ſagax ſenſerit.) T. aut de Par. p. 168. I. R. H.

*Veronica foliis oppoſitis cordatis, crenatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus* CLIFF. p. 9. ROYEN. p. 303.

In pratis & hortis.

Multicaulis eſt, cauliculis non ramoſis, niſi ad teram, vix dodrantalibus. Folia ad terram multa, in caule pauca, breviter ovata, uno vel altero pare dentium inciſa: Flores longa ſerie ex petiolis, qui calyce breviores ſunt. Folia inter flores longa, ſimplicia, elliptica. Calycis ſegmenta duo parva, duo magna elliptica. Omnia floris ſegmenta cyanea, imum minus. Ovarium exquiſite cordiforme, polyſpermon.

16. VERONICA foliis cordatis crenatis floribus ſolitariis pedunculatis ROYEN. p. 303.

*Alſine media* FUCHS. p. 22.
*Morſus gallinae tertius* TRAG. p. 385.
*Alſine altera foliis ſerratis* GESN. Tab. Coll. p. 57 *b.*
*Alſine ſpuria altera* DOD. p. 31. non bene, ut priorem aeque exprimat.
*Alſine folio Triſſaginis* LOB. ic. p. 464. eadem PARK. TAB. p. 711. melius RAJ. p. 847.
*Antirrhini alterum genus* CAES. p. 335.
*Alſine ſerrato folio glabro* I. B. III. p. 366.
*Alſine chamaedryfolia floſculis oblongis pediculis inſidentibus* C. B. Baſ. p. 73. P. &c
*Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus chamaedryos folio* H. OX. II. p. 322. T. aut. de Par. p. 168. I. R. H. MAGN. Char. p. 221.
*Veronica folio chamaedryos* RIVIN. T. 96. bene

Ubique in hortis, areis &c.

Caules procumbentes, ramoſi, dodrantales, pedales. Folia longiuſcule petiolata, obtuſe ovata, glabra, firmula, ambitu circumſerrato. Flores ex oblongis petiolis unifloris pendent. Calyx quatuor ovalibus foliolis fit, per maturitatem circa ovarium conniventibus. Flos rotatus, ſature coeruleus, lineatus, inferiori ſegmento pallidiori: Flore pariter albo reperitur. Fructus ex duobus ovis conjunctus, polyſpermos. Semina ſunt capſulae hemiſphaericae flaventes.

Hujus plantae varietatem, an diverſam ſpeciem? habeo a Cl. DIVERNOI, foliis longioribus, hirſutis, uti in n. 15. ſed flore ex longo pediculo, eodemque albo, ovario gemello, thlaſpideo.

17. VERONICA foliis latis, quinquelobis, calycis ſegmentis ſagittatis.

*Alſine in vineis foliis ſubrotundis anguloſis* GESN. Coll. p. 57 *a. b.*
*Morſus gallinae folio hederulae* LOB. p. 463.
*Antirrhinum* CAES. p. 334.
*Alſine ſpuria prior, ſ. morſus gallinae* DOD. p. 31.
*Alſine hederacea* TAB. p. 711.
*Alſines genus fuchſio, folio hederulae hirſuto* I. B. III. p. 368.
*Elatine prior Dalech* LVGD. p. 1238.
*Alſine hederulae folio* C. B. Baſ. p. 73.
*Veronica hederulae folio* H. OX. III. p. 322. &c.
*Veronica hederae folio* RIVIN. T. 96.
*Veronica cymbalariae folio verna* T. aut. de Par. p. 167.
*Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis floribus ſolitariis* LINN. Cliff. p. 9. ROYEN. p. 303.

In agris, hortisque ubique.

Facies prioris procumbens, & multicaulis. Folia pariter conjugata, ſub ramis alterna, ima breviter ſubrotunda, ſuperiora anguloſa, uno, & duobus paribus dentium inciſo, media parte maxima. Petioli longi, uniflori. Calyx ex ſegmentis ad baſin latioribus, pyramidale vaſculum connivendo efficit. Flos pallidus, cum venis ſaturatioribus, imo ſegmento parum anguſtiori. Fructus bigloboſus, tetracocos. Semina cava, cupulae ſimilia.

18. VERONICA foliis trifidis & quinquefidis

*Dactiliobotanos* THAL. p. 39.
*Händelkraut flore coeruleo* TRAG. p. 401.
*Alſine parva, erecta, folio Alſines hederaceae, ſed rutae modo diviſo* LOB. p. 464. bene
*Alſine recta* TAB. p. 710.
*Elatine triphyllos* LUGD. p. 1240. non bene
*Alſine triphyllos coerulea* C. B. Baſ. p. 73. &c.
*Alſine folio profunde ſecto flore purpureo ſ. coeruleo* I. B. III. p. 367.
*Veronica coerulea triphyllos, nunc pentaphyllos ſive trifida & quinquefida* H. OX. II. p. 323.
*Alſine tridactylites coerulea* MUR. p. 701.
*Veronica folio Rutae* RIVIN. T. 95. bene

Annon

Annon etiam *Veronica montana* EIVSD. ib. foliis equidem tenuioribus, floribus, quantum video, minoribus, ſed videtur exemplar ejuſdem plantae adultius.

*Veronica verna folio trifido vel quinquefido* I.R.H. VAILL. &c.

*Veronica foliis alternis, inferioribus quinquepartitis, ſuperioribus tripartitis, floribus ſolitariis* LINN. Cliff. p. 9. ROYEN. p. 303.

In Helvetia non vulgaris. *Baſileae* naſcitur circa *Novam domum* C.B. ego vero legi ad viam, qua itur ad *S. Jacob.* In ſegetibus circa *Genevam* I.B. In montibus MUR.

Caules ramoſi, erecti, ſemidodrantales, ſemipedales. Folia conjugata, rara, ſeſſilia, circumſcriptione brevi, lata, triangulari, tunc fiſſa tribus, & quinque oblongis dentibus. Folia ſuperiora, longiora, trifida, aut integra. Flores inter ſumma folia congeſti, breviter petiolati, ſpecioſi, ſature coerulei. Calycis foliola ovalia. Fructus ex duobus quaſi ovis conjunctus.

Ad morbum regium, experimentum recenſet BOYLE *de util. Phil. exper. Exerc.* II. p. 41.

BLITUM VALERIANA, & CAMERARIA non potuerunt divelli a vicinia ſua, plantis nempe apetalis, floribus conglomeratis, plantis flore ſemini inſidente aggregato, & didynamiis.

# PLANTAE PETALODEAE DICOTYLEDONES.

## ORDO V.
## MEIZOSTEMONES.
## CLASSIS I.
## STAMINIBVS SESQUIALTERIS.

*TETRADYNAMIAE* LINN. char. nat. p. 189. fragm. meth. nat. p. 57.
*TETRAPETALAE SILIQUOSAE* BOERHAAV. II. p. 8. conf. CAESALP. p. 351.

Huic generi naturali calyx quadrifolius eſt pene ſemper caducus, & frequenter factus duobus longioribus foliolis deorſum gibbis, & duobus rectioribus. Petala quatuor, fere perpetuo aequalia, plerumque ex ungue longo bracteam reflectunt, more caryophyllaeo. Stamina ſex, eorum quatuor faciebus duabus ſiliquae reſpondent, longiora, duo angulis planis valvarum, curva plerumque & breviora, CAMER. de *ſexu plant.* p. 6. Siliqua bivalvis, ſaepiſſime bilocularis, ſepto diſtincta. Semina adhaereſcunt fere ſepto. Tuba ſimplex ex apice. Porro pene in omnibus vires medicae eaedem, natura alcalina, quae ſponte non acorem, ſed putredinem concipiat, & deſtillata lixivae volatilis naturae liquores producat, quales ex partibus animalium habentur, acris caeterum, mordenſque, effectu abſtergente, reſolvente, diuretico, antiſcorbutico.

## ORDO I.
## SILIQUA BREVIORI
*SILICULOSAE* RAJ. Meth. BOERHAAV.
## I. MONOSPERMAE.
## *I S A T I S.*
TOURNEF. T. 100. LINN. n. 549.

Fructus conpreſſus, ellipticus, obtuſo fine, ſemiellipticis carnoſis valvis, loculum intercipientibus, in quo ſemen ovale.

1. ISATIS LINN. Cliff. p. 341. ROYEN. p. 330.

*Iſatis ſylveſtris* FUCHS. p. 330. TRAG. p. 256. GESN. Tab. p. 83. Hort. p. 263. MATTH. p. 635. CAM. Epit. p. 410. DOD. p. 79. TAB. p. 737. H. OX. II. p. 286. qui conjungit ſativae.

*Iſatis agreſtis* CORD. Dioſc. p. 49.

*Gylaſtum ſylveſtre* CAES. p. 358.

*Iſatis agria, Glaſtum, ſive Iſatis ſylveſtris* LOB. ic. p. 352.

*Iſatis vel Glaſtum* (ſativa vel) *ſpontanea* I. B. II. p. 909. de diverſitate dubitat.

*Iſatis ſylveſtris vel anguſtifolia* C. B. Baſ. p. 35. P. T. aut de Par. p. 342. I. R. H. VAILL. p. 109. qui vere diverſam eſſe affirmat fructu minori. Eadem MAPPI eſt ſententia.

Ad *Rheni* ripam eundo verſus *Crenzach* abunde. Circa *Sedunum.*

Caulis folioſus, brachiatus, ad tres pedes altus & ultra. Folia glauca, ſubhirſuta, ima petiolata, ſuperiora ad caulem auriculata, triangularia. Flores lutei exigui, in magnas umbellas denſiſſimas congeſti.

Ex non alia planta ſal volatilis uberior adſcendit WEDEL. Validior eſt ſativa & acrior MATTHIOL. ſaponacea, quod ex vi tinctoria manifeſtum

ſtum eſt; ad mala hypochondriaca PARACELSO laudata. Sativa colitur ob pigmentum coeruleum, quod in ſeptentrionali Europa ab antiquiſſimis temporibus in uſu fuit, nunc autem fere obſolevit, etſi durabilem praeſtat colorem, neque legitimi habeantur in Gallia colores pannorum nigri, aut coerulei, quibus color ex Iſatide non eſt pro fundamento. Ob incertitudinem ſucceſſus in coctione deſerta eſt BOYLE. Infuſo variolas expelli, & icterum ſanari apud Provinciales CHOMELIUS auctor eſt: & vim quidem reſolventem cum aliis tinctoriis plantis communem habet, Indico, Rubia, &c. Ad icterum, ad atram bilem reſolvendam, commendabat BOERHAAVE.

## *M Y A G R U M* VAILL. p. 171.
## *MYAGRUM* T. T. 99. & RAPISTRI Sp.
## *MYAGRI* LINN. n. 524. & *CRAMBES* n. 548. *SPECIES*.

Character eſſentialis eſt in fructu biloculari, aut triloculari, ſpiculo terminato, cuius unicus loculus plerumque foecundus eſt, ſemine unico, reliqui inanes.

1. MYAGRUM ſiliculis trilocularibus.
*Myagrum monoſpermon latifolium* C. B. Prodr. p. 52. bon. ic. p. 51. apud MATTH. p. 816. ZWING.
*Myagrum monoſpermon* C. B. Phyt. p. 173. I. B. II. p. 894. I. R. H.
*Myagrum hortenſe monoſpermon* AICHS. Aeſt. ord. 10. f. 8. f. 1.
*Raphaniſtrum monoſpermon latifolium, ſiliculis fungoſis, glabris, articulatis* H. OX. II. p. 267. ic. T. 21.
*Myagrum ſiliculis obverſe ovatis ſubſeſſilibus* CLIFF. p. 328. ROYEN. p. 330.
STAEHELINUS circa *Bühlbenken* agri *Solodorenſis*.

Folia glauca, ad caulem auriculata, leviter ſerrata, parum acuta, levia. Flores exigui, luteoli. Siliqua junior columellae ſimilis, adulta eſt inverſa pyramis, cuius baſi ſuperne adnaſcuntur duae ſiliquae ſemilunares, inter quas tuba educitur firmiſſima: Sed hae ſiliculae inanes ſunt, in ima vero pyramide ſemen eſt unicum.

2. MYAGRUM ſiliquae primo nodo ſtrictiori, altero globoſo ſtriato.
*Rapiſtrum monoſpermum* C. B. Phytogr. p. 133. Prodr. p. 37. cum icone, Baſ. p. 27. I. R. H. &c.
*Rapiſtrum monoſpermon* I. B. II. p. 845. RAJ. ſyll. exter. p. 217. Hiſt. p. 840. MAPP. p. 266. cum icone
*Raphaniſtrum monoſpermum latifolium capſulis ſtriatis tenuibus oblongiuſculis* H. OX. II. p. 267.
*Raphaniſtrum monoſpermum (rectius diſpermum) capſulis ſtriatis, tenuibus, oblongiuſculis* KNAUT. plant. Hal. p. 21.
*Raphaniſtroides* KNAUT. char. genuin. p. 165.
*Raphaniſtrum diſpermum* RUPP. flor. Ien. p. 57. BUXB.
*Crambe foliis lanceolatis dentato ſinuatis* LINN. Cliff. p. 340. ROYEN. p. 328.
C. B. Baſileae in agris ad *domum rubram*, & *Huningae* circa ſylvam. RAIUS circa *Genevam*. STAEHELINUS circa *Friedlingen*: ego inter *Bozingen*, & ſylvam *Bütenberg* verſus *Pieterlen*.

Habitus plantae & ſiliquae non permittit, ut a priori avellatur, etſi tum minor loculus pyramidalis, tum alter inpoſitus, ſtriatus, jugis ovatis, globoſus ſaepe, uterque ſemen habeat, quod olim MORISONUS monuit. Saepe autem alterutrum inanem eſſe, BAUHINORUM denominatio innuit. Caeterum caules pariter brachiati, folia glabra, petiolata, ima ſinuata, ſinubus dentatis, latiori obtuſo fine, ſuperiora obiter ſerrata. Flos major, quam ſodalibus, flavus. Tubae apex globoſus, ipſa vero longa & gracilis perſiſtit, ut in adfinibus, qua nota a *Raphaniſtro* evidenter ſeparatur.

3. MYAGRUM ſiliculis globoſis conpreſſis ſcabris LINN. Cliff. p. 328. ROYEN.
*Pſeudo Myagri alia ſpecies minor vaſculis rotundioribus* CAMER. Epit. p. 902. cum icone n. 5.
*An Myagrum I.* TAB. p. 865.
*Myagro ſimilis ſiliqua rotnnda* C. B. Phyt. p. 173. Prodr. p. 52. cum bona icone, PARK.
*Myagro adfinis herba capitulis rotundis* I. B. II. p. 895. RAJ. ſyll. p. 184. Hiſt. p. 839. ZWING. p. 435. cum icone.
*Myagrum monoſpermon hirſutum ſiliquis rotundis* LOES. p. 174. ic. 56.
*Raphaniſtrum ſiliqua minore rugoſa aſpera* H. OX. II. p. 267. cum mala icone T. 21. n. 5.
*Rapiſtrum arvenſe folio auriculato acuto* T. aut de Par. p. 299. I. R. H. VAILL. MAPP.
*Alyſſon folio Leucoii incano flore luteo* ERNDL. Virid. Warſ.
Supra *Biennam*, ni fallor, in vineis. Cl. DIVERNOI miſit *Neocomo*.

Habitus cum Iſatide, & Myagro & ſequente planta conſentit. Caulis brachiatus: folia ſagittata, hirſuta. Floſculi lutei exigui, fructus rotundus, ſpiculo eminente, per

per ſuperficiem ſcaber, ſepto medio diviſus in cavitatem inanem, & alteram ſemen habentem. Septi cum valvis connexio eminet, alam vocat I. B. Vide *It. Helv.* n. XVII.

## ORDO II.
## II. BILOCULARES.
## I. SEPTO VALVIS PARALLELO

## *ALYSSUM.*

*ALYSSI* T. T. 104. SP.
*MYAGRI* SP. LINN. n. 524.
& *ALYSSUM* LINN. n. 525.

Huc refero plantas, quibus ſiliqua ſubrotunda, capax, bilocularis, polyſperma, valvis ad ſeptum parallelis eſt; ſtylo ſuperſtite longiori, aut breviori. Ab Alyſſo Clypeola ſiliquis conpreſſis rotundis, emarginatis, Draba ſiliqua conpreſſa, longe elliptica differt.

1. ALYSSON foliis ſcabris, ſagittatis, leviter dentatis.
*Camelina* RUELL. p. 632.
*Linaria V.* TRAG. p. 358.
*Seſama, Flachsdotter*, EIUSD. p. 655. cum figura ſtrigoſiore.
*Myagrus* GESN. Tab. Coll. p. 91.
*Myagrum Dioſc. quod non eſt Seſamum* GESN. Hort. p. 281.
*Myagrum* EIUSD. Ind. quadril.
*Pſeudomyagrum* MATTH. p. 1172. LOBELIUS non bene monet Vaccariam ibi pingi, CAM. Epit. p. 901. non bene
*Camelina ſ. Myagrion* DOD. p. 532. cereal. p. 130.
*Dorella* CAES. p. 367.
*Cameline, Myagrum* LOB. l. c. p. 224.
*Myagrum ſativum* C. B. P. &c.
*Myagrum I.* TAB. p. 865. dubium eſſe poteſt an hoc, an prius, velit.
*Myagrum dictum Camelina* I. B. II. p. 892.
*Myagrum* RAI. 820.
*Myagrum majus ſeu ſativum* H. OX. II. p. 314. PLUKN. &c.
*Alyſſon ſegetum foliis auriculatis acutis* T. aut. de Par. p. 315. I. R. H. *flore & ſemine majori* RUPP. p. 69.
β *Pſeudo Myagrum alterum* CAM. Epit. p. 902. etſi de hoc & I. BAUHINI ſynonymis dubium ſit, an non ad ſequentem ſp. melius referantur.
*Myagrum Turcicum* I. B. II. p. 893.
*Myagrum ſylveſtre* C. B. Baſ. p. 27. P. RAJ. p. 820. ZWING. p. 434. cum icone.
*Myagrum ſylveſtre ſ. pſeudomyagrum* PARK. p. 867. deſcriptio, non vero icon.
*Myagrum minoribus capitulis ſ. ſylveſtre* H. OX. II. p. 315.
*Alyſſon ſegetum procerius foliis auriculatis acutis fructu aequali & minori* DILL. Cat. Gieſſ. p. 134.
*Alyſſon ſegetum elatius foliis auriculatis flore & ſemine minore* RUPP. p. 69.
*Alyſſon, myagrum ſylveſtre* VAILL. p. 11.

In ſegetibus circa *Baſileam* circa *Hohlehn*, *S. Margretae*, inter *S. Jacob* & *Muttenz*. *Göttingae* abunde.

Non diſtinguo, etſi ſativum laetius ſit, & fructu tumidiore. Eſt autem caulis cum foliis hirſutie ſubaſper, brachiatus, tripedalis. Folia ſagittata, elliptico lanceolata, mucrone acuto, obiter ſerrata. Petala pallide lutea, ungue lato, ovata bractea. Calycis ſegmenta alterne bina, gibba, ovata, caduca. Siliqua cordata, tumens. Tuba longitudine ſiliculae, permanens, ſed in adulto fructu brevior: globulus in apice deciduus. Semina multa, flava, pene ovata, hinc ſulco diviſa, baſi inciſa.

Seritur ob oleum, quod blandum exprimitur, in medicamentis praeſtabile TRAG. etiam edule DODON. In Alſatia frequens eſt.

2. ALYSSON foliis auriculatis glabris, profunde dentatis.
*Myagrum faetidum* C. B. Prodr. p. 51. Baſ. p. 27. PARK. p. 867. RAJ. 820. LIND. p. 94. T. i. (bene.)

In arenoſis ad pontem *Wieſae*. C. B. in M. *Fracto* & *Splügen* (Gottingae abunde)

Flore & fructu convenit: ſed folia ima laciniata, dentibus aliquot linearum longitudine, anguſtis, acutis: Superiora etiam profundius dentata, glabra omnia,

 graciliora

graciliora multo & longiora. Trita planta acriter faetet. Non tamen repugnaverim conjuncturo, nam gradus video intermedios.

3. ALYSSON foliis ellipticis, petiolatis, levibus, rarius ſerratis.

*Thlaſpi alpinum majus capitulis rotundis* C. B. Prodr. p. 49. Baſ. p. 31. PARK. H. OX. II. p. 293. ZWING. p. 430.
*Thlaſpi alpinum majus* RAJ. p. 822. *
*Draba alpina major* PLUKN. p. 132.
β *Thlaſpi tertium ſaxatile* CAM. Epit. p. 338.
*Thlaſpi petraeum Myagrodes* PON. apud CLUS. p. CCCXXXVIII. Ital. p. 185.
*Thlaſpi foliis globulariae affinis ſeu Alſinefolia cum Myagri foliis* I. B. II. p. 926. SCHEUCHZ. It. II. p. 143. It. VII. p. 508. cum deſcriptione
*Thlaſpi alpinum minus folio parvo crenato* C. B. Prodr. p. 48. deſcr.
*Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo* EIVSD. ib. ic. Baſil. p. 31. P. PARK. RAJ. Syll. p. 247. & cum deſcriptione p. 297. MAGN. ZWING. p. 430. &c.
Et *Thlaſpi parvum ſaxatile flore rubente* ZWING. l. c.
*Thlaſpi alpinum minus* RAJ. p. 821. *capitulis rotundis, caulibus ſuperioribus flexuoſis, foliis ſerratis* H. OX. II. p. 293. ex PONA
Et *Thlaſpi alpinum minus capitulis rotundis caulibus rectis foliis integris* H. OX. II. p. 293.
γ *Thlaſpi ſaxatile rotundifolium* C. B. Prodr. p. 48. PARK. RAJ. p. 833.

In alpibus non rara, locis ſaxoſis. Exiguum caule erecto, foliis ad radicem ſtipatis, ſimile iconibus C. B. & CAMERARII, reperitur in *Waſſerfall*, *in der Geiten*, circa *Mümmeliswyl*, in *Creux du vent* &c. Majus, laxius, caule procumbente, ſimile iconi PONAE, inter *Weiſſenburg* & balneum ejusdem nominis abunde. SCHEUCHZER ſuum ad ripam lacus *Rivarii* & in *Septimo* M. I. B. in *Rhaetia*. Rotundifolium HAGENBACH circa *Lauffen* legit, in petroſis.

Caules ad unam radicem multi, ceſpitoſi, modo pene nudi, modo folioſi, ramoſi. Folia ad terram conferta, uti in Draba 2, ex nigro virentia, petiolata, elliptica, modo integra, ut in γ, modo uno alterove dente ſerrata, modo tota dentata, ad caulem pauca, longa, & integra. Flores plurimi, exigui, albi, petalis ſubrotundis, integris. Ovarium piriforme, ſuperne latius, ſtylus brevis.

## *DRABA.*

*DILLEN* Cat. Gieſſ. nov. gen. p. 123. LINN. n. 535.
*ALYSSI* TOURNEF. Sp.

Ab Alyſſo differt fructu oblongo elliptico, ſuperius in acumen terminato. Stylus in aliis pene nullus, in aliis conſpicuus eſt.

1. DRABA caulibus nudis, foliis inciſis LINN. Cliff. p. 333. ROYEN. p. 333.

*Gensblume* BRUNF. II. p. 38.
*Paronychia vulgaris* DOD. p. 112. cum fructu
*Paronychia Alſinefolia* LOB. ic. p. 469. PARK.
*Paronychia ſiliquata minima* THAL. ic. 7. E.
*Thlaſpios ſpecies minima* THAL. p. 122.
*Alſine minima* TAB. p. 708. bene
*Burſa paſtoria minima oblongis ſiliquis verna loculo oblongo* I. B. II. p. 937. (foliis inciſis)
*Burſa paſtoris minor loculo oblongo* C. B. Baſ. p. 32. H. OX. II. p. 305.
*Alyſſon vulgare polygoni folio caule nudo* T. aut. de Par. p. 53. I. R. H.
Icones WEINM. T. 274. a. f.
β Varietas foliis inciſis C. B. VAILL.
*Myoſotis parva Dalech.* LUGD. p. 1318. mala icon
*Paronychia* GLANDORP p. 60.
*Burſa paſtoris minor, foliis trifidis, aliquando multifidis, loculo oblongo* H. OX. II. p. 406. KNAUT. p. 20. DILL. nov. gen. p. 123.
*Alyſſon vulgare Polygoni folio trifido* BOERH. II. p. 4.

Ubique in maculentis viarum verno tempore.

Foliorum ad terram ceſpes, viridium, ſubhirſutorum, petiolatorum, ellipticorum, nullo, aut uno, aut duobus dentibus inciſorum. Cauliculi duarum unciarum, & paulo ultra, rudi, umbellati. Petala profunde diviſa, alba. Tuba ſeſſilis, obtuſa. Siliqua elliptica, conpreſſa, cum brevi ſpiculo: Semina conpreſſa.

Ad paronychiam morbum miris modis laudat GLANDORP. Vires habet naſturtinae gentis.

2. DRA-

2. DRABA foliis hirſutis, incanis, ad terram ovatis, ad caulem pauciſſimis dentatis.

*Planta quam in m. Splügen obſervavit* I. B. II. p. 938. C. B. Phytop. p. 171.

*Burſa paſtoris alpina hirſuta* C. B. Prodr. p. 51. cum icone, PARK. RAJ. Syll. p. 80. Hiſt. p. 789. ZWING. p. 433.

*Burſa paſtoris alpina minor hirſuta foliis infimis integris, ad genicula vero crenatis, loculo oblongo* H. OX. II. p. 306.

*Alyſſon alpinum polygoni folio incano* I. R. H.

*Draba caule ramoſo folioſo foliis dentatis* LINN. Lap. n. 254. Cliff. p. 334. non autem *Lunaria contorta major* RAJ. quae caule alto, folioſo, & fructu diverſiſſima eſt.

In ſaxis vallis *Urſariae*. In M. *Fracto* & *Splügen* C. B.

A priori differt foliis integris, hirſutis, mollibus: Deinde, cum alpina ſit, altius tamen adſcendit. Spiculum capitatum. Ad diviſiones principes caulis unum alterumve foliolum, quali neque 1. neque 3 ſpecies penitus deſtituitur.

3. DRABA caule nudo, foliis gramineis, ciliatis.

*Phyllon thelygonon* Ic. poſt DIOSC. RUELL. ad L. III. c. 120.

An hoc *Sedum ſaxatile minus, folio margine piloſo, non ſerrato* GESN. Hort. p. 280. Non credo.

*Sedum petraeum montanum* LOB. adv. p. 163. ic. p. 380.

*Sedum alpinum VI.* CLUS. Pann. p. 491. cum icone ex LOBELIO

*Sedum minus XII. alpinum VI.* EIUSD. Hiſt. p. LXII.

*Phyllon arrhenogonum Dalech* LUGD. p. 1196.

*Leucojum luteum Aizoides montanum* COLUMN. II. p. 62. abſque icone

*Sedum alpinum hirſutum luteum* C. B. Baſ. p. 84. P. ZWING.

*Phyllon thelygonon Dalech* I. B. III. p. 762.

*Burſa paſtoris alpina roſea lutea folio craſſiuſculo, ſedi vermiculati more, ſed hirſuto, loculo oblongo itidem hirſuto* H. OX. II. p. 306.

*Paronychia ſediformis flore luteo, Leucojum luteum Aizoides montarum* RAJ. p. 789.

*Alyſſon alpinum hirſutum* SCHEUCHZ. It. II. p. 130. *luteum* EIUSD. It. VII. p. 509. ic. VIII. I. R. H. BOERH. TILL.

*Draba ſcapo nudo ſimplici foliis lanceolatis inciſis* LINN. Lap. n. 255. CLIFF. p. 333. ROYEN. p. 333. nomen non bonum

Frequens ubique in petroſis alpium & Jurae, v. g. in M. *Chaſſeral*, *Saleva*, *Falconario*, item in *Gemmio*, in montibus *Soglio* vicinis, *Tſchiera*, *Surſee* SCHEUCHZER. In M. *Regio* GESNER.

Radix perennis, lignoſa. Foliorum ad terram ceſpites denſiſſimi: reclinantur autem longa, graminea, acuta, ex ora ciliata, dura, ſublutea, nervo depreſſo. Caules aphylli, petala ovalia ambitu integro, flava: Siliqua uttinque acuminata ex ellipſi, ſpiculo permanente brevi, venoſa, & duriuſcula.

4. DRABA caule ramoſiſſimo, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis ROYEN. p. 333.

*Draba minima muralis Diſcoides* COLUMN. p. 274. ic. opt. p. 272.

An *Piloſella ſiliquata major* THAL. ic. VII. c.

*Burſa paſtoris major loculo oblongo* C. B. Prodr. p. 50. Baſ. p. 32. RAJ. p. 790. MURALT. p. 489. ZWING. p. 432.

*Burſae paſtoris ſublongo loculo affinis pulchra planta* I. B. II. p. 938.

*Burſa paſtoris major hirſuta capſula oblonga* H. OX. II. p. 305.

*Myagroides ſubrotundis ſerratiſque foliis flore albo* BARREL. ic. 816.

*Paronychia myoſotis major, Veronicae folio, loculo oblongo* PLUKN. p. 281.

*Alyſſon Veronicae folio* I. R. H. GARID. TILL. RUPP.

Non vulgare. Circa Baſileam reperi, locus excidit. C. B. ad *Birſam* & circa *Brüglingen*: ad S. *Jacob*, & ripam *Rheni*. HAGENBACH ex alpibus *Bernenſium* (procul dubio *Grindelianis*) MURALTUS videtur Tiguri indicare in arvis aridioribus.

Caulis parum ramoſus, ſi racemoſos petiolos in ſummitate excipias. Folia lata baſi caulem amplexa, hirſutie aſpera, breviter cordata, circumſerrata. Siliqua ex elliptica utrinque acuta, ſtylo brevi, valente. Semina multa, flava, hinc convexa, in de plana.

## *CLIPEOLA*

LINN. n. 523.

*ALYSSI* Sp. TOURNEF.

Ab Alyſſo differt fructu orbiculari, conpreſſo, utroque loculo diſpermo. Nam

 calyx

calyx perſiſtens in characterem admitti non poteſt, niſi plantas charactere naturali ſimillimas divellere ſuſtinuerimus.

1. CLYPEOLA annua, ſiliqua biloculari emarginata, ſtylo brevi.
*Alyſſon* CAMER. Epit. p. 558. ic. 1. optime.
*Alyſſum minimum* CLUS. p. CXXXIII. Pann. p. 473. cum bona icone.
*Paronychia II.* TAB. p. 804.
*Thlaſpi minus quibusdam, aliis Alyſſum minus* I. B. II. p. 928. RAJ. p. 829.
*Thlaſpi Alyſſum dictum campeſtre majus* C. B. Baſ. p. 31. P. H. OX. II. p. 291.
*Thlaſpi Alyſſon incanum luteum lunato utriculo* BARR. ic. 908. n. II. 912. n. II.
*Alyſſon incanum luteum ſerpylli folio majus* T. aut. de Par. p. 52. I. R. H. &c.
*Alyſſon incanum luteum ſerpylli folio annuum* VAILL. p. 10.
*Clypeola ſiliculis bilocularibus tetraſpermis* LINN. Cliff. p. 329. ROYEN. p. 332.
β *Alyſſum minus Dalech.* LUGD. p. 1142. niſi alterum eſt n. 2.
*Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus* C. B. Baſ. p. 31. H. OX. II. p. 291. ZWING. p. 429. &c.
*Alyſſon incanum ſerpylli folio minus* T. aut de Par. p. 52. pro varietate I. R. H.
γ *Alyſſon incanum ſerpylli folio fructu nudo* I. R. H. GARID. TILL.
*Thlaſpi alyſſon dictum minus capſulis majoribus rotundis non foliatis* MAGN. bot. p. 251. ſyll. RAJ. p. 246.
*Thlaſpi minus clypeatum II.* TAB. p. 466.
II. *Chamaepitys I.* FUCHS. p. 885.
*Ajuga ſ. Chamaepitys altera* MATTH. p. 941.
*Chamaepitys tertia* DOD. p. 45. 46. *ſ. altera. matthioli* LUGD. p. 1160.
*Chamaepitys incana exiguo folio* C. B.

Nihil frequentius locis ſiccis, ad vias, & in muris.

Radix annua, exilis. Cauliculi plurimi, procumbunt, deinde eriguntur, ramoſi, dodrantales aut minores, una cum foliis incani, hirſutie ſubaſperi. Folia gracilia, lanceolata, dura & ſicca, confertiſſima, Spica conferta in ſummis ramis. Calyx ovalibus ſegmentis, diu permanens, tandem deciduus, unde videtur orta eſſe varietas n. γ. Petala parum calyce longiora, inciſa, luteola, per aetatem, nam ſero delabuntur, exalbeſcunt, quam varietatem in agris M. *Legerii* retro ſpeculam naſci ait SCHEUCHZERUS in *catal.* Fructus orbiculatus, utrinque modice tumens, circumferentia diſtincta, ſpinula ex modico hilo exeunte brevi. Semen lenticulare, margine tenui foliaceo auctum.

2. CLYPEOLA perennis, ſiliqua biloculari rotunda, ſtylo longiore.
*Alyſſon* CAMER. epit. p. 558. ic. 2.
*Polium Alpinum flore luteo* AICHST. Aeſt. ord. 2. T. 3. f. 2.
*Ionthlaſpi luteo flore incanum diſcoides umbellatum montanum* COLUMN. p. 281. ic. p. 280. optime.
*Thlaſpi ſupinum luteum* LOB. ic. p. 220. huc revocant, cujus certe icon non bona eſt.
*Thlaſpi montanum incanum luteum* C. B. Prodr. p. 49. icon. *ſerpylli folio majus* H. OX. II. p. 292. ZWING. p. 429. cum altera icone &c.
*Thlaſpi montanum luteum* I. B. II. p. 928. RAJ. p. 830.
*Alyſſon Anguillarae* I. B. II. p. 934.
*Thlaſpi Thymifolio utriculo ſubrotundo, mucronato hiſpanicum* BARR. ic. 807. BOCCON. p. 72. T. 67. Ita VAILL.
Annon etiam *Thlaſpi minus incanum flore albo ſubrotundo utriculo* BARREL. ic. 912. n. 1.
*Alyſſon perenne montanum incanum* T. aut. de Par. p. 383. cum deſcr. VAILL. p. 10.

C. B. circa *Birſeck.* Nunquam reperi.

Radix perennis. Caulis durior, diffuſior, minus capitatus. Calyx deciduus.

## *L U N A R I A.*

TOURNEF. T. 105. LINN. n. 534.

Calycis foliola bina longiora, deorſum gibba, petala ſubrotunda. Siliqua ovata maxima, planiſſima. Semina reniformia, conpreſſa.

1. LUNARIA foliis cordatis, perennis, ſiliqua longiore.
*Lunaria Graeca ſiliquis oblongis* GESN. Tab. Coll. p. 87.
*Lunaria odorata, aliis Lunaria Graeca, major* GESN. Hort. p. 266.
*Lunaria flore inodoro* GESN. Epiſt. p. 94.
*Viola latifolia, lunaria odorata* CLUS. p. 297. ic.
*Lunaria latifolia perennis* DOD. p. 162. abſque icone.
*Lunaria Graeca ſiliquis oblongioribus* THAL. p. 74.
*Lunaria Graeca altera* CAES. p. 369.
*Lunaria Graeca perennis* AICHST. Vern. Ord. I. T. 7. f. 2.

*Viola*

*Viola lunaria major ſiliqua oblonga* C. B. P.
*Lunaria major ſiliqua longiore* I. B. II. p. 882. I. R. H. DILL. &c.
*Viola Lunaria major perennis ſiliqua oblonga* IC. REG.
*Leucojum majus perenne ſiliqua lunata longa mucronata* H. OX. II. p. 246. HERM.
*Viola lunaris longioribus ſiliquis* RAJ. ſyll. p. Hiſt. p. 788.
*Lunariae foliis cordatis* CLIFF. p. 333. ROYEN. p. 332. ſpecies perennis.
β *Minor odorata* FABR. in *M. Galanda* poſt ARET. p. 235. b. I. C. BAUH. in *M. Fracto*.
*Lunaria flore odorato* GESN. Epiſt. p. 94.
γ *Flore albo* I. R. H.

Major in Helvetia non rariſſima eſt. Abunde in ſylvis circa *Creux du Vent*. In M. *Saleva* I. B. Circa *Weſen* C. GESNER.

Radix fibroſa, intricata, dura. Caulis ad tres pedes altus, durus, brachiatus. Folia longe petiolata, cordata, circumſerrata. Flores ſparſi per ramos: Calyx, ut in charactere, duo quaſi calcaria demittit. Petalorum unguis longus, bractea rotunda, purpurea, venoſa. Apices ſagittati. Siliqua intra florem petiolata (uti Lychnides pleraeque, papavera &c.), ex ovato elliptica, utrinque acuminata, planiſſima, ſtylo perſiſtente, valvis decoloribus, ſepto argenteo. Semina reniformia, conpreſſa.

Acerrima eſt cum amaritie GESNER.

2. MURALTUS ſpeciem flore rotundo ait in quibusdam alpibus naſci. Sed priorem, puto intelligit.

## ORDO III.
## I. SILIQUA BREVIORI.
## II. BILOCULARI.
## II. SEPTO AD VALVAS NORMALI

## *BISCUTELLA.*

LINN. n. 531
*THLASPIDIUM* TOURNEF. T. 101.
*PERSPICILLUM* HEIST. *Cat. Hort.* 1731.

Facile eſt diſtinctu duabus ſiliculis rotundis, planis, monoſpermis, ita conjunctis, ut exigua parte ſe contingant. Stylus primo quadruplo longior ſiliqua, deinde fere aequalis.

1. BISCUTELLA folio aſpero dentato, ſiliqua levi.
*Thlaſpi clypeatum* CLUS. Pann. p. 471. Hiſt. p. CXXXIII. penitus glabrum pingitur.
*Thlaſpi parvum Hieracifolium, ſ. Lunaria lutea Monſp. & Leucojum luteum marinum, & Biſcutella* LOB. ex CLUSIO p. 214.
*Thlaſpi quoddam genus in monte Iuliani* CAES. p. 366. certe hujus generis eſt.
*Thlaſpi minus clypeatum I.* TAB. p. 466.
*Leucojum montanum II.* THAL. p. 69.
*Lunaria lutea* LUGD. p. 1214. absque icone.
*Leucojum Alyſſoides umbellatum montanum* COLUM. p. 283. ic. opt. p. 285.
*Lunaria biſcutata* I. B. II. p. 935.
*Thlaſpi biſcutatum, hieracifolium aſperum & majus* C. B. P. RAJ. p. 836.
*Leucojum biſcutatum aſperum Hieracifolium majus* H. OX. II. p. 248. HERM. &c.
*Leucojum luteum minus Hieraciifolio* BARK. ic. 1227. bene &c.
*Thlaſpi biſcutatum, Hieracii folio, pallido flore* EIUSD. ic. 900. ex CLUSIO.
*Thlaſpidium Monſpeliacum hieracii folio hirſuto* I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 50. MAGN. Char. p. 248. &c.
*Biſcutella ſiliculis orbiculatodidymis a ſtylo dehiſcentibus* LINN. Cliff. p. 329. ROYEN. p. 337.

In alpinis pratis minime rarum: Inter *Felſenburg* & *Canderſteg* ad viam in pratis: Inter *Grindelwald* & rupes glaciales. In *Neunenen*, *Rohtenhorn* &c. HUBERUS inter *Vettis* & *Melimpſch*: SCHEUCHZER in *Waldnacht*, *Joch*, & *Surenen*.

Folia per terram multa, petiolata, hirſutie aſpera, ſicca, per oram rectis & diſſitis dentibus ſerrata, ambitu toto longe elliptico. Caulis pene nudus, brachiatus. Flores umbellati. Calyx ſubluteus. Petala, ex ungue anguſto, ſubrotunda, ſulfurea. Siliquae leves, tuba ex hilo paulo ſiliqua brevior. Semen unicum planiſſimum, conpreſſum. Sapor ſinapinus, acerrimus. Flores odorati.

*Thlaſpidium alpinum flore pallide luteo* I. R. H. idem noſtro eſt, uti vidi in ſpeciminibus ex alpibus *Cottiis* adlatis.

2. BISCUTELLA foliis raro dentatis, ſiliqua aſpera.
*Thlaſpi biſcutatum luteum Anchuſae folio* BOCC. Muſ. di Piant. p. 167. T. 122. PLUKN. Amalth. p. 201.
*Thlaſpidium Anchuſae folio* I. R. H. SCHEUCHZ. It. V. p. 428. It. VII. p. 519.

SCHEUCHZERUS in deſcenſu a *Joch* verſus *Engſtlen*, & *Waldnacht*, ſi quidem omnino aliam a priori plantam vidit. I. GESNER in alpp. plerisque, ſed videtur de priori dicere.

Quam cum hoc nomine miſit I. G. differt foliis latioribus, parum dentatis, ad caulem etiam magnis multisque, ſiliqua maxime per totam ſuperficiem aſpera, & calcaribus calycis inſignibus, deſcendentibus, ejusque foliis in tubum conjunctis Stylus ſiliqua multo longior.

## *C O R O N O P U S.*

KNAUT. Meth. p. 169.

Princeps nota eſt in ſiliculis transverſim latioribus, quarum quaelibet paulo minor eſt circulo, per ſegmentum conjunctis, criſtatis totis & verrucoſis, monoſpermis; tum in loco flores producendi, qui in ramorum diviſionibus coſtae foliorum inſident, vel absque petiolo, vel ex petiolo brevi ramoſo, coſta folioſa multo breviore, exemplo in hac gente unico. Ceterum flos patulus, calyx ſubrotundis foliolis, petala leniter emarginata, tuba brevis, globulo ornata, decidua, loculi monoſpermi, ſemine unico, ovali, foeti.

I. CORONOPUS RUELL. p. 373.

*Coronopus Ruellii* GESN. hort. p. 255*b*. nomen, LUGD. p. 670. non bene, RAJ. p. 843. BLACKW. T. 120.
*Ambroſia* MATTH. p. 851. LUGD.
*Pſeudo Ambroſia* CAM. Epit. p. 596. optime.
*Cornu Cervi alterum genus* DOD. p. 110. bene
*Coronopus repens Ruellii, & Cornu cervi alterum vulgi* LOB. p. 438. LVGD.
*Carara* CAES. p. 370.
*Coronopus repens, coronopus hortenſis* TAB. p. 103.
*Coronopus Ruellii ſ. Naſturtium verrucoſum* I. B. II. p. 919. RUPP.
*Ambroſia campeſtris repens* C. B. Baſ. p. 41. P.
*Naſturtium verrucoſum, capſula bivalvi aſpera, ſeu hirſuta* H. OX. II. p. 302. HERM.
*Naſturtium ſylveſtre capſulis criſtatis* T. aut de Par. p. 26. cum deſcriptione, I. R. H. & T. 102. K. M. N. ZANICH. p. 192. ic. 115.
*Cochlearia foliis pinnatifidis* LINN. Cliff. p. 331. ROYEN. p. 335.

Circa *Genevam* copioſe ad vias RAI. *Baſileae* rarior.

Caules ex communi ortu adcurate ad terram reclinati, ramoſi & folioſi. Folia tenuiter diviſa, longa coſta nuda, pinnis alternis diſſitis, paucis, & ipſis dentatis & ſemipinnatis, ipſis denuo dentibus inciſis. Flores albi, perexigui, patentes, petalis ovatis.

Recipitur in medicamentum ad calculum D. STEPHENS HARTLEY de *med. lithontript.* Acris eſt & naſturcini ſaporis.

## *I B E R I S.*

DILL. nov. gen. p. 123. LINN. n. 529.

*THLASPIDIUM* RIV.

Eſſentialis character eſt in florum petalis, quae duorum ordinum ſunt, duo ex ambitu umbellae majora, ovata, ex calyce patentia, duo interiora minima, reflexa. Caeterum ſiliqua Thlaſpios, loculi monoſpermi, aut diſpermi:

I. IBERIS foliis pinnatis, caule nudo, non ramoſo.

*Paſtoria burſa minor* DOD. p. 103. bene
*Paſtoria burſa minima* LOB. p. 221. ex DOD.
*Burſa paſtoris folio glabro ſpiſſo* I. B. II. p. 637. pro I. & II.
*Burſa paſtoris minor foliis inciſis* C. B. Baſ. p. 31.
*Burſa paſtoris minor foliis alatis coſtae mediae e regione adhaerentibus, uno inpare extremum claudente* H. OX. II. p. 305. T. 20. f. 4.
*Iberis foliis ſinuatis caule ſimplici* LINN. Cliff. p. 319. ROYEN. p. 336.
II. *Naſturtium petraeum* TAB. p. 451. bene, RAJ. p. 827. Syn. III. p. 303.
*Thlaſpidium arvenſe minimum folio glabro ſpiſſo* RUPP. p. 218. pro I. & II.
III. Omnino conjungendum videtur, licet ſeparet TOURNEFORTIUS
*Naſturtium minimum Monſpelienſe caule aphyllo* C. B.
*Naſturtium minimum vernum foliis tantum circa radicem* MAGN. Bot. Monſp. p. 187. cum icone certe ſimillima, RAJ. p. 827. I. R. H. PLUKN. GARID. TILL.
*Burſa paſtoris minima foliis tantum circa radicem* MAGN. Char. p. 247.

In

In agris ad *novam domum* C. B. Extra ſylvam prope *Wyl* CHERLER. Sed rarior eſt.

Ex radice ceſpes emittitur foliorum ad terram adpreſſorum, coſta nuda, pinnis ſimplicibus conjugatis, paulatim majoribus, extrema folium terminante ampliſſima, rotunda, firmulis omnibus, ex atro virentibus, leviſſimis. Non raro pinnae cum nervo late coaleſcunt. Cauliculi vix ramoſi, pene aphylli, trium unciarum. Floſculi congeſti, albi. Siliquae cordatae, emarginatae: in quolibet loculo duo ſemina conpreſſa.

2. IBERIS foliis ſurſum lateſcentibus dentatis.

*Thlaſpidium 3.* TRAG. p. 85. obſcure.
*Thlaſpi Allobrogicum Cretico par flore niveo* CLUS. p. CXXXII. abſque icone
*Thlaſpi amarum* TAB. p. 462.
*Thlaſpi umbellatum arvenſe amarum* I. B. II. p. 925. RAJ. ſyllog. ext. p. 246. Hiſt. p. 835. I. R. H.
*Thlaſpi umbellatum arvenſe Iberidis folio* C. B. Phyt. p. 166. (deſcript) Baſ. p. 51. P. H. OX. II. p. 295. &c.
Et *Thlaſpi allobrogicum parvum odorato flore* H. OX. II. p. 295. ex CLUSIO
*Thlaſpidium folio Iberidis* RIVIN. Tetrap. Irreg. T. 112.

Circa *Genevam* I. B. paſſim & RAI. In agris circa Baſileam v. g. circa S. *Louis.*

Caulis firmus, erectus, cubitalis, in ſummitate ramoſus, plana, ampla, & denſa umbella terminatur. Folia ad caulem multa, alterna, ſucculenta, eundo lateſcunt, rectis tribus, quinque, & ultra dentibus ſerrata. Calyx violaceus: petala alba, ſtamina flava, ſiliculae rotundae, emarginatae, alatae, alis in cornua deſinentibus. Tuba longitudine pene ſiliquae: in quolibet loculo unum ſemen, ex ſumma ſiliqua pedulum.

RAPHANUM ruſticanum, quae *Cochleariae* ſpecies eſt, infra *Lauſannam* ſponte naſcentem reperit GESNERUS *Hort. Germ.* p. 273 *b.* Verum ipſe ſuſpicatur, caſu eam plantam in pratum portatam fuiſſe

## *NASTURTIUM.*
T. T. 102.
& *LEPIDIUM* T. T. 103.
& *THLASPI* T. T. 101.
& *BURSA PASTORIS* T. T. 103.
*LEPIDIUM* LINN. n. 527.
& *THLASPI* EIUSD. n. 530.

Calyx absque calcare. Petala patentia, ovata. Siliqua ſubrotunda, conpreſſa, margine non alato, valvis introrſum excavatis, deorſum anguſtatis, in duobus loculis totidem aut plurima ſemina continet. Spiculum breve aut nullum.

### ORDO I.
### SEMINIBVS BINIS.
### LEPIDIVM LINN.

1. NASTURTIUM foliis imis multifidis, ſuperioribus integris, peranguſtis.

*Burſa paſtoris minor* BRUNF. III. p. 30.
*Thlaſpi anguſtifolium* FVCHS. p. 307.
*Burſa paſtoris quarta* TRAG. p. 214.
*Thlaſpidii genus* EIVSD. p. 83. cum icone
*Herba ignota* Lepidion, *vel Iberidi cognata* GESN. Tab. p. 82 *b.*
*Iberis* MATTH. p. 293. bene cum foliis inferioribus latioribus, GESN. Hort. p. 262 *b.* ex MATTH. CAM. Epit. p. 184. CAES. p. 363.
*Thlaſpi minimum* DOD. p. 715.
*Thlaſpi minus hortenſe vulgare oſiridis folio, acerrimum, luteum & album* LOB. p. 214.
*Iberis II.* TAB. p. 457.
*Thlaſpi minus Germanicum* EIUSD. p. 465. cum ſemine
*Thlaſpi anguſtifolium Fuchſii ſ. Naſturtium ſylveſtre* JOH. BAUHINI. I. B. II. p. 914.
*Iberis naſturtii folio* C. B. ex MATTH. PARK. RAJ. p. 827.
*Naſturtium ſylveſtre oſyridis folio* C. B. Baſ. p. 30. ex MATTH. &c.
*Naſturtim ſylveſtre oſyridis folio capitulis minimis* H. OX. II. p. 301.
*Naſturtium ſylveſtre I. Bauhini, anguſtifolium Fuchſii* RAJ. p. 825. recte conjungit plantas C. B.
*Naſturtium ſylveſtre tenuiter inciſum, minori fructu* I. R. H.
*Lepidium foliis radicalibus dentato pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis* LINN. Cliff. p. 331. ROYEN. p. 335.

Baſileae

Baſileae ad S. *Jacob*, tum *Seduni*, *Viviſci*, ad muros.

Caules lignoſi, erecti, pedales & ultra, ramoſiſſimi. Folia ima multifida, pinnis coſta non latioribus, anguſtiſſima, acuta: ſuperna ſimplicia, modo longa, lanceolata, modo anguſtiſſima. Flores albi, perexigui, in copioſiſſimas umbellas. Siliquae ex rotundo conpreſſae, apice leniter emarginato, ſpiculo breviſſimo. In quovis loculo ſemen unicum, aurantium, loculi magnitudine.

Acri eſt ſapore naſturtii. Semen ad hydropem laudat S. PAULI.

2. THLASPI fruticoſum Thymbrae folio hirſutum C. B. H. OX. II. p. 298. PLUKN. SCHEUCHZER. It. VII. p. 519.

*Thlaſpi hiſpanicum albo flore* CLUS. p. CXXXII.
*Thlaſpi fruticoſum alterum* LOB. p. 218. LVGD. RAJ. p. 833.
*Thlaſpi fruticoſum II.* TAB. 468.
*Thlaſpi fruticoſum alterum Lobelii* I. B. II. p. 930.

SCHEUCHZER invenit in arenoſis Valleſiae inferioris, ſed non levis eſt ſuſpicio, vidiſſe Eum plantam n. 1. Caeterum multo amplior huic eſt ſiliqua, ſumma parte lata, emarginata, pariter diſpermos, habitus humilis, folia pariter anguſta, copioſa.

3. NASTURTIUM (Thlaſpi) ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis LINN. Cliff. p. 330. ROYEN. p. 333.

α Folio ſerrato, molliter hirſuto, vulgatius.
*Thlaſpi latifolium* FVCHS. p. 306. bene
*Thlaſpi* TRAG. p. 87.
*Thlaſpi II.* TAB. p. 458. bene
*Thlaſpi vulgatius* I. B. II. p. 921. RAJ. p. 830. T. aut. de Par. p. 233. I. R. H.
*Thlaſpi arvenſe Vaccariae folio incano majus* C. B. Baſ. p. 30. H. OX. II. p. 294.
β Varietas folio glabro, vix ſerrato.
*Thlaſpi I.* MATTH. p. 566.
*Thlaſpi* CAMER. Epit. p. 336.
*Thlaſpi alterum* DOD. p. 712.
*Thlaſpi vulgatiſſimum Vaccariae folio* LOB. p. 213.
*Thlaſpi majus III.* TAB. p. 459.
*Thlaſpi arvenſe acetoſae folio* C. B. RAJ. p. 831.
*Thlaſpi vaccariae ſeu acetoſae lato levique folio* H. OX. II. p. 293. PLUKN.
*Thlaſpi Vaccariae folio glabrum* RAJ. ſyn. III. p. 305.
*Thlaſpi vulgare* BLAKW. T. 107.

Ubique ad muros, ad agrorum ſemitas &c.

Caulis non ramoſus, niſi ex ſummitate, cubitalis, erectus, brevi & molli hirſutie tegitur. Folia mollia, glauca, plerumque brevibus pilis pubeſcunt, ima petiolata, modo ovata, dentata, modo ſemipinnata, inciſa, laciniata, continuo marceſcunt. Superiora ſagittata, caulem amplectuntur dentata. Calycis foliola ſubrotunda, rufa macula notata. Petala quatuor alba, fine ſubrotundo. Stamina parum inaequalia. Silicula ex ovato diminuta, parte ſuperna inani, quod vocant *alatum eſſe*. In utroque loculo ſemen unicum. Quare, ſi haec nota naturalis eſt Naſturtii, eo eſt huic plantae migrandum.

## ORDO II.
## SEMINIBVS PLURIBVS.
### *THLASPI* LINN.

Ordo naturae, habitus, confluentes gradus capſularum alatarum cum non alatis, conjungunt has plantas, quas ob ſolum ſeminum numerum ſeparare vetat analogia.

4. NASTURTIUM foliis imis ovatis, reliquis amplexicaulibus, cordatis.

*Thlaſpi montanum minus* CLUS. Pann. p. 468.
*Thlaſpi pumilum* EIVSD. ib. p. 469.
*Thlaſpi III. pumilum* EIVSD. Hiſt. p. CXXXI.
*Thlaſpi minimum Cluſii* TAB. p. 467.
*Thlaſpi perfoliatum minus* C. B. Baſ. p. 31. PARK. I. R. H. RUPP. &c.
*Thlaſpi arvenſe perfoliatum minus* RAJ. Hiſt. p. 832. H. OX. II. p. 294. PLUKN. &c.
β *Thlaſpi oleraceum* TAB. p. 462 bene
*Thlaſpi alterum mitius, rotundifolium, burſae paſtoris fructu* COLUMN. p. 278. ic. p. 276. ſed habet ſpiculum.
*Thlaſpi perfoliatae ſ. Braſſicae campeſtris folio majus* C. B. Phytogr. p. 163.

*Thlaſpi*

*Thlaſpi arvenſe perfoliatum majus* C. B. Baſ. p. 30. P. PARK. RAJ. p. 832. H. OX. II. p. 294. T. aut de Par. p. 233. I. R. H. VAILL. &c.

*Burſa paſtoria foliis perfoliatae* I. B. II. p. 938.

In agris, vallis urbium, collibus apricis macilentis, non rara.

Caulis erectus, a duabus unciis ad cubitum altus, non ramoſus. Folia glauca, levia, ex radice petiolata, ovata, ad caulem pauca, amplexicaulia, obtuſe cordata, obiter ſerrata, aut integra. Flores pauci caulem terminant, petalis ex longo ungue rotundulis, albis, calycis foliolis ovatis. Siliqua hilo exſecta, margine non cavo, planiſſimo, alata, ſpiculo minimo. Semina majuſcula, ovata, ſulco diviſa.

5. NASTURTIUM (*Thlaſpi*) ſiliculis orbiculatis foliis oblongis dentatis glabris LINN. Cliff. p. 330. Lap. n. 521. ROYEN. p. 333.

*Thlaſpi* RUELL. p. 409. BLAKW. T. 68.

*Thlaſpi allium redolens* GESN. Tab. Coll. p. 111. Epiſt. p. 57 *b*

*Thlaſpi verum* EIUSD. Coll. p. 110. Hort. p. 284.

*Thlaſpi II.* MATTH. p. 567. optime CAMER. Epit. p. 337.

*Thlaſpi latius* DOD. p. 712.

*Thlaſpi Dioſcoridis, Drabae & Chamelinae folio* LOB. p. 212.

*Thlaſpi majus* TAB. p. 458.

*Thlaſpi cum ſiliquis latis* I. B. II. p. 923.

*Thlaſpi arvenſe ſiliquis latis* C. B. Baſ. p. 30. T. aut. de Par. p. 233. I. R. H. &c.

*Thlaſpi Dioſc.* RAJ. p. 831.

*Thlaſpi arvenſe ſiliculis latis* H. OX. II. p. 293.

Frequens hortorum & agrorum vicium.

Caulis brachiatus, pedalis, & altior, anguloſus. Folia ſublutea, glabra, ſagittata, caulem amplexa, longe elliptica, obiter ſerrata. Petala leniter emarginata. Siliquae planae, latiſſimae, alis ſolidis laxe verum ovale ovarium circumdantibus. Hilus conſpicuus, ſpiculum pene inviſibile. Semina utrinque fere quatuor, ab affinibus valde diverſa, nigra, ſulcis ordinatis profunde inſcripta.

Odor peſtilens, alliatus. Haec Theriacae additur, neque alio in uſu eſt: Poſſet tamen ad ea uſurpari, quibus Eruca aut Sinapi medetur ETTMULLER. Excellit enim vi alcalina, ſudorifera, antiſcorbutica, maxime ſi cum ſaccharo & vino ſemen teratur, alioquin nimis putreſcibile BOERH.

6. NASTURTIUM (THLASPI) ſiliquis verticaliter cordatis LINN. Lap. n. 252. Hort. p. 330. ROYEN. p. 334.

α Varietas major foliis tantum ſerratis

*Burſa paſtoris major folio non ſinuato* C. B. Phyt. p. 170. Prodr. p. 50. Baſ. p. 31. &c.

*Burſa paſtoris major foliis non ſinuatis* PARK. p. 866. &c.

*Burſa paſtoris capſula cordata foliis non ſinuatis* H. OX. II. p. 304.

*Thlaſpi fatuum Burſa paſtoris dictum, folio integro* PLUKN. p. 365.

Icones WEIMANN. T. 274. *d.* & *c.*

β Varietas major foliis ſemipinnatis.

*Burſa paſtoris major* BRUNF. III. p. 36. GESN. hort. p. 251.

*Burſa paſtoris* DORST. p. 54 *b.* bene TRAG. p. 215. GESN. Tab. Coll. p. 94. l. 64. MATTH. p. 569. LOB. p. 221. CAMER. Epit. p. 340. CAES. p. 365. RAJ. p. 838. BLAKW. T. 5.

*Paſtoria burſa* RUELL. p. 458. FUCHS. p. 611. DOD. p. 103.

*Thlaſpi fatuum* GESN. hort. p. 284.

*Burſa paſtoria major* TAB. p. 198.

*Burſa paſtoria* I. B. II. p. 936.

*Burſa paſtoris major folio ſinuato* C. B. Baſ. p. 31. T. aut. de Par. p. 11. I. R. H. ZANICH. p. 49. ic. 244. MAGN. Char. p. 246.

*Burſa paſtoris major capſula cordata foliis laciniatis* H. OX. II. p. 305.

Icones WEINMAN. T. 274. *e. g.*

γ Minor, foliis ſimilis, caule vix ramoſo.

*Burſa paſtoria minor* GESN. hort. p. 251. TAB. p. 199. bene, HOFM. WEINMAN. T. 274 *b*

*Burſa paſtoria media* C. B. Phyt. Baſ. p. 31. P. I. R. H. &c.

*Burſa paſtoris minor capſula brevi cordata foliis ſinuatis* H. OX. II. p. 305.

δ Hujus γ varietas foliis tenuius inciſis, concinnis.

*Burſa paſtoris major foliis eleganter inciſis inſtar Coronopi repentis* C. B. pro varietate, HERM. hort. I. R. H. RUPP. BUXB. &c.

Nihil vulgatius in hortis, pratis, viis, ubique, toto anno.

Folia ſubhirſuta, ad terram ceſpitem faciunt, coſta lata, pinnis conjugatis, progrediendo majoribus, aut ſimplicibus, acutis, aut uno alterove dente inciſis, ultima la-

ma latiſſima, inpari, rhomboidea, tridentata. In varietate vero α folia elliptica, acuta, vel modice dentata, vel integerrima ſunt. Caulis brachiatus. Petala patentia, brevi ungue, ambitu ſubrotundo, albo. Tuba globoſa. Silicula triangularis, modica ſpinula Semina multa, ovata, conpreſſa, ſulco diviſa.

Tota odore eſt cum nauſea dulci, absque acrimonia muriatica, quae in tota gente eſt: ut mireris a BOERHAAVIO pro ignea deſcriptam eſſe, deſtillata tamen veſtigia alcalinae indolis oſtendit. Omnium conſenſu extus adplicata ad haemorrhagias prodeſt, TRAG. apodix. p. 279. 311. & ad cephalalgias WELSCH *Mictom.* p. 29. Sed & intus ad ſanguinis ex pulmone, ex utero, profuſiones, magnis auctoribus laudatur. Aqua, recte monente TOURNEFORTIO, & ETTMULLERO, nullius eſt momenti, quam tamen mictui cruento parem judicaverat MAYERNE.

## *L E P I D I U M.*

Siquidem vacat hoc nomen, impoſui plantae, quae a Thlaſpi differt ſilicula longum, & perſiſtentem, ſtylum emittente. Caeterum ſemina habet utrinque modo unum, modo plura.

1. LEPIDIVM caule erecto, foliis cordatis, ſuperioribus amplexicaulibus.
   - *Thlapſi Badenſe* CLUS. Pann. p. 465. ic. p. 467.
   - *Thlaſpi montanum II.* EIUSD. p. CXXXI.
   - *Thlaſpi album ſupinum I.* TAB. p. 463.
   - *B hlaſpi alpinum Bellidis coeruleae foliis* C. B. Baſ. p. 31. H. OX. II. p. 296. PLUKN. MAGN.
   - *Thlaſpi montanum Burſae paſtoris folio* COLUMN. p. 275. ic. p. 276. & forte etiam *alterum* ib.
   - *Thlaſpi foliis globulariae* I. B. II. p. 926. RAJ. p. 832.
   - *Thlaſpi alpinum ſupinum* ZWING. 429. ex TAB.
   - *Burſa paſtoris montana folio globulariae* I. R. H. SCHEVCHZ. It. I. p. 32.
   - *Thlaſpidium alpinum foliis globulariae* RUPP. p. 218. Cur inter difformes? Neque enim vel Helvetica, vel Germanica ſpecimina petalis ſunt inaequalibus.
   - II. *Thlaſpi rotundifolium Thuringicum* CAMER. hort. p. 168.
   - *Thlaſpi folio rotundo* C. B. Phytogr. p. 164. I. B. II. p. 926.

Paſſim in petroſis. Copioſiſſime in via, qua a ſylva *Geiten* deſcenditur ad vallem, quae ducit ad *M. Vogelberg*, ſupra *Gurnigel*; in *Chaſſeral.* C. B. in *Waſſerfall*, *Muteto*, ſupra Dornach. I. B. circa *Delsperg.* SCHEVCHZER ſupra *Badam* in M. *Legerberg*, locis ſaxoſis.

Radix perennis, multiceps. Roſae foliorum ad terram, petiolatorum, ovalium, firmorum, ſucculentorum, uno alterove dente notatorum. Ad caulem diſſita ſunt, amplexicaulia, cordata, obtuſa. Caules parum ramoſi, dodrante humiliores. Calyx lividus. Petala aequalia, ovata, integra, lactei coloris, apices globoſi, aurei. Silicula pene triangularis, emarginata, tumida; in quovis loculo ſemen unum ovatum, exiguam partem loculi replet: ſpiculum ſiliquae pene aequale. Semen flavum, lenticulare, ab altero latere ſulco inaequaliter diviſum.

* 2. THLASPI alpinum repens BURSER apud C. B. Prodr. p. 49. RAI. p. 833. Circa thermas Fabarias.

Cauliculi plures per terram repandi, ad quinque uncias adſurgunt. Folia ſubrotunda, inordinata. Flores copioſi, albi, ſpecioſi. Siliquae ſimiles Thlaſpios Bellidis foliis n. 1.) Sapor Erucae.

An fuerit idem Lepidium 3?

3. LEPIDIVM caule repente, foliis ovatis amplexicaulibus.
   - *Thlaſpi ſubrotundo folio, utriculo gruinali* BARREL. ic. 1305. n. 11. (male ad Naſturtium II. relata) An etiam ic. 848?
   - *Thlaſpi alpinum folio rotundiore carnoſo flore purpuraſcente* SCHEVCHZER. It. I. p. 50. It. II. p. 143. Omnino. An etiam I. R. H.

In *Gemmio*, ſub tugurio *die Daube*, inter lapides deciduos. SCHEUCHZER in M. *Jugo*, & M. *Segnas* Rhaetiae.

Radix longiſſime repit, tenera. Caulis repens, fungoſus, palmaris, non ramoſus. Folia frequentia, ſucculenta, margine ovali, aliquando parce ſerrato, caulem amplexa. Umbella florigera denſa. Unguis petalorum longus, bractea alba, violaceo colore tincta. Ovarium ex elliptico utrinque acutum, longius congeneribus, in quovis loculo ſemen unicum ovatum. Spiculum lineae longitudine.

4. NA-

*4. NASTVRTIVM alpinum capſula Naſturtii hortenſis PLUKNET. p. 252. l. 262.

*Naſturtiolum alpinum capſula naſturtii hortenſis* I. B. II. p. 918. cum icone, C. B. Prodr. p. 45. P. PARK. RAJ. p. 825. H. OX. II. p. 302. ZWING.
*Thlaſpi alpinum minimum foliis craſſis anguſtis* I. R. H.

I. B. in *M. Nombre Rhaetorum.*

Vix tres uncias altum. Radix lignoſa, paucis fibris praedita. Cauliculi duo, tres, in ſummitate floriferi. Folia parva, ſimplicia, craſſa, anguſta, uncia breviora. Flores videntur albi.

5. LEPIDIVM foliis pinnatis, pinnis lanceolatis.

*Naſturtiolum petraeum* GESN. Coll. p. 91. 6.
*Naſturtium alpinum hortenſe ſimile* GESN. hort. p. 268 *b.*
*Cardamine alpina minima III.* CLUS. Pann. p. 457. Hiſt. p. CXXVIII. bene
*Thlaſpi montanum minimum Dalech.* LUGD. p. 1180. exemplar altius.
*Cardamine alpina* TAB. p. 454.
An *Cardamine puſilla ſaxatilis montana diſcoides* COLUMN. I. p. 273. folia conveniunt, differt ſpiculi defectu.
*Naſturtium alpinum tenuiſſime diviſum* C. B. RAJ. p. 826. H. OX. II. p. 302. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 339.
*Naſturtiolum alpinum tenuiſſime diviſum* I. B. II. p. 918. RAJ. ſyll. p. 187. PLUKN. GARID. SCHEUCHZ. It. I. p. 44.

In alpium ſaxoſis & riguis SCHEUCHZER. In M. *Gotthard,* & *Gemmii* planitie, juxta lacum *Daubenſee.* In *Dolaz* RAIUS. Ex *Albula* HUBER.

Radix unica fibra eſt, ceſpes foliorum multiplex, ad terram ſparſus. Pinnata ſunt, pinnis ovato-lanceolatis, non ſerratis, quinis, ſeptenis, cum coſta lata parum confluentibus: Caulis ex ceſpite unicus, non ramoſus, quatuor unciarum. Petala lactea, orbiculata, calyx albicans, apices aurei. Siliqua ex ovali acuminata, non emarginara, ſtylo notabili. In unoquoque loculo ſemina duo ad quatuor.

*6. NASTURTIOLVM alpinum folio alato RAJ. Syll. p. 298. Hiſt. p. 826. ibi conjungit

*Cardaminen* COLUMNAE, dictam ad n. 2. ſed in ſynopſi III. conjungit aliam ſtirpem, nempe
*Naſturtium pumilum vernum* C. B. PARK. H. OX. II. p. 301. T. 29. f. 6. I. R. H. PLUKN. VAILL.
*Naſturtium petraeum annuum noſtras* PLUKN. T. 206. f. 4.
II. Quod idem eſt *Naſturtium ſylveſtre minus* C. B. Prodr. p. 45.
*Naſturtium pumilum ſupinum vernum* MAGN. Bot. p. 185. cum bona icone. RAJ. ſyll. p. 187. Hiſt. p. 826. I. R. H. GAR. VAILL.

RAIUS in M. *Saléva* invenit, & facit cauliculum duarum & trium unciarum, ſimplicem, aut ramoſum, foliorum pinnulas 14. 16. conjugatas, extrema inpare, rhomboideas,, Floſculos minutiſſimos albos, fructus Naſturtii n. 1.,, Semen rufum exiguum.

## ORDO IV.
## II. SILIQUA LONGIORI.

Non alibi magis inſuperabilis viſa eſt difficultas generum condendorum: cum TOURNEFORTIANORUM in ſolo habitu fundamentum poſitum ſit; LINNAEANA, etiam ſi vellem, ubique ſequi non poſſem, quod ad glandulas illas ſtaminum in meis notis non reſpexerim, a quibus praecipuae generum diſtinctiones ſumuntur. Ergo, donec melior ordo innoteſcat, de ſpeciebus ſolis ſollicitus, LINNAEANO fere ordini me tradidi.

## *SISYMBRIUM.*

*SISYMBRIUM* TOURNEF. T. 109. LINN. n. 547.
& *ERYSIMUM* TOURNEF. T. III. LINN. n. 545.

Calycis foliola deorſum non gibba, ſiliqua teres, cornu brevi, linea mathematica vix longiore.

1. SISYMBRIUM foliis ſimplicibus dentatis ſerratis LINN. Cliff. p. 336. ROYEN. p. 341.

*Duarum in aquis naſcentium prior* CAES. p. 362.
*Raphanus aquaticus rapiſtri folio* C. B P.
*Raphanus aquaticus alter* C. B. Prodr. p. 37. bene, LOESEL. RAJ. p. 819. ZWING. p. 400.
*Raphanus aquaticus alter foliis ſerratis* H. OX. II. p. 237. T. 7. f. 4. HERM.
*Siſymbrium aquaticum Raphani folio ſiliqua breviori* T. aut de Par. p. 230. I. R. H. RUPP. &c.
*Radicula paluſtris* DILL. Cat. Gieſſ. p. 80.

Paſſim in paludoſis, circa *Biennam:* &c.

Caulis erectus, anguloſus, ramoſus, cubitalis. Folia ambitu longe elliptico, acute circumſerrata. Flores in longas, raraſque ſpicas. Calycis foliola ovata, ſublutea: Petala calyce longiora flava, ovalia, leviſſime emarginata, ungue brevi. Ovarium teres, ita breve, ut parum differat a ſiliculis, ſtylo globulo terminato, brevi & craſſo. Semina numeroſiſſima, multiplici ordine, ſapor acris.

2. SISYMBRIVM foliis imis integris ovatis ſerratis, ſuperioribus pinnatis.

*Rapiſtrum aquaticum* TAB. p. 108.
*Raphanus paluſtris* LUGD. p. 109. niſi ſit ſequens varieta.
*Siſymbrium aquaticum foliis variis* VAILL. p. 185.

In pratis paludoſis cis tuguria *Die Hube*, eundo verſus *Thorberg*.

Caulis erectus, firmus, uti priori: Folia inferiora ſimilia, ſuperiora vero profunde ſecta, denique pinnata (in meis, nam aliter in TAB. pinguntur) flores pene ſimiles, & ſiliqua & odor.

3. SISYMBRIVM foliis pinnatis, pinnis ſerratis, ſiliqua brevi.

*Radicula ſylveſtris* DOD. p. 677. abſque icone
*Raphanus ſylveſtris officinarum aquaticus* LOB. p. 319. foliis parum diviſis
*Duae in aquis, altera fruticoſior* CAES. p. 392.
*Raphanus aquaticus* TAB. p. 415. I. B. II. p. 867. RAJ. p. 819.
*Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis* C. B. Baſ. p. 27. Prodr. p. 38. cum bona icone, P. H. OX. II. p. 237. RAJ. Syn. III. p. 301. ZWING. l. c.
*Radicula ſylveſtris ſ. paluſtris* I. B. II. p. 866. RAJ. Syn. III. p. 301.
*Siſymbrium aquaticum foliis in profundas lacinias diviſis ſiliqua breviore* T. aut de Par. p. 230. I. R. H. VAILL. LINN. Lap. n. 262.
*Siſymbrium foliis infimis capillaceis, ſummis pinnatifidis* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 341.

Circa Bernam paſſim v. g. ad foſſas inter viam *Worbenſem* & *Wittighofen*, circa *Mathod.*

Caulis pariter valens, cubitalis, ſed proſtratus. Folia pinnata, nervo lato foliaceo, pinnis alternis, vel conjugatis, cum nervo confluentibus, vel obiter dentatis, vel ſerratis ovalibus, latitudine varia, aut ellipticis, extrema tridentata majore. Omnes leves ſunt, & inferne magis ſerratae. Flores & ſiliquae priorum. Cum adeo inter 1. & 3. quae diverſiſſimae videntur, media interponatur n. 2. non vana eſt ſuſpicio eamdem plantam eſſe integris & diviſis foliis variabilem, non raro exemplo.

4. SISYMBRIVM pinnis profunde ſerratis diſſitis.

*Eruca ſylveſtris* FUCHS. p. 263. LUGD. p. 650. commode
An hoc *Naſturtium flore luteo ad ſaxa rivorum* GESN. Hort. p. 268 *b.*
*Eruca paluſtris minor* TAB. p. 447. HOFM. (& *major* EIUSD. ib. etſi florem album faciat)
*Eruca ſylveſtris minor luteo parvoque flore* C. B. Baſ. p. 27. P. HERM. &c.
Et *Eruca paluſtris naſturtii folio ſiliqua oblonga* C. B. P. edit 1671. RUDB. p. 97. &c.
*Eruca quibuſdam ſylveſtris repens flore purpureo* (l. parvo) I. B. II. p. 866.
*Eruca aquatica* BARR. RAJ. p. 808. Syn. III. p. 297
*Eruca ſylveſtris ſeu paluſtris minor procumbens & repens luteo parvoque flore* MORIS. II. p. 231. T. 6. f. 17.
*Siſymbrium paluſtre repens Naſturtii folio* T. aut. de Par. p. 37. cum deſcriptione I. R. H. VAILL.
*Eruca ſylveſtris minor luteo flore ſeu paluſtris* MUR. p. 666.
*Siſymbrium foliis pinnatis, foliis laciniatis ſerratis* LINN. Cliff. p. 336. ROYEN. p. 341.
II. An *Sium alterum aquaticum luteum vel Cardamine tenuifolium montanum* COL. p. 266. ic. p. 269. non recedit
*Naſturtium montanum luteum* C. B. WAGNER. inter indigenas p. 282.

Baſileae locis deſertis & ruderoſis ad Rhenum (Gottingae ubique)

Caulis cubitalis procumbens, folioſus. Folia ampla, nervo lato, pinnis plerumque alternis, diſſitis, longis, gracilibus, ſerratis, extrema inpare, latiore, integra aut ſemitriloba. Calyx expanſus, concolor; petala patentia, ovata, ungue brevi, ſiliquae ex tereti-

teretibus conpreſſae, duobus lateribus eminentibus, valde polyſpermae, ſurſum inflexae, ut ramis parallelae fiant.

5. SISYMBRIVM foliis pinnatis, anguloſis, floribus ſuper folia vix elatis.

*Creſſio* RUELL. p. 369. (niſi fuerit Cardamine)
*Naſturtium aquaticum* EIUSD. p. 371. TRAG. p. 82. DOD. Cereal p. 246. Hiſt. p. 592. BLAKW. T. 260. &c. & officinarum
*Naſturtium* DORST. p. 197 *b*. bene
*Senacio* EIVSD. p. 266 *b*.
*Siſymbrium Cardamine* FUCHS. p. 723.
*Siſymbrium alterum* CORD. p. 45.
*Sium Cardamine* GESN. Tab. Coll. p. 107 *b*.
*Siſymbrium alterum Dioſcoridis* GESN. Hort. p. 281 *b*.
*Siſymbrium aquaticum* MATTH. p. 487. CAES. p. 362. CAM. Epit. p. 267. T. aut. de Par. p. 231. I. R. H.
*Cratevae Sium Erucaefolium* LOB. p. 209. *majus & minus* LOB. adv. p. 71.
*Siſymbrium aquaticum I.* TAB. p. 455.
*Siſymbrium Cardamine ſ. Naſturtium aquaticum* I. B. II. p. 884. MAGNOL. Char. p. 251.
*Naſturtium aquaticum ſupinum* C. B. Baſ. p. 29. Ic. REG. &c. *flore albo* H. OX. II. p. 223.
*Naſturtium aquaticum vulgare* PARK. RAJ. p. 816.
*Siſymbrium foliis pinnatis foliis ſubcordatis* LINN. Clif. p. 336. ROYEN p. 340.
II. An huc? an ad Cardaminen amaram? foliis ſerratis
*Sium* MATTH. p. 483. CAM. Epit. p. 266. Huc non videtur pertinere, cum flores inter folia proferat.
*Sion Matthioli & Italorum* LOB. ic. p. 209.
*Naſturtium aquaticum erectum folio longiore* C. B. Baſ. p. 30. P.

In rivis abunde, maxime purioribus.

Caules erecti, frondoſi, pedales. Folia patula, perampla, ſucculenta, pinnata, & ad terram, & ad caulem ſimilia, nervus latus, inferne carinatus. Pinnae tres ad novem, conjugatae, majores eundo, ſeſſiles, obtuſae, obtuſe dentatae; extrema major, ex orbiculari acutior. Flores ſupra folia vix efferuntur. Calycis folia alterne longiora, petala ungue lateſcente, ovalia, alba. Siliquae breves & latae, angulis magnis extſtantes, ſtylo lineam longo, capitato.

Odor & ſapor tritae acutus, minus tamen quam Cochleariae, hinc inter praecipua antiſcorbutica habetur, ſucco ad uncias quatuor, in juſculis, vel puro adſumto. Scirrhos etiam viſcerum, morborumque chronicorum profundas radices incidendo reſolvit. Infuſum theiforme ad morbos pectoris, & hypochondriorum laudatur. Succus reſorbtus Polypum narium dicitur ſuſtuliſſe. Spiritus cum ſale ammoniaco deſtillatus inter antiſcorbutica eſt ex vehementioribus.

6. SISYMBRIVM foliis pinnatis, pinna extrema ampliſſima, ſubrotunda.

*S. Barbarae herba* FUCHS. p. 746. TRAG. p. 101. GESN. Coll. p. 62. Hort. p. 250.
*Bunium* GESN. Ind. quadr. p. 15.
*Naſturtium paluſtre* GESN. Hort. p. 268 *b?*
*Naſturtium paluſtre flore melino parum acre* EIVSD. Coll. p. 91. *b?*
*Irio* MATTH. p. 573. & ex eo LVGD. p. 653.
*Barbarea* DOD. p. 712. I. B. II. p. 868 RAJ. p. 809.
*Barbarea ſeu Pſedobunias* LOB. ic. p. 207.
*Barbarea mas* TAB. p. 451 &.
*Barbarea femina* EIUSD. p. 452. bona icon.
*Eruca paluſtris* LUGD. p. 650.
*Eruca lutea latifolia ſeu Barbarea* C. B. Baſ. p. 28. P.
*Eruca lutea latifolia, ſeu Barbarea major* MORIS. II. p. 230.
*Siſymbrium Erucae folio glabro flore luteo* T. aut. de Par. p. 364. I. R. H. VAILL.
*Eryſimum foliis baſi pinnato dentatis apice ſubrotundis* LINN. Lapon. n. 215. Cliff. p. 338. ROYEN. p. 342.
β Minor PARK. p. 819.
*Siſymbrium Erucae folio glabro minus & praecocius* I. R. H. RVPP.
*Barbarea foliis minoribus & frequentius ſinuatis* RAJ. ſyn. III. p. 297.
γ Flore pleno circa *Paterniacum* & *Arburgum* lecta (& in Germania BRESL. 1722. M. *Iul.*)
*Eruca lutea ſ. Barbarea pleno flore* C. B. Prodr. p. 39. Inde PARK. I. R. H. &c.
*Sinapi ſylveſtre floribus aureis plenis* WAGN. p. 287.

Ubique ad foſſas, vias, & locis ruderoſis.

Caulis erectus, firmus, anguloſus, foliis & ramis tectus, cubitalis. Folia lato nervo, pinnis conjugatis aut alternis, cum nervo coeuntibus, oblongis, progrediendo

endo latioribus, extrema maxima, ſubrotunda obtuſe ſerrata. Spicae frequentiſſimae. Petala emarginata, lutea. Siliquae erectae, cauli parallelae, teretes, leviſſimis angulis notatae, nimis breves, quam ut jungamus Turritidi, caetera ſimiles. Semina utcunque ovata, ſubtiliter punctata & reticulata.

7. SISYMBRIVM pinnis foliorum pinnatis, pinnulis ſubhirſutis linearibus.

*Millefolium in ſemine* BRUNF. III. p. 170.
*Seriphium abſinthium* FVCHS. p. 2. bene
*Seriphium Germanicum* TRAG. p. 338.
*Naſturtium ſylveſtre* GESN. Hort. p. 268 *b.*
*Abſinthii ſpecies floſculis luteis* GESN. Coll. p. 56.
*Rorippa* GESN. Epiſt. ad KENTM. p. 56.
*Sophia* DOD. p. 193. *quorumdam* F. Boll. p. 169.
*Sophia Chirurgorum* LOB. p. 738. ex DOD. RAJ. p. 812. ZANICHELL p. 252. ic. 305. BLAKW. T. 440.
*Thalictrum ſ. herba Sophia anguſtifolia* TAB. p. 6. &
*Latifolia* EIVSD. p. 7.
*Acciptrina* CAES. p. 361. RUPP. p. 64.
*Seriphium Germanicum ſ. Sophia quibusdam* I. B. II. p. 886.
*Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum* C. B. Baſ. p. 30.
*Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum ſeu Naſturtium* μυριοφυλλον *flore minimo* H. OX. II. p. 230.
*Siſymbrium annuum naſturtii minoris folio* T. aut de Par. p. 231. I. R. H.
*Siſymbrium corolla calyce minore foliis multifidis linearibus* LINN. Lap. n. 261. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 341.

Ad limites agrorum verſus *S. Louis.* C. B. ad *S. Jacobi templum*. *Paterniaci* & paſſim in agro Aventico. *Seduni* ad muros. Prope *Sargans* SCHEUCHZ.

Caulis cubitalis, erectus, ramoſisſimus, foliis pyramidaliter decreſcentibus. Folia copioſisſima, ampliſſima, minutiſſime diviſa, pinnis pinnatis, pinnulis aut ſimplicibus aut ſemipinnatis, trifidis, quadrifidis, laciniis ultimis longis, linearibus, anguſtis, caeterum mollia, & tenere hirſuta. Calyx erectus, ellipticis foliis. Petala minima, duplo calyce breviora, longo ungue, bracteola triangulari flava. Stamina calyce longiora. Siliquae longae, ſtrictae, teretes, quaſi articulatae, incurvae, erectae ad ſummum caulem, & parallelae cauli, polyſpermae, ſtylo deſtitutae. Semina exigua, flava, ovata, ſulco inciſa.

Habetur pro vulneraria, ( quae vis in Gallia primum innotuit ADVERS. p. 329.) adſtringente, cum vi abſtergente, ſaponacea leniſſima: ad diarrhoeas ſemen ad drachmae pondus vulgo datur in Gallia (CHOMEL) idem ad febres laudatur, imo ad calculum ipſum pellendum: C. HOFMANNUS pro ſementina utebatur *de med. offic.* p. 101. Externo vero uſu vulneribus inpoſita mundare dicitur ſordes, & grumos ſanguinis, & vulnera depurata ſolidare.

8. SISYMBRIVM foliis integris, oblongis, ſubaſperis.

*Viola lutea ſylveſtris* TRAG. p. 560. absque icone.
*Camelina, Myagrum alterum Thlaſpi effigie* LOB. ic. p. 225.
*Myagrum II.* Lobelii TAB. p. 866. Utique, licet neget TOURNEFORTIUS.
*Eryſimon tertium* TAB. p. 449.
*Myagrum aliud Thlaſpi effigie* LUGD. ex LOB. p. 1137.
*Sinapi amarum* EORVMD. p. 647. male.
*Myagrum quibusdam alterum ſiliqua oblonga* I. B. f. Boll. p. 168.
*Myagro affinis planta ſiliquis longis* I. B. II. p. 894.
*Myagrum ſiliqua longa* C. B. Baſ. p. 32.
*Eruca ſylveſtris latifolia folio integro flore luteo minore* H. OX. II. p. 229.
*Eryſimum Galeno, & Theophraſto, Myagro affinis planta ſiliquis longis* RAJ. p. 811.
*Turritis Leuçoji folio* T. aut de Par. p. 369. I. R. H. &c.
WEINMANN T. 483 *b c.*
*Eryſimum foliis integerrimis lanceolatis* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 342.
β Huc omnino referenda videtur
*Eruca ſylveſtris anguſtifolia* LOB. p. 205. LUGD. C. B. PARK. *flore luteo* I. B. II. p. 861.
*Eruca anguſtifolia Auſtriaca* C. B.
*Eruca ſylveſtris anguſtifolia folio integro flore luteo* H. OX. II. p. 229.

C. B. in agris trans *Rhenum.* Ego ſub Bienna in agris inter *Bözingen* & *Bütenberg.* In Germania Rhenana ubique.

Caules ramoſiſſimi, erecti, firmi, cubitales. Folia integra, ex luteo virent, elliptica, margine rariter pilis brevibus ſubaſpero, ſerrato. Calyx pallens: flores lutei exigui. Siliquae erectae, unciales, obtuſe quadrangulae, tuberibus inaequalibus,

Hae

Hae tres plantae 6. 7. 8. habitu cum Turritide conveniunt, ſiliqua differunt.

9. SISYMBRIVM foliis pinnatis, extremo lobo triangulo, ſiliquis erectis, cauli adpreſſis.

*Verbena femina* BRVNF. I. p. 120.
*Eryſimum, Irio,* RUELL. p. 408.
*Verbena mas* FUCHS. p. 592.
*Irio* CORD. Dioſc. p. 46 *b.* CAES. p. 361.
*Eryſimum* GESN. Hort. p. 257 *b.* BLAKW. T. 28.
*Verbena recta & mas* GESN. Coll. p. 113.
*Irio ſive Eryſimum* DOD. 714.
*Irio ſive Eryſimum Dioſcoridis* LOB. p. 206. icon propria.
*Eryſimum, Irio I.* TAB. p. 448. bene.
*Eryſimum* TRAGI *floſculis luteis juxta muros proveniens* I. B. II. p. 863.
*Eryſimum vulgare* C. B. Baſ. p. 28. P. H. OX. II. p. 218. ZWING. p. 412. cum icone aliena, T. aut. de Par. p. 19. I. R. H. MAGN. Char. p. 252. ZANICHELL. p. 96. ic. 287.
*Eruca ſiliqua cauli adpreſſa Eryſimum dicta* RAJ. p. 810.
*Eryſimum ſiliquis ſcapo appreſſis* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 342.

Hanc plantam nullo modo video, quomodo a Siſymbrio ſeparem. Quando LINNAEI ſpecies recenſes, facile adparet, neque omnia ejus viri Siſymbria ſiliquis curvis eſſe, neque Eryſima erectis, aut evidenter quadrangulis. TOURNEFORTIUS diſcrimen ne quidem promittit. Ubique ad vias naſcitur.

Caulis erectus, firmus, bipedalis, ramoſus, ramis longe nudis ob adpreſſas ſiliquas. Folia hirſuta, patula, ampla, nervo lato, pinnis diſſitis, confluentibus, retroverſis, dentatis, extremo ſegmento lato & triangulari. Calyx & flos patentes, minimi, flavus iſte, petalis emarginatis. Siliquae uti priorum, ad caulem adpreſſae, teretes, hirſutulae, ſtylo brevi, de more.

Sapor foliorum blandus, ſubſalſus eſt: Deſtillatae ſtirpis magna pars alcalica GEOFROI III. p. 445. Vires in morbis pectorum chronicis, maxime in debilitata voce, qualis Phonaſcis accidit, & in raucedine ſenum, expertus laudat LOBELIUS, & ab eo viro officinae ſyrupum receperunt. Eadem vis, & forte potior, eſt infuſi diaetetici. Addit BOERHAAVIUS ſapienter cavendum eſſe, ne detur, quando cum pectoris malis conjuncta febris eſt. Ad ſuppreſſionem etiam urinae commendatur ETTMULLERO. Piſae eodem ſcopo ſemen dari BOCCONE refert *Muſ. di Fiſ.* p. 216.

10. SISYMBRIVM ſiliquis in ala foliorum ſeſſilibus, extrorſum recurvis.

*Eryſimon quod Bernae naſcitur* GESN. Hort. p. 258? Videtur ex loco natali.
*Dentelaria alia Irion quibusdam* EIVSD. Hort. p. 256 *b*
*Irio alter* MATTH. p. 573. bene, foliis tamen tantum inciſis, uti Pariſinum Siſymbrium.
*Irio alter vulgaris* CAM. Epit. p. 344. bene
*Irio tertia ſiliquis inter folia* CAES. p. 361.
*Eryſimum alterum Italicum & Matthioli* LOB. ic. p. 206.
*Saxifraga aurea* LOB. LUGD. p. 1114. & alia icon. p. 653. ex MATTH.
*Eryſimon alterum Matthioli, ſiliquis parvis, quibusdam Dentaria* I. B. II. p. 864.
*Eryſimon polyceratium ſive corniculatum* C. B. P. H. OX. II. p. 218. &c.
*Eruca floſculis pediculis carentibus* RAJ. p. 810.
*Eryſimum ſiliquis in alis foliorum ſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 342.

Bernae in urbe in ruderoſis & ad muros circa templum *S. Spiritus*: Sed pene deſtructum eſt novis ibi excitatis aedificiis.

In univerſum non diſſimile eſt foliis, & flore. Pinnae tamen pauciores videntur, & latiores; & ſuperiora integra, triangularia ſunt, aut ſemipinnata, nervo non denudato. Siliquae diverſae, breviſſime petiolatae, binae ternaeve ex una ſede, erectae, incurvae, modice eminente valvarum conjunctione.

11. SISYMBRIVM foliis glaucis, pinnatis, pinnis longis, rariter ſerratis.

*Eruca ſativa* FVCHS p. 262. bene
*Eruca hortenſis altera luteo flore* GESN. Hort. p. 257 *b*
An *haec Eruca foetida* GESN. Tab. Coll. p. 75 *b*
*Eruca ſylveſtris* MATTH. p. 531. CAM. Epit. p. 307. DOD. p. 708. ex MATTH. LOB. p. 204. RAJ. p. 807. BLAKW. T. 266. *vulgaris* ZWING. p. 407.
*Eruca ſecunda* CAES. p. 360.
*Eruca tenuifolia perennis flore luteo* I. B. II. p. 859. T. aut. de Par. p. 19. I. R. H. MAGN. Char. p. 253.
*Eruca ſylveſtris major lutea caule aſpero* C. B. Baſ. p. 27. niſi, ex loco certe natali, & caule aſpero, potius fuerit ſpecies 12. P. I. R. H. VAILL. ZANICH. p. 95. ic. 178.
*Eruca ſylveſtris major vulgatior foetens* MORIS II. p. 230. T. 6.

An

An haec *Eruca muralis* MURALT. p. *666.*
*Siſymbrium foliis linearibus pinnato dentatis* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 341.
II. Icones noſtram plantam omnino exprimentes ſubjungo, ſive plantam eandem ſive aliam deſignent.
*Sinapi tertium* MATTH. p. 564.
*Sinapi ſylveſtre* DOD. p. 707.
*Sinapi ſylveſtre minus Burſae paſtoris folio* LOB. ic. p. 203.
*Sinapi Erucae folio* C. B. P. MOR. II. p. 216. &c.
*Sinapi eryſimo Tragi cognatum vel ſimile* I. B. II. p. 857. RAJ. p. 812.*

In muris & ruderibus calidioris Helvetiae, v. g. *Genevae* copioſe ad portam *Cornevin. Bactiaci* (*Bex*). *Seduni* ad arcem *Valeria*, Badae in arce diruta. C. B. in arenoſis ad *Wieſam.*

Caules firmi, erecti, cubitales. Folia glabra, glauca, nervo foliaceo, pinnis paucis, diſſitis, alternis, longis, vix dentatis, extrema longa pariter, vix latiori, varie ſemibiloba, ſemitriloba. Calyx luteus, foliis ovatis. Flos caryophyllaeus, bractea flava. Siliquae duabus lineis lateralibus evidentioribus, mediis obſcurioriqus percurſae, in ipſo flore pediculatae, ſtylo pene ſeſquilineari, anguſto, capitato: ſeminibus gemino ordine diſpoſitis: ſapor acris & ardens. Inſigniter ludit magnitudine. Triunciales vidi foliis nihili latioribus quam n. 6.

Semen acerrimum vires habet Sinapi.

12. SISYMBRIUM pinnis rotunde ſinuatis obtuſis.
I. *Eruca ſylveſtris* TAB. p. 448. forte & MATTH. & DOD. uti dudum obſervavit I. BAUH. & diſtinguit VAILL.
II. *Leucojum terreſtre majus frigidarum regionum* COL. p. 260. ic. p. 262. ſed acrem ſaporem eſſe dicit, & aliquid in foliorum icone eſt minis anguloſi
*Leucojum luteum Erucae folio* C. B. P. PARK.
*Eryſimum flore pallido Erucae foliis* RAJ. p. 812.*
*Leucojum terreſtre majus Erucae folio* H. OX. II. p. 242. T. 8. f. 11.
III. *Eruca inodora* I. B. II. p. 862. H. OX. II. p. 229. ZWING.
*Eruca fruticoſa hirſuta papaveris folio* BOCCON. Mus di Piant. p. 167. T. 120.
*Eruca lutea ſylveſtris major caule aſpero* VAILL. p. 50. an MAPPI?

Ad foſſas & ripas fluviorum paſſim. *Ebroduni* vulgare; ad Arolam inter *Arberg* & *Worben*; in *Valleſia* paſſim.

Caulis durus, brachiatus, ad tres pedes altus. Folia modo hirſuta, modo glabra, concinna, nervo valente, ala aucto foliacea, pinnis alternis vel conjugatis, confluentibus, obtuſis, profunde & obtuſe ſinuatis, extrema latiori, ſemitriloba, & varie ſecta: Aliquando Jacobaeae ſimilia ſunt, extrema pinna maxima ovali, reliquis exiguis, paucis, demum nullis. Calyx viridis. Petala ſubrotunda, ochroleuca. Siliquae erectae, ex teretibus quadrangulae, lineis majoribus ad valvarum conjunctionem, minoribus intermediis. Semina fulva, in foveis ſepti: ſtylus brevis, craſſus. Tota planta inſipida & inodora.

*13. SISYMBRIVM . . . .
*Sinapi ſylveſtre Genevenſe* I. B. II. p. 858. RAJ. Syll. p. 237. H. OX. II. p. 216. VOLC. TILL.
*Sinapi, potius Eryſimum, Genevenſe ſylveſtre* RAJ. p. 812.
*Eryſimum Genevenſe ſylveſtre* BLUKN. HERM. BOERH.

In alveo fluvii *Arve* Genevae.

Radix ſimplex, ligneſcens, alba. Caules multi, ramoſi, ad terram ſubhirſuti. Folia Erucae diviſione, non minus frequenter laciniata, flores lutei. Siliquae triunciales, graciles. Semen tenuiſſimum, rufum. Valde adfine videtur priori.

14. SISYMBRIVM aſperum, foliis pinnatis, pinnis rectangulis, non dentatis.
*Eruca paluſtris coerulea* C. B. ad MATTH. p. 406. non bene, Phyt. p. 147. cum deſcriptione
*Eruca coerulea in arenoſis creſcens* C. B. Prodr. p. 40. P. Baſ. p. 28. H. OX. II. p. 229. MAPP. p. 121.
*Eruca purpurea, aliis coerulea, ſive Viola petraea* I. B. II. p. 865. RAJ. p. 793.
*Eruca ſylveſtris minor foliis ſubaſperis, in orbem ſparſis* LOES. p. 68. ic. 13. &
*Eruca ſylveſtris major foliis ſubaſperis in orbem ſparſis* EIUSD. *ib.*
*Eruca Baſileenſis coerulea* ZWING. 407.
*Eryſimum praecox flore carneo* BARREL. ic. 196. ſed foliis levibus.
*Heſperis petraea vel ſaxatilis* LIND. p. 132. T. III. l. *d.*
*Siſymbrium foliis pinnatifidis laciniis exterioribus majoribus, caule hirſuto* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 341.

In

In arenoſis ad *Birſam*: ſupra & infra *S. Jacob.* In petris circa *Lauffen* & *Delſperg.*
Folia ad terram in circulum reclinata, ad caulem ſimilia, pauca: Firmula ſunt, ſubaſpera, nervo foliaceo, pinnis conjugatis, ad angulos rectos inſertis, ad decem paria, progrediendo majoribus, acutis, vix inciſis confluentibus. Extrema lata, triangularis. Caules multi, brachiati, ramoſi, ſubaſperi, vix ſemipedales. Calyx exiguus, ovalibus foliis. Petala caryophyllaea, ungue vriente, bractea amoene purpurea, vel alba. Siliqua longa, pro portione plantae, lata, conpreſſa, pene plana, ſtylo vix lineam longo.

15. SISYMBRIVM foliis cordatis retuſis.

*Alliaria* FUCHS. p. 104. TRAG. p. 86. GESN. Tab. Coll. p. 57. MATTH. p. 843. CAM. Epit. p. 589. DOD. p. 686. LOB. ic. p. 530. CAES. p. 370. TAB. p. 761. LUGD. p. 911. C. B. P. Baſ. p. 32. I. B. II. p. 883. PARK. RAJ. p. 792. RUPP. BLAKW. T. 372.
*Alliaris herba* RUELL. p. 437.
*Alliaſtrum vel alliaris* GESN. Hort. p. 245 *b.*
*Heſperis allium redolens* H. OX. II. p. 252. T. aut. de Par. p. 200. I. R. H.
*Eryſimum foliis cordatis* LINN. Cliff. p. 338. ROYEN. p. 342.
Varietates habet WEINM. T. 37. fig. *b. c*

Ubique verno tempore ad ſepes.

Caules rectiſſimi, ſubhirſuti, ramis adſcendentibus, tripedales. Folia longe petiolata, ſuperiora ſeſſilia, levia, flaccida, venoſa, cordiformia, brevia, circumſerrata. Calyx albus, vel alboviridis, petalodes, ovalibus foliis. Petala erecta, ambitu ſubrotundo. Siliqua lineis lateralibus eminentibus, mediis obſcurioribus. Stylus brevis. Tuba excavata. Semina in fungoſo ſepto nidulantur, uti Heſperidi, a qua vix niſi calyce differt: magna ſunt, utcunque cylindrica, ſed acuminata, & truncata, ſulcis inſcripta.

Subamara eſt, trita allium olet, ſemen etiam acrius. HILDANUS noſter tritam plantam ad gangraenam magnis laudibus extulit opp. omn. p. 171. 178. & ibidem C. B. CHOMEL ad ulcera cancroſa p. 655. BOERHAAVIUS ad utrumque malum enixe commendabat expertus conf. *cod. ſpur.* p. 438.

## *E R U C A.*

*ERUCAE* TOURNEFORT. SP. picta T. 112.
*SISYMBRII* LINNAEI SP.

Siliqua brevis, teres, quatuor lineis notata. Cornu lanceolatum, planum, valens, longius quam Siſymbrio, brevius quam Sinapi. Calyx longus, tubuloſus.

1. ERUCA GESNER ad CORD. p. 45*b.* CAMER. Epit. p. 306. CAESALP. p. 360. BLAKWALL. T. 242.

*Eruca proprie ſic dicta flore albo* GESN. Hort. p. 257 *b.*
*Sinapi alterum genus* FUCHS. p. 539. bene
*Erucula ſive rucula marina major* TRAG. p. 102. eadem icon
*Erucula major* CORD. p. 123 *b.*
*Eruca ſativa* MATTH. p. 530. DOD. p. 708. LOB. p. 204. LVGD.
*Eruca latifolia alba ſativa Dioſcoridis* C. B. (maxime varietas pallens ſtriis nigris) I. R. H. VAILL. &c.
*Eruca major ſativa annua flore albo ſtriato* I. B. II. p. 859. RAJ. p. 807. H. OX. II. p. 228.

Inter *S. Leonhard* & *Sideram* ad viam.

Caulis anguloſus, erectus, pilis paucis hirtus. Folia glabra, nervo foliaceo, pinnis progrediendo majoribus, confluentibus, oblongis, acutis, dentatis, extrema maxima, rhomboidea, ſaepe ſemibifida, ſemitrifida. Calyx lividus, cylindricus. Petala caryophyllaea, ungue longo, bractea ſubrotunda, modo albi, modo (& in noſtra quidem) citrini coloris, nigro lineata. Siliquae ſubhirſutae, cauli adpreſſae, breviter petiolatae; ſemina hinc plana, inde teretia.

Acris eſt, ſaporis notiſſimi, luxurioſa herba. Etiam aviculas ad cantum excitat: Vide ridiculam hiſtoriam LOBELII adv. p. 68. Laudat BOERHAAVIUS in morbis lentis, pituitoſis, hydropis initiis, ſcorbuto lento & viſcido.

## *S I N A P I.*

TOURNEF. T. 112.
*SINAPIS* LINN. n. 543.

A Siſymbrio & Eruca differt valvis carnoſis, in quarum fungoſa pulpa ſemina nidulan-

 dulan-

dulantur, cornu tanto, ut ſiliquae aequale ſit vel majus, pyramidali, leniter bifido. Addit LINNAEUS quatuor virides glandulas origini ſtaminum adpoſitas.

1. SINAPI ſiliquis glabris tetragonis (LINN. Cliff. p. 338. ROYEN. p. 343.

Synonyma difficillima ſunt, cum nemo ſcriptorum botanicorum ante I. B. hanc plantam diſtinxerit.

*Mouſtarda nigra* RUELL. p. 404. (ob colorem.)

*Sinapi I.* MATTH. p. 562. quoad iconem CAM. Epit. p. 332. (ſed in hac pili ſiliquae adpicti ſunt) ZWING. p. 439.

*Senapi ſativum* DOD. p. 706. in icone, quae ad MATTH. facta eſt. *Alterum* vero in deſcriptione

*Sinapi ſativum Erucae aut Rapifolio* LOB. ic. p. 202. eadem icon.

*Sinapi* CAES. p. 359. BLAKW. T. 466.

*Sinapi album* AICHST. aeſt. Ord. 10. T. 8. f. .2 ob ſiliquas glabras.

*Sinapi ſiliqua latiuſcula glabra ſemine ruffo ſive vulgare* I. B. II. p. 855. cum bona icone, deſcriptione, & ſynonymia.

*Sinapi Rapi folio* C. B. P. H. OX. II. p. 215. MAGN. Char. p. 252. T. aut de Par. 363. I. R. H. T. 112. O. O. O. F. L. M. N. O. P. VAILL.

*Sinapi ſativum ſecundum* RAJ. p. 803.

*Eruca rapi folio* RUPP. p. 64.

Paſſim ad muros, locis ruderoſis &c. STAEHELINUS *Auguſtae*: ego circa *Biennam*.

Caulis brachiatus, ramoſus. Folia ima raris pilis aſpera, nervo longo, pinnis raris, paulatim majoribus, confluentibus, extrema maxima, figurae variae, ſemitriloba obtuſa, aut triangulari: ſuperiora folia glabra ſunt & nitent, ſuprema triangularia absque diviſione, aut elliptica demum. Flos multo minor ſequentibus: flavus calyx glaber, anguſtus; ſiliquae breves, ab uno ſemine fuſco ad novem continent, quadratae, toroſae, cauli parallelae, glabrae. Cornu breviſſimum, linea paulo longius, quadruplo brevius ſiliqua. Tota planta, ſed ſemen maxime, ſaporis ignei.

Abundat inter congeneres fervido ſale alcaleſcente, ſemivolatili fere, quale in inſectis eſt. Intus ergo ſumtum acidas cruditates ſubigit, ſcorbutum muriaticum: & motus languentes in chloroſi, cachexia aquoſa, paralyſi, excitat validum. Ad ſcorbutum quidem ex lege ſcripta nautis Muſtardam praeſcribunt Batavi: & non alia planta ſcorbuticos in obſidione Rupellenſi ſanatos fuiſſe ait CHOMELIUS. Extus admotum rubefacit, inflammat, veſicatoria ſubit pro baſi, podagricos dolores tollit, uti Moxa. Semen maſticatum potens eſt apophlegmatiſmus in apoplexia & Paralyſi. Cum muſto in electuarium diaeteticum antiquiſſimum paratur, quo contra crudos fructus & acetoſa condita ventriculus armatur.

2. SINAPI ſiliquis hiſpidis roſtro longiſſimo LINN. Cliff. p. 338. ROYEN. p. 343.

*Mouſtarda blancha* RUELL. l. c.

*Sinapi I. genus* FUCHS. p. 538. ob ſiliquas hirſutas.

*Sinapi ſecundum* MATTH. p. 562. foliis nimis pinnatis, ad Apium fictis, CAM. Epit. p. 332. ZWING. p. 410.

*Sinapi ſativum alterum* DOD. p. 107. (ad MATTH.) quod ad iconem, *primum* quod ad deſcriptionem.

*Sinapi agreſte apii aut potius Laveris folio* LOB. ic. p. 212.

*Sinapi tertium* CAES. p. 359.

*Sinapi album ſiliqua hirſuta ſemine albo & ruſo* I. B. II. p. 858. (lege 856.) RAJ. p. 802. T. aut. de Par. p. 36. I. R. H. T. 112. E. H. G. I.

*Sinapi apii folio* C. B. Baſ. p. 28. VAILL. p. 184.

II. *Sinapi luteum ſativum* TRAG. p. 101.

*Sinapi alterum ſativum* LOB. Adv. p. 68.

*Sinapi hortenſe ſemine albo* C. B. P.

*Sinapi album* BLAKW. T. 29.

Frequens in ruderoſis.

Caulis ſucculentus, hirſutus, erectus, cubitalis. Folia ima pinnata, pinnis paucis, primis exiguis, ultima maxima ſemitriloba, & demum integra, pene ovata, per oram varie ſerrata. Calyx ſubhirſutus, petala majora, quam priori, flava, etiam emarginata. Siliquae a caule magis exſtant, totius generis, pro ratione cornu, breviſſimae, hirſutae, albae, maturae quaſi articulatae, pauca & fere quatuor ſemina continent. Cornu tota ſiliqua longius. Semina ſublutea, ſapore pariter acri igneoque.

3. SINAPI ſiliquis multangulis toroſo turgidis roſtro proprio longioribus LINN. Cliff. p. 338. ROYEN. p. 343.

α Foliis integris, aut junctim

*Rapi-*

*Rapiſtrum* BRUNF. III. p. 139. DORST. p. 246. GESN. Hort. p. 275. *b.* DOD. p. 675. HOFM.
*Lampſana* MATTH. p. 451. qui tamen folia pene inciſa pingit, CAM. Epit. p. 233. itidem
*Irion* FUCHS. p. 256. bene
*Sinapi quartum ſ. luteis floribus* TRAG. p. 101.
*Rapiſtrum flavis floribus* GESN. Coll. p. 101 *b.*
Et *Sinapi ſylveſtre vel Lapſana* p. 107 *b.*
*Irio ſ. eryſimum* CAM. Ep. p. 343.
*Rapiſtrum arvorum* THAL. RAJ. p. 802. ZWING.
*Rapiſtrum flore luteo* C. B. Baſ. p. 27. P. I. B. II. p. 844.
*Sinapi arvenſe praecox ſemine nigro folio non ſinuato* H. OX. II. p. 216.
*Sinapi arvenſe praecox ſemine nigro foliis integris* I. R. H. VAILL. p. 184.
*Eruca arvenſis vulgaris* RUPP. p. 64.
β Foliis diviſis.
*Rapiſtrum arvorum* LOB. ic. p. 198.
*Rapum ſylveſtre, ſeu rapiſtrum arvorum* PARK. p. 862.
Huc icon MOR. S. 3. T. 3. f. 7.
*Sinapi arvenſe praecox ſemine nigro* T. aut. de Par. p. 35. I. R. H. VAILL. p. 184. &c.

Nihil vulgatius in ſegetibus & locis ruderoſis.

Caulis durus, glaber aut ſubhirſutus, brachiatus, cubitalis. Folia patula, ſubaſpera, maxime in arvis, pinnis paucis, inperfectis, vel nullis, ambitu ovali, ſerrato. Calyx glaber, pallens. Flos major, quam primo, ſimilis ſecundo: Siliqua ſubhirſuta, longior quam prioribus, & plura ſemina continet; quae turgidam reddunt & pene articulatam: pro portione brevius cornu: ſemina ſphaerica, fuſca ex obſcuro rufo, cum ſplendore, ſatis acri & igneo ſapore.

## *R A P H A N U S.*

LINNAEI n. 539.
*RAPHANUS* TOURNEF. T. 114. &
*RAPHANISTRUM* T. T. 115.

Siliqua a turgentibus ſeminibus articulis diſtincta, longe cornuta. Glandulae LINNAEANAE, uti in Sinapi, a quo etiam differt calyce tubuloſo, cujus duo folia, deorſum gibba ſunt, ut Heſperidis.

1. RAPHANUS ſiliquis teretibus articulatis unilocularibus LINN. Cliff. p. 340. ROYEN. p. 344.
α Junctim *Sinapi quartum candidis floribus* TRAG. p. 100.
*Rapiſtrum flore albo* GESN. Coll. p. 101 *b.*
*Lapſana* GESN. Ind. p. 50. CAES. p. 355.
*Rapiſtrum flore albo ſtriato, ſinapi agreſte album* TRAG. I. B. II. p. 851.
*Rapiſtrum flore albo ſiliqua articulata* C. B. Baſ. p. 27. MUR. p. 621. ZWING. p. 411.
*Rapiſtrum album articulatum* LOESEL. RAJ. p. 805.
*Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra majore & minore* H. OX. II. p. 265. T. aut. de Par. p. 34. I. R. H.
Et *Raphaniſtrum flore albo ſtriato ſiliqua articulata ſtriata minore* MORIS. l. c. p. 266. I. R. H. PLUKN.
II. Varietas flore *citrino*, quam in Alſatia legi, frequens in Germania.
*Lampſana flore melino* TAB. p. 408.
*Rapiſtrum flore luteo ſiliqua glabra articulata* RAJ. p. 805.
*Raphaniſtrum arvenſe flore luteo* I. R. H. aut de Par. p. 35.
β Varietas durior, hirſutior, in arvis
*Rapiſtrum flore albo Erucae foliis* LOB. ic. p. 199. interior.
*Raphaniſtrum arvenſe flore albo* I. R. H. T. aut. de Par. p. 35. VAILL. p. 170.
II. *Lampſana apula Plinii & Dioſcoridis* COLUMN. p. 261. pulchre.
*Rapiſtrum flore albo lineis nigris depicto* C. B. RAJ. p. 807. ZWING. p. 409.
*Eruca hirſuta Hieracii aſperi folio, floribus albis nigris lineis depictis* H. OX. II. p. 228. T. 5.
III. *Rapiſtrum purpureum* TAB. p. 407. bene
*Raphaniſtrum ſegetum flore purpureo aut dilute violaceo* VAILL. p. 171.
IV. Varietas calyce purpureo flore coeruleo a STAEHEL. miſſa I. B. F. Boll. p. 167.
γ Varietas mollior glabra,
LOBEL. l. c. figura exterior.
*Armoracia* TAB. p. 416.
*Rapiſtrum album articulatum* PARK. p. 863.
V. *Alſine nodoſa* LUGD. p. 1235. huc videtur pertinere.

In arvis Helvetiae abunde.

 Caulis

Caulis ſpinulis herbaceis aſper. Folia ampla, nervus foliaceus praelongus: pinnae rarae, confluentes, ſerratae, ultima maxima, ovali, circumdentata: quae in ſupero caule ſola eſt. Omnes modo glabrae, modo hirtae. Calyx viridis, longus, tubuloſus, ſubhirſutus, maxime in apice. Petalorum ungues calyci aequales, lineis diſtincta ſunt obſcurioribus in omnibus varietatibus, alba in noſtris plerumque, rarius ſubcoerulea, aut citrina Stamina longiora ex flore eminent. Glandulae duae, ad ſtaminum breviorum ortum. Semina ordine ſimplici in nodulis fungoſae ſiliquae, valde tument, ut ſiliqua ſtriatis nodis interrumpatur: Inter articulos ſeptum ſupereſt, quod in ſeminum ſede obliteratur. Cornu praelongum. Semina ſphaerca flaventia. Stigma tubae obtuſum. Acris eſt & valentis odoris.

NAPUS ſylveſtris, Braſſicae ſpecies, ex ſativa provenit, & Braſſica perfoliata in Helvetia nondum reperta eſt.

## *DENTARIA.*

TOURNEF T. 110. LINN. n. 540.

Petala ungue longo; calycis figura tubuloſa, & alterna folia deorſum gibba: ſiliqua bilocularis craſſa, valvae ab inferiori parte ſolutae ſurſum revolvuntur; Stylus trium fere linearum longitudine. Septum fungoſum eſt, in eo ſemina nidulantur orbicularia, plana.

1. DENTARIA foliis quinatis.

*α Wilderſenf foliis quinis* ARET. Neſſ. p. 235 *b.*
*Saxifraga montana* GESN. Hort. p. 279 *b. foliis quinis* Tab. Coll. p. 105 *b.*
*Dentaria altera* MATTH. p. 965. folia ſola, CLUSIUS conjungit alteri.
*Dentaria prima* DOD. purg. p. 384.
*Dentaria minor* CAMER. Epit. p. 704. bene, niſi quod ſiliquae deorſum revolutae pingantur
*Dentaria VII. pentaphyllos II.* CLUS. Hiſt. p. CXXIII. MOR. II. p. 255.
*Viola dentaria prima* DOD. Hiſt. p. 162.
*Nemoralis Alpina Herbariorum, Alabaſtritis, Coralloides Cordi* LOB. ic. p. 686. ex CLUSIO.
*Dentaria altera Matthioli* TAB. p. 113.
*Dentaria quinquefolia* I. B. II. p. 906.
*Dentaria pentaphyllos* C. B. Baſ. p. 91. P. RAJ. p. 784. Syll. ext. p. 116. MUR. p. 529. PLUKN. Mantiſſ. p. 63. MAGNOL. Char. p. 251.
*Dentaria pentaphyllos foliis mollioribus* I. R. H. GARID. p. 152. ic. 29. bene, MAPP. p. 92.
β Omnino eadem eſt, conſentiente C. BAUHINO.
*Dentaria Matthioli Pentaphyllos IIII.* CLUS. Pann. p. 451.
*Dentaria V. Pentaphyllos I.* CLUS. Hiſt. p. CXXII.
*Dentaria Corallina altera* TAB. p. 113.
*Dentellaria rubra Dalech.* LUGD. p. 1297.
*Coralloides I. quinquefolia* I. B. II. p. 900. ZWING. p. 952.
*Dentaria pentaphyllos* H. OX. II. p. 255.
*Dentaria pentaphyllos foliis aſperis* I. R. H. TILL.

In ſylvis *M. Dolaz, creux du Vent* &c. GESNER in *Albio* M. ARETIUS in *Neſſo.* In *M. Uetliberg* ſuam MURALT. Non ſatis perſuadeor diverſam eſſe a ſequente. Folia diſcrimen faciunt, quae ex una origine quina ſunt, digitata, non, ut in ſequente, pinnata.

2. DENTARIA foliis ſeptenis, ſuperioribus quinatis.

*Wilder Senf foliis ſeptenis* ARET. p. 235 *b.*
*Saxifraga montana alia foliis ſeptenis* GESN. Hort. p. 279 *b.* Coll. 105 *b.*
*Dentaria VIII. Heptaphyllos* CLUS. Hiſt. p. CXXIII. optime
*Dentaria heptaphyllos* C. B. Baſ. p. 91. P. PARK. RAJ. p. 785. Syll. ext. p. 116. MORIS. p. 255. I. R. H. GARID. p. 152. ic. 28. MURALT. p. 585. PLUKN. Mant. p. 63. ZWING. MAPP. p. 93.
*Dentaria altera* DOD. purg. p. 384.
*Viola dentaria altera* EIUSD. Hiſt. p. 162.
*Alabaſtrites altera, Dentaria altera Herbariorum, Coralloides altera Cordi* LOBEL. p. 686. ex CLUSIO.
*Dentaria quinquefolia, Conſolida dentata* TAB. p. 112. quod ad iconem.
*Aconiti Lycoctoni genus aliud Dalech.* LVGD. p. 1744.
*Dentaria albo flore* SVVERT. II. T. 23.
*Coralloides altera ſ. ſeptifolia* I. B. II. p. 801. lege p. 901.
*Dentaria ſiliquoſa heptaphyllos* IC. ROB. n. 70.

In

In alpinis ſylvis minime rara: Circa *Delſperg*, in *Feuerſtein*, *Muteto*, *Thuiri*, *Dolaz*, partibus Jurae. In *Neſſo* ARETIUS. *Scaphuſiae* C. GESNER.

Radix cylindrica, ad angulos rectos ramoſa, ſquamis orbicularibus inciſa. Caulis unicus, laevis, non ramoſus, cubitalis. Folia coſta foliacea, pinnarum paribus tribus, inpare ultima, ellipticorum, acute ſerratorum, levium, tenerorum. Calyx purpureus, tubuloſus. Petala ungue longo, bractea alba, orbiculari, extus rubente. Siliqua fungoſa, lata, ſpadicea, tuba globoſa: Seminum ordo alternus.

Totius plantae odor eſt, qui Erucae. Dicitur vulneraria eſſe: aquam Nurembergae in officinis proſtare ad Epilepſiam S. PAULI.

3. DENTARIA foliis inferioribus pinnatis ſupernis ſimplicibus LINN. Cliff. p. 335. ROYEN. p. 340.

*Coralloides* CORD. Hiſt. p. 151 *b*. cum icone, quae ſolas partes ſuperiores exhibet, abſque baccis, unde factum, ut LOBELIUS pro *pentaphyllea* habuerit.
*Dentaria baccifera* CLUS. Pann. p. 445. RAJ. p. 785* Syll. exter. p. 116.
*Dentaria IIII. baccifera* CLUS. Hiſt. p. CXXI.
*Dentaria bulbifera* LOB. p. 687. PARK.
*Dentaria ſeptifolia* TAB. p. 114.
*Coralloides minor bulbifera* I. B. II. p. 902. cum icone radicis Rhodiae.
*Dentaria heptaphyllos baccifera* C. B. P. LOES. VOLC. TIT. I. R. H. RUPP. DILL. WAGN. p. 275. ZWING.
β *Coralloidis altera ſpecies* CORD. l. c.
*Dentaria anguſtifolia baccifera* AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 12. f. 2.
*Dentaria baccifera foliis Ptarmicae* C. B. RAJ. p. 785. H. OX. II. p. 255. ZWING. p. 953.

WAGNER indigenam facit, ſed nunquam reperi. In Hercyniae ſylvae ſaltubus vulgaris eſt *It. Hercyn.* n. X.

Septifolia eſt, tenerior, ſupernis foliis ternis, quinis, demum ſolitariis. Flores albos aut ſubrubellos & ſiliquas raro perficit, & earum loco fere baccas nigras quinas, in acervum congeſtas, alis foliorum inſidentes producit. FABREGOU male cum priori & cum trifolia confundit.

An haec *Dentaria foliis apicibus inciſis cujus baccae venenatae ſunt* MATTH. p. 320.

## *CARDAMINE.*

TOURNEF. T. 109. LINN. n. 541.

Siliquae ab inferiori connexione ſolutae ſurſum revolvuntur in ſpiras, uti in Dentaria, & ungues petalorum longi ſunt: ſed ſtylus brevior, vix lineae longitudine, anguſtior, neque ſeptum fungoſum, neque calyx adeo evidenter deorſum gibbus.

1. CARDAMINE foliis pinnatis, pinnis laciniatis LINN. Cliff. p. 336. ROYEN. p. 345.

An *Sium* MATTH. p. 483. LUGD. p. 1092? Non puto, cum vulgo dicat apud Senonenſes naſci p. 484.
*Sium Matthioli & Italorum* LOB. p. 209. Obſ. p. 106. lectum in Taurinorum montibus. Non repugnat, ſed icon eſt eſt ex MATTHIOLO.
*Naſturtium aquaticum erectum folio longiore* C. B. P.
II. An *Acciptrina altera* CAES. C. 8. C. 66? Ita I. B. neque repugnat. Sed noſtrum non poteſt dici,, naſci in incultis.
III. An *Alpina Cardamine inſipida* COLUMN. Ecphr. II. p. 68. Non credo, neque folia conveniunt, ſinuata.
*Naſturtium alpinum inſipidum* C. B.
*Naſturtium annuum alpinum inſipidum* H. OX. II. p. 222.
*Cardamine alpina inſipida* PARK. p. 827.
IIII. *Naſturtium montanum* THAL. p. 79. cum deſcriptione, in qua pro *floſculi pauci*, lege *parvi*.
*Sium impatiens* P. ALPINI. de *exot.* p. 331.
*Siſymbrii Cardamines ſpecies quaedam inſipida* I. B. II. p. 886.
*Cardamine minor laciniatis foliis* PARK. p. 826. ex THAL. &
*Sium minimum, Noli me tangere dictum, ſive impatiens, Naſturtii ſylveſtris folio* EIUSD. p. 1241.
*Cardamine impatiens vulgo ſium minus impatiens* RAJ. Hiſt. p. 815.
*Naſturtium ſylvaticum myriophyllon* HOFM.
*Naſturtium minimum annuum flore albo* H. OX. II. p. 221. HERM. SUTH.
*Siſymbrium montanum tenuifolium flore muſcoſo purpuraſcente* BARR. ic. 155. bona icon primorum foliorum.

*Naſturtium ſpurium pratenſe parvo flore* VOLC.
*Naſturtium Cardamine dictum inpatiens* PLUKN. p. 251. (lege 261.) VOLC.
*Cardamine annua exiguo flore* I. R. H DILL. TILL. BOERH. RUPP. BUXB. RVPP.
*Cardamine alpina erecta, foliis copioſis imis latioribus, ſupernis anguſtioribus, profunde & eleganter diſſectis, floribus parvis albis* SCHEVCHZ. It. VII. p. 510.

SCHEUCHZER ad ripam meridionalem lacus *Rivarii.* (In ſylva Hercynia ad vias udas frequens eſt v. g. ſupra *Oſterodam.*

Folia ad terram in ambitum diſpoſita, cito exareſcunt, glabra, tenera, pallida, pinnata. Ima ſubrotunda ſunt, obtuſe tridentata anguloſa, hederacea; ad caulem vero pinnae profunde ſemibifidae, aut ſemitrifidae, trifidae, eleganter ſectae, ad quindecim paria, extremo ſimili majori: Suprema longe elliptica ſunt, acuta, vix dentata. Caulis glaber, rectus, foliis adſcendentibus tectus, ſpicis floralibus terminatur: Floſculi in tota gente minimi, petalis albis, absque ungue, brevioribus, quam ſtamina: ſiliquae flavidae, planae, modice toroſae.

2. CARDAMINE caule & foliis hirſutis.
I. An *Siſymbrium aquaticum alterum* MATTH. p. 488. LVGD. TAB. p. 455. (figura monſtroſa, eſt, ſpicis paniculatis.)
*Naſturtium pratenſe parvo flore* C. B. Prodr. p. 44. PLUKN. MAGN. Bot.
*Cardamine altera parvo flore* PARK. p. 825.
II. An *Cardamine alpina media* CLUS. Pann. p. 455. Hiſt. p. CXXVIII? absque icone, ob folia hirſuta & aſpera PARK. RAJ. p. 877.*
*Naſturtium minus, foliis in orbem ſparſis* C. B. ZWING.
*Iberidi Fuchſii vel Naſturtio aquatico affinis Cardamine alpina media Cluſii* I. B. II. p. 891.
III. *Siſymbrium aquaticum alterum* CAM. Epit. p. 270. icon optima.
*Siſymbrium* III. THAL. p. 107. cum bona deſcriptione.
*Naſturtium pratenſe rotundifolium minuto flore* C. B P. RAJ. p. 815.*
*Siſymbrium Cardamine hirſutum minus flore purpureo* (lege parvo) I. B. II. p. 888. cum bona deſcriptione.
*Cardamine impatiens altera hirſutior* RAJ. p. 815.
*Cardamine pratenſis parvo flore* I. R. H. MAGN. Hort. IOHR. BOERH.
An *Naſturtium pratenſe parvo flore* MURALT. p. 509.
*Cardamine ſubhirſuta minori flore* DILL. Cat. Gieſſ. p. 76.
*Cardamine ſylveſtris hirſuta flore lacteo* RVPP. p. 62.
*Cardamine foliis pinnatis floribus tetrandris* LINN. Cliff. p. 336. ROYEN p. 345.
IV. *Cardamine IIII. Dalechampii* LVGD. p. 659. cum icone glabra, MAGN. Hort. & Char. I. R. H. TITA. TILL. BOERH. ZANICHELL. p. 49. ic. 225. non bene MAPP. p. 53.
*Naſturtium aquaticum minus* C. B. Baſ. p. 30. P. PARK. H. OX. II. p. 224. ic. 10. T. 4. &c. ZWING. p. 421. cum icone CAM. an MURALT. p. 508.
*Cardamine ſylveſtris minor Italica* BARREL. ic. 455. bene, ſed icon glabra eſt.

In udis circa Baſileam v. g. in Alneto trans *Wieſam.* (ubi & C. B.) in pratis M. *Muteti.* C. B. in vineis Wylenſibus. Porro in ſylvis umbroſis Jurae: STAEHELINVS circa *Farnſpurg.* In area *Creux da Vent* &c. Im *Daubenloch* prope *Biennam* D. SCHUH.

Folia in orbem concinne diſpoſita, pinnata, ſature virentia, hirſuta, pinnis diſſitis, petiolatis, conjugatis, fere ad quatuor & quinque paria, ſubrotunda, duobus dentibus plerumque inciſa, extrema majora, ſerrata. Ad caulem, qui vix pedalis eſt, hirſutus & ramoſus, ſimilia ſunt folia, longiora tamen, ſimpliciora. Floſculi in ſpicis nudis, pallente calyce: Petala alba ungue longo, bractea ſtrictiori, ovali. Siliquae prioris ſpeciei, toroſulae. Stamina, quae quatuor tantum numerat LINNAEUS, mihi ſex fuerunt. Stylus breviſſimus.

3. CARDAMINE foliis pinnatis pinnis ſubrotundis anguloſis.
*Siſymbrii aquatici ſecunda ſpecies, ſ. Naſturtium aquaticum amarum* THAL. p. 106.
*Naſturtium aquaticum alterum* I. B. F. Boll. p. 170.
*Naſturtium Cardamine ſ. Naſturtium aquaticum flore majore elatius* I. B. II. p. 885.
*Naſturtium aquaticum majus & amarum* C. B. Prodr. p. 45. cum bona icone, H. OX. II. p. 224.
*Naſturtium aquaticum amarum* PARK. RAJ. p. 814.
*Cardamine flore majore elatior* I. R H. VAILL. RAJ. Syn. III. p. 299. RVPP. MAPP.
Hoc videtur eſſe *Naſturtium aquaticum erectum folio longiore* C. B. Baſ. p. 30.

Paſſim in paludoſis, ſed ſequente rarior. Bernae in palude exigua prope balneum exterius. Tiguri ad foſſas urbis minoris I. G. DIVERNOI Neocomi. HUBER inter *Lenz* & *Brienz.*

A ſequente ſpecie facile diſtinguitur, foliis ad caulem, & ad radicem perinde latis, ſubrotundis, anguloſis, tridentatis. A Siſymbrio aquatico, cum quo foliis & ſapore

ſapore convenit, flore magno albo: Flos ſequentis ſpeciei n. 4. plerumque lacteus, raro rubelli quid admittit, unguibus calyce longioribus, bractea ſubrotunda.

4. CARDAMINE foliis pinnatis, imorum pinnis ſubrotundis anguloſis, ſuperiorum oblongis & ſtrictis.

*Gauchblum* BRUNF. I. p. 218.
*Naſturtium pratenſe* TRAG. p. 83. GESN. Tab. Coll. p. 91. Hort. p. 268 *b*.
*Hiberis* FUCHS. p. 325.
*Lepidium minus* CORD. Dioſc. p. 48 *b*.
*Flos cuculi* DOD. p. 594. foliis longis & integris.
*Cardamine altera ſ. ſiſymbrium Cardamine ſecundum* LOB. p. 210.
*Cardamine altera ſimplici flore* CLUS. p. CXXVIII. ex DOD.
*Cardamine I. ſiſymbrium alterum Dioſcoridis* TAB. p. 452.
*Naſturtium aquaticum ſimplici flore* AICHST. Vern. Ord. I. T. 3. f. 4.
*Naſturtium pratenſe magno flore* C. B. Baſ. p. 29.
*Iberis Fuchſii ſive Naſturtium pratenſe ſylveſtre* I. B. II. p. 889.
*Cardamine* RAJ. p. 814.
*Naſturtium pratenſe magno flore ſimplici* H. OX. II. p. 223.
*Cardamine pratenſis flore magno purpuraſcente* T. aut de Par. p. 253. I. R. H.
*Cardamine foliis pinnatis caule erecto* LINN. Lapon. n. 258. Cliff. p. 336. ROYEN. p. 345.
II. *Cardamine ſ. ſiſymbrium alterum Dioſcoridis* LOB. ic. p. 210. folio latiori, rotundiori.
*Cardamine II.* TAB. p. 453.
*Naſturtium pratenſe folio rotundiore flore majore* C. B. Baſ. p. 29. P. &c.
β *Cardamine II. ſpecies altera floribus lacteis* TAB. p. 453. ex FUCHSIO.
*Cardamine pratenſis magno flore albo* T. aut. de Par. p. 253. I. R. H. &c.
γ Flore *pleno* CLUS. p. CXXIX. AICHST. l. c. f. 3. ROYEN. p. 119. MAPP. p. 52.
δ *Cardamine pratenſis parvo flore* MAPP. p. 53. videtur varietas.

Nihil vulgatius locis aquoſis.

Caules duri, firmi, pene nudi, pedales, & ultra. Folia glabra, pinnata, alia ad terram, ſubrotundis pinnis, & magis minuſve anguloſis, alia ad caulem, oblonga, linearia, gracilia, plerumque integra. Calycis folia ovalia, duo recta, duo paulum gibba. Petala longa, ut priori, venoſa, plerumque dilute purpurea, vel lactea. Stamina valde inaequalia. Tuba globoſa. Siliquae planiſſinae.

* 5. CARDAMINE foliis ternatis.

*Cardamine alpina* CLUS Pann. p. 485.
*Cardamine alpina trifolia* EIUSD. Hiſt. p. CXXVII. I. R. H. BOERH. RUDB. p. 96.
*Cardamine trifolia* LOB. p. 211. ex CLUSIO RAJ. p. 817.
*Cardamine III. trifolia* TAB. p. 444. ex CLUSIO.
*Naſturtium alpinum trifolium* C. B. P.
*Iberidi Fuchſii affinis trifolia Cardamine* I. B. II. p. 890. ex CLUSIO.
*Naſturtium alpinum trifoliatum* H. OX. II. p. 224. T. 4. f. 12.
*Cardamine foliis ternatis crenatis caule ſimplici* LINN. Lapon. n. 257. Cliff. p. 336. ROYEN. p. 346.
II. *Cardamine alpina foliis latis teneris longis pediculis inſidentibus* SCHEUCHZ. It. VI. p. 454. niſi eſt n. 7.

In *M. Chaſſeral* valle ſuprema. SCHEUCHZERUS ſuam in deſcenſu *Furculae.*

Folia ex radice longe petiolata, pinnarum pare unico, raro duobus, extrema impare majore, omnibus amplis, ſubrotundis, modice dentatis. Caulis purpuraſcens, dodrantalis, erectus, paucis foliis ſtrictioribus veſtitur. Flos dilute purpureus, ſimilis priori.

6. CARDAMINE caule procumbente, pinnis ovatis cum nervo confluentibus.

*Naſturtium alpinum minimum ſecundum ſiliqua oblonga* C. B. Phyt. p. 160.
*Naſturtium aquaticum minimum* EIUSD. ad MATTH. p. 380. quod ad iconem, deſcriptio enim & locus natalis ſunt ſpeciei 2.
*Naſturtium alpinum minus reſedae folio* C. B. Prodr. p. 45. P. H. OX. II. p. 222. WAGN. ZWING. p. 519.
*Naſturtium alpinum Reſedae folio* BOCC. p. 41. T. 46.
*Cardamine alpina minor Reſedae foliis* PARK. RAJ. p. 817. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VI. p. 444.

In ſcopuloſis alpium non rara: v. g. in *Furca*, *Gotthardo*, *Scheideck*, qua deſcendi incipit verſus *Meiringen.* HUBER inter *Plurs* & *Promentein.* SCHEUCHZER in *Furculae* deſcenſu: & ad fontes *Rheni poſterioris.*

Caules procumbentes, ſemidodrantales, & folia plurima ex radice ſimplicia, ovata, ad caulem vero pinnata, nervo late foliaceo, pinnis cum nervo confluentibus, quae prioribus ſpeciebus petiolatae ſunt, raris, ovalibus, aut ellipticis, duorum & trium

trium parium, extrema majori ovata. Anguli, ad quos pinnae prodeunt, fere recti fiunt, & in ipſo angulo ſaepe denticulus adſidet. Petala ungue brevi, ovalia alba. Siliquae pro portione magnae, unciam longae, conpreſſae, toroſulae.

7. CARDAMINE foliis ſimplicibus ovatis petiolis longiſſimis LINN. Lap. n. 206. T. 9. f. 2.

*Plantula Cardamines aemula* CLUS. Pann. p. 548. cum bona icone, &
*Sinapi pumilum alpinum* CLUS. Pann. p. 549. Hiſt. p. CXXIX.
*Plantula Cardamines alterius aemula* EIUSD. Hiſt. p. CXXIX.
*Sinapi pumilum alpinum folio Bellidis Cluſii* I. B. II. p. 870.
*Naſturtium alpinum Bellidis folio minus* C. B. P. RAJ. p. 817. PLUKN. WAGN. SCHEUCHZ. It. I. p. 44. cum deſcriptione.
*Naſturtium minus Bellidis folio* MORIS. II. p. 225.
*Cardamine pumila Bellidis folio alpina* MERR ET. p. 20. Syn. RAJ. III. p. 330.
*Barbarea montana integro folio* BOCCONE p. 138. & p. 109. T. 88.
Et *Barbarea alpina integro folio ſaxatilis* EIUSD. p. 74. T. 88.
β *Naſturtium alpinum Bellidis folio majus* C. B. Prodr. p. 46. P. PARK. RAJ. p. 817. WAGN. ZWING. Haec cubitalis eſt, foliis ad caulem obtuſe ſagittatis.

In altioribus culminibus alpium, in *M. Joch* & *Gotthardo*, circa coenobium, magna copia. I. GESNER in alpis Rhaeticis & *M. Gamor* Abbatiſcellanorum: Alteram BURSER circa *Thermas Fabarias*.

Folia ex radice longe petiolata, ſolitaria, ovata, aut integra, aut uno alterove dente notata, ad caulem plerumque ſeſſilia, ovata. Vidi pinnam quaſi acceſſiſſe, vidi etiam ad caulem petiolata fuiſſe, quae varietas a LINNAEO pingitur. Caulis humilis, duarum, & trium unciarum, Calyx fuſcus, petala longo ungue, majuſcula, lacteola, rarius purpuraſcentia. Siliquae unciales, planae, latiſſimae, pro portione magnae. Semen rufum planumque.

## *T U R R I T I S.*

DILL. nov. gen. p. 120. LINN. n. 546.
*TVRRITIDIS* SP. TOURNEF.

Calyx ſimplex, deorſum non gibbus. Siliqua praelonga, conpreſſa, tetragonica, ſed mediis angulis parum eminentibus, ſtylo breviſſimo. A ſequente genere praeterea diſtinguitur habitu ſtricto, ſiliquis erectis, cauli parallelis. A *Siſymbrio* aegre diſtinguitur longiore planaque ſiliqua, ſemine inciſo.

1. TURRITIS foliis omnibus glabris, ovatis.

*Turritis foliis caulem ambeuntibus polyceration* BOCC. Muſ. di Piant. p. 49. T. 41. bene SCHEVCHZ. It. II. p. 143. cum deſcriptione.

Rara planta. SCHEUCHZER ad radicem M. *Galandae* legit. Ego in arenoſis ad rivum *Rychenbach*, qua ex *Scheidek* deſcenditur, ſupra *Meiringam*, cis pontem majorem.

Caules ramoſi, brachiati, pedales, duri, violacei. Folia copioſiſſima, ovata, ad terram petiolata, deinde amplexicaulia, integra, glauca, glabra, firma & carnoſa. Siliquae denſa ſerie ſuperiora caulium tegunt, erectae, parallelae ad ſcapum, planae, latae, valde toroſae, cyaneae. Flos albus . . . . .

2. TURRITIS foliis radicalibus dentatis, hiſpidis, caulinis integerrimis, amplexicaulibus, glabris LINN. Cliff. p. 239.

I. An *Turrita major Plateau* CLUS. p. CXXVI? conſentit locus natalis, ſed folia ima pinguntur levia.
*Braſſica ſylveſtris longifolia* THAL. p. 16.
*Glaſtifolia cichoroides, Joh. Bauhini, Turritis ſecunda Cluſii* I. B. II. p. 836. deſcriptio, non vero ſynonyma.
*Braſſica ſylveſtris foliis circa radicem cichoraceis* C. B. Baſ. p. 23. P. RAJ. p. 798. PLUKN. &c.
*Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis, aſperis, caulibus autem adhaerentibus planis ſeu glabris* MORIS. II. p. 210.
*Turritis foliis inferioribus cichoraceis ceteris perfoliatae* T. aut. de Par. p. 160. I. R. H. &c.
Et *Leucojum Heſperidis folio* I. R. H.
*Turrita major Plateau* DILL. Cat. Gieſſ. p. 107.
II. Omnino videtur eadem planta eſſe, quam aegerrime ex autoribus eruo, commiſtam cum I. & altera foliis omnibus hirſutis, quae in Helvetia nondum lecta eſt.
*Braſſica ſylveſtris virgata* CORD. Hiſt. p. 96 *b*.

*Braſſica*

*Braſſica ſylveſtris procera* THAL. p. 17. I. B. II. p. 837.
*Quaedam cauliculo ſimplici* CAES. p. 361.
*Braſſica ſylveſtris foliis circa radicem integris & hiſpidis* C. B. Phytop. p. 179.
*Braſſica ſylveſtris ramoſa pene glabra* C. B. Baſ. p. 33. r. (neque enim alia Baſileae reperta eſt.)
*Braſſica ſylveſtris foliis integris & hiſpidis* MORIS. II. p. 211. T. 2. f. 23. quod ad iconem. Nam iconem *Turritidis vulgatioris* CLUS. p. CXXVI. eamdem eſſe pene certus adfirmo: planta ipſa diverſa eſt, & hirſuta.

Prior ſatis vulgaris eſt in Helvetia. Circa *Bernam* in arvis v. g. *im Lindenthal*, ſupra & *Bolligen*. *Baſileae* ad *Wieſam* prope *Ottersbach*, & ad lapides haud longe patibulo. Ad Rhenum qua itur verſus *Crenzach* I. B. Alteram C. B. legit ad ripam Rheni, & in dumetis urbis minoris.

Folia prima in orbem ad terram poſita, oblonga, pilis ſubaſpera, modo integra, modo ſemipinnata, cito exareſcunt, ut tota planta glabra fiat. Caulis non ramoſus, niſi ad terram, rectiſſimus, tripedalis & ultra. Folia ad caulem paulatim calveſcunt, & ultimo mollia ſunt, glauca, glabra, ſagittata, amplexicaulia. Spicae ſiliquarum longiſſimae, per aetatem nutantes. Flos in tanta planta perexiguus. Calyx tubuloſus, albo coloratus, petala ex albo ſubviridia, elliptica, ſiliqua biuncialis & ultra, modicis per convexitatem lineis, ſtylo breviſſimo, vix ſemilineam longo, capitato. Semina exigua, conplanata, ex ruſo ſpadicea.

3. TURRITIS foliis aſperis dentatis, caule ſimplici.
Annon *Aizoum Telephium* LUGD. p. 1131.
*Barbarea muralis* I. B. de plant. a div. nom. hab. p. 9. Hiſt. II. p. 869. RAJ. p. 799.
*Eryſimo ſimilis hirſuta* C. B. MATTH. p. 432. cum icone, *alba* Prodr. p. 42. *laciniata* P.
*Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata floribus albis* C. B. Phyt. p. 153. cum deſcriptione, Baſ. p. 28. ZWING. p. 414. cum eadem icone.
*Eryſimum minimum annuum hirſutum* H. OX. II. p. 219.
*Turritis minor* T. aut. de Par. p. 160. I. R. H. GAR. ZANICH. p. 266. ic. 170. (abſque hirſutie) MAPP. p. 313. qui non bene addit, majoris hiſpidae ſimilem eſſe.
*Turritis foliis omnibus dentatis hiſpidis alternis amplexicaulibus* LINN. Cliff. p. 339. ROYEN. p. 339.

Non rara in Helvetia. Reperi in rupibus inter caſtellum *Münchenſtein* & aedes Parochiales, *Lauſannae* ad hortorum muros; in *M. Waſſerfall*, ſupra *Dornach*, in ruderibus arcis *M. Muteti*, ad patibulum in agris ſaxoſis. In alpinis etiam & ſubalpinis circa *Weiſſenburg*, *Nodz*. In *Thuiri* I. B.

Folia ad terram conferta, ſaepe eleganter in orbem diſpoſita, hirſuta, aſpera & ſicca, ovata, obiter ſerrata: ad caulem amplexicaulia, diſſita, acuta, parum ſerrata. Caulis pedalis & ultra, ex ſola radice ramoſus, caetera ſimplex, rectus, quaſi nudus. Calyx tubuloſus, evidenter deorſum gibbus, albicans, in apice fuſco colore tinctus. Petala ovali ambitu, lacteo colore, ungue brevi. Siliquae copioſiſſimae, juniores nigricant, & flores quaſi varios reddunt, longae, ſtrictiſſimae, cauli parallelae, aut nutantes, utrinque convexae, toroſae, valvis linea media, ſed obſcuriore, diviſis. Stylus nullus.

## *ARABIS.*

LINNAEI n. 544.
*LEUCOII* & *TURRIDIS* ſpec. TOURNEF.

„Calycis duo foliola deorſum gibba & cava, ſquamula in fundo ſinguli folioli calycis; Stylus nullus, ſiliqua Turritidis. Ita LINNAEUS: nam ſquamulas non reſpexeram, nunc deſunt recentia ſpecimina. Ego ſiliquis diſtinguo, vagis, non turritis.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis caule diffuſo ramoſo LINN. Cliff. p. 339. ROYEN. p. 339.
α *Draba II.* CLUS. Pann. p. 462. Hiſt. p. CXXIV. CXXV. bene
*Eruca muralis* LUGD. p. 1134.
*Heſperis alpina ſ. muralis minor repens* I. B. II. p. 880. cum bona etiam icone, foliis longioribus.
*Draba alba ſiliquoſa*, C. B. H. OX. II. p. 235. RAJ. Syll. p. 118. MAGN. &c.
*Leucojum montanum minus flore parvo* RAJ. p. 786. VOLC.
*Leucojum vernum perenne album majus* I. R. H. RUDB. p. 98. BOERH. TILL. MAPP. p. 168. *folio glabro ſucculento* SCHEUCHZ. It. VII. p. 513.
Icon WEINM. T. 470 *d*.

Bbbb β Varie-

? 59 ? Arabis alpina

β Varietas alpina, foliis pene glabris, humilior, flore ſaepe purpuraſcente.
*Draba 3 ſucculenta* CLUS. Pann. p. 463. bene
*Draba III. ſucculento folio* CLUS. Hiſt. p. CXXV.
*Draba altera* LOB. app. II. p. 261. (ex CLUSIO.) LVGD.
*Arabis ſ. Draba altera* ADV. p. 463.
*Draba alba ſiliquoſa repens* C. B. Baſ. p. 32. (ſynonyma, nam certum videtur, loqui CASPARUM de planta α) P. PARK. H. OX. II. p. 234. &c.
*Heſperidi alpinae ſ. murariae adfinis Draba ſucculenta* I. B. II. p. 880. ex CLUSIO.
*Leucojum montanum ſucculentum* RAJ. p. 786.*
*Leucojum vernum perenne album minus* I. R. I. H. MAPP.
*Draba ſiliquoſa coerulea* ELSH. p. 71.

Paſſim in alpium nemoribus udis in *Saleva, Thniri, Chaſſeral, Creux du Vent, Gemmio.* Altera, quam C. B. ſupra *Dornach* & ad ponticulum S. *Jacobi* ponit, in ſolo Gotthardo viſa eſt.

Varietati primae, altiori, montanae, caules hirſuti, numeroſi, ſemiprocumbentes, ad ſingula folia brachiati, ad cubitum alti. Folia copioſa, craſſula, hirſutie incana, ex ovatis & ellipticis acuminata, acute & profunde circumſerrata. Calycis folia evidenter deorſum gibba. Petala ungue viridi, bractea ovata alba, in alpinis non raro coerulea. Siliquae incurvae, maturae rectiores, planae, toroſae, ſtylo breviſſimo Semen ovale, conpreſſum, hilo brevi.

In alpina varietate β folia glabra, minus ſecta, magis pulpoſa, & frequenter calyx & petala ipſa ex coeruleo livida.

Non alia videtur eſſe *Draba alba ſiliquoſa* MURALTI p. 665. in alpp. *Glaronenſibus* lecta.

* 2. Heſperis alpina minor, flore albo, ſiliquis longis RAI. Syllog. exter. p. 296.

In ſummitate M. *Saleva* RAI.

„ Radix ſimplex, fibroſa. Folia ad terram multa, Bellidis majoris . . . breviora, per oras rarioribus inciſuris dentata, extremitatibus ſubrotundis, ex atro virentia, rarioribus pilis brevioribus & rigidioribus aſpera, fere uti Bugloſſa lutea. Ex foliorum medio caules rotundi, rubentes, rarioribus pilis obſiti, foliis vacui, praeter quam ad florum pediculos. Flores quinque ſex . . . in ſummitate caulium, albi . . . ex calyce longiuſculo. Siliquae conpreſſae, duos aut tres digitos longae . . . adcedit nonnihil ad Heſperidem alpinam. Ita RAIUS. Cum in *hiſtoria* hanc plantam non repetat, videtur varietas eſſe prioris.

* 3. Leucojum ſylveſtre latifolium, floſculo albido parvo RAI. p. 786.
*Heſperis ſylveſtris, latifolia flore albo parvo* PARK. RAJ. Syll. p. 143. PLUKN.
*Heſperidi alpinae murariaeve ſimilis ſubrecta & magna* I. B. II. p. 881.

RAIUS in M. *Saleva*.

„ Diſtinguunt ab Heſperide alpina, quod ſubrecta ſit, duorum cubitorum, foliis longioribus, tum ad radicem, tum ſagittatis, quae ad caulem ſunt. „ Siliquis infirmis & nutantibus . . floſculo ex albo ſubluteo.

4. ARABIS foliis ovatis, vix dentatis, ſcabris, ad terram confertis.
I. *Paronychia altera Myagrifolia* C. GESN. apud CAM. Hort. p. 118.
*Piloſella ſiliquata minor* THAL. p. 84. ic. VII. n. D. (Iconem ad GESNERUM miſerat I. B.
*Burſa paſtoris ſ. piloſella ſiliquoſa* I. B. II. p. 870. cum bona icone, RAJ. p. 800.
*Burſae paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor* C. B. Baſ. p. 32. *ſ. minoribus foliis* P.
*Draba anguſtifolia prima* BARR. ic. 69. n. I.
Et *II. media* ibid. n. II.
Et *major* EIVSD. ic. 270.
II. *Piloſella ſiliquata major* THAL. p. 84.
*Aizoon Telephium Dalech* LUGD. p. 1131. non bene, ſi huc pertinet
*Burſae paſtoris ſimilis ſiliquoſa major* I. B. Baſ. l. c. *ſeu majoribus foliis* Pin.
*Drabae ſiliquoſae ſimilis planta praecox annua* H. OX. II. p. 235. &c.
*Turritis vulgaris ramoſa* T. aut. de Par. p. 160. I. R. H. MAGN. Char. p. 250. MAPP. p. 313.
*Arabis foliis lanceolatis petiolatis integerrimis* LINN. ROYEN p. 339.

Bernae vulgaris in ſegetibus v. g. ad viam Moratenſem, paulo ultra *Ziegelhütte.* CASPARUS BAUHINVS ad pontem *Wieſae*, & circa *Cliben.* Genevae I. B.

Caules copioſi, ramoſi, erecti, ſemipedales & paulo altiores. Folia ad terram plurima, in orbem poſita, petiolata, ovalia, hirſuta, nervo ſaepe purpureo, ſimplicia, aut leviter ſerrata: ad caulem pauca ſeſſilia, lanceolata, ſaepe glabra. Calyx erectus, tubuloſus, evidenter deorſum gibbus. Unguis petali calycis longitudine, bractea ſubro-

ſubrotunda, alba. Siliquae exſtant majori angulo, latiuſculae. Stamina longitudine ſiliquae. Ab Arabi n. 2. diverſiſſima eſt.

## *CHEIRANTHUS.*
LINN. n. 537.

## *LEUCOIUM.*
TOURNEF. T. 107.

Calycis duo foliola deorſum gibba, uti in *Arabi*. Glandulae melliferae tantum duae (LINN.) Petala calyce multo longiora. Siliqua obtuſe quadrangularis, ſtylo brevi, bifido; ſeptum non fungoſum, uti Heſperidi: Semina plerumque margine tenuiori cincta.

1. CHEIRANTHUS foliis ellipticis glabris integerrimis.
*Geel violaten* BRUNF. I. p. 136.
*Keiri* RUELL. p. 562. BLAKW. T. 179.
*Viola lutea* TRAG. p. 560.
*Leucoja lutea ſylveſtria* GESN. Hort. p. 264.
*Leucojum aureum* MATTH. p. 877. bene CAM. Epit. p. 620. LUGD.
*Leucojum luteum* DOD. coron. p. 12. Pempt. p. 160.
*Leucojum luteum Keiri* LOB. p. 330.
*Leucojum luteum, vulgo Cheiri, flore ſimplici* I. B. II. p. 872. RAJ. p. 782.
*Flos Cheyri ſimplex minor* AICHST. Aeſt. Ord. 2. T. 5. f. 3.
*Leucojum luteum vulgare* C. B. P. ZWING. H. OX. II. p. 243. I. R. H. &c.
*Leucojum luteum foliis virentibus* C. B. Phytop. Baſ. p. 59.
*Cheiranthus foliis lanceolatis acutis glabris* LINN. Cliff. p. 334. ROYEN. p. 338.
*Baſileae* ad moenia interiora urbis paſſim. An vera indigena?

Caulis firmus, hirſutus, ramoſus, pedalis, & cubitalis. Folia glabra, obſcure viridia, elliptica, ſolida, molli ſpinula terminata. Flos ſpecioſus, odoratus; Calycis duo longiora folia deorſum gibba, plerumque vero violaceus eſt. Petala longo ungue, flava bractea. Siliquae ſericeo villo obductae, obtuſe quadrangulae: tuba brevis, ſtigmate craſſo bicolli.

Odor florum gratiſſimus partes indicat volatiles: deſtillati liquores multum & acidi habent & alcalici & oleoſi GEOFROI. III. p. 641. Oleum infuſum partum expedit. Flores menſes, partumque pellunt, in aceto infuſi WELSCH *Mictom.* aut vino, aut cereviſia, aut ſucco expreſſo ſumto HOFMAN. de med. domeſt.

## *HESPERIS.*
TOURNEF. T. 108. LINN. n. 538.

Calyx Leucoji, & glandulae, & petala, breviori tamen ungue: & apex ſiliquae bifidus. Differt maxime ſeminibus non marginatis, in ſepto fungoſo profunde nidulantibus TOURN.

1. HESPERIS foliis ellipticis, glabris, circumſerratis.
*Arabis quorumdam* CAM. Hort. p. 19.
*Arabis quibusdam dicta planta* CAM. Epit. p. 342.
*Draba lutea ſiliquis ſtrictiſſimis* C. B. H. OX. II. p. 234. HERM. &c.
*Draba lutea quibusdam* I. B. II. p. 870.
*Draba lutea* PARKINS. RAJ. Syll. ext. p. 118.
*Heſperis lutea ſiliquis ſtrictiſſimis* I. R. H. BOERH. TILL.
*Siſymbrium foliis lanceolatis dentato ſerratis* LINN. Cliff. p. 337. ROYEN. p. 341.
*Burmii* Rhaetorum I. B. In montibus Rhaeticis ID.

Radix lignoſa, craſſa, ſapore acri. Caules recti, ramoſi, cubitales, bicubitales. Folia frequentia, ſtricta, longe elliptica, longe acuminata, ora ſerrata, glabra. Calyx tubuloſus, albidus, deorſum gibbus. Flos luteus, unguibus calycis longitudine, petalis ſubrotundis. Siliqua longiſſima, uti in Turritide, ſtigmate craſſo, bicolli.

2. HESPERIS foliis longioribus glabris, rariter dentatis.
*α Leucoja lutea ſylveſtria minora ad vias* GESN. Hort. p. 264 *b*.
*Leucojum ſylveſtre* CLUS. Pann. p. 337. Hiſt. p. 299. bene, TAB. p. 310. ex CLUS. RAJ. Syll. ext. p. 163. Hiſt. p. 783.
*Leucojum luteum ſylveſtre Cluſii* I. B. II. p. 873.

*Leucojum luteum ſylveſtre anguſtifolium* C. B. ZWING. SCHEVCHZ. It. IV. p. 337. &c.
*Leucojum ſylveſtre anguſtifolium* MOR. II. p. 244.
*Leucojum minus anguſtifolium luteum* BOCC. Muſ. di Piant. p. 148. T. III. & forte plura alia.
*Heſperis Leucoji folio non ſerrato ſiliqua quadrangula* I. R. H. GARID. BUXB. &c.
II. *Keiri con foglie dentate Alpino* ZANON p. 110. T. 45. videtur differre flore exiguo, niſi male pictus ſit.
β *Leucoji ſylveſtris ſpecies* TRAL. p. 69. cum haec varietas Germaniae indigena ſit, eamque nuper ab ILL. Socero TEICHMEIERO acceperim. Sed quare folia dicit aſpera?
*Leucojum ſylveſtre inodorum* (ſed noſtrum odoratum eſt) *flore parvo pallidiore* AICHST. Aeſt. Ord. 2. T. 13. f. 2. bene, RAJ. p. 781.*
*Leucojum luteum ſylveſtre Pannonicum ſerrato folio obtuſo & acuto* I. B. II. p. 873. cum icone.
*Leucojum luteum ſylveſtre hieracifolium* C. B. Prodr. p. 102. P. ZWING. p. 772.
*Heſperis Leucoji folio ſerrato ſiliqua quadrangula* I. R. H. TILL. BOERH. VAILL.
*Heſperis ſylveſtris Hieracii folio hirſuta* GARID. p. 229. RAJ. p. 791.
*Keiri ſylveſtre folio Hieracii* RUPP. p. 61.
*Eryſimum foliis ſerratis lanceolatis* ROYEN. p. 342.
III. Quomodo differat β *Leucojum ſive Keiri alpinum flore ſulfureo odoratiſſimo* IONQUET. p. 72.
*Leucojum anguſtifolium alpinum flore ſulfureo* I. R. H.

Varietatem anguſtifoliam legi in *Valeſia*, ſupra Leucam, & in pratis circa acidulas *Mauritianas* Rhaetiae legit HUBERUS. Latifoliam in *Creux du Vent*, & aditu *Pertus de la Biſe* D. DIVERNOI, & ad pedem ſummarum rupium *M. Chaſſeral* D. SCHUH. Eam pictam dedi T. V.

Radix lignoſa; folia & caules plurimi. Hi dodrantales; ramoſi, iſta, modo graciliſſima, uno alterove dente raro inciſa, modo latiuſcula, elliptica, tumque denuo integro margine aut ſerrato. Calyx praelongus, albicans; duobus foliis deorſum gibbus, tubuloſus. Flos ſpecioſus, ſuaveolens, ungue calyce longiore, bractea ſulfurea, rotunda. Siliqua quadrangularis, terminata capitulo craſſo, fungoſo, bicolli. Hujus & praecedentis ſpeciei, fructum maturum non vidi, malui tamen TOURNEFORTIUM ſequi, & cum Heſperide relinquere.

3. HESPERIS caule hiſpido ramoſo procumbente LINN. Cliff. p. 335. ROYEN. p. 338.

*Heſperis prima* CLUS. Pann. p. 333. 334. Hiſt. p. 296.
*Heſperis Pannonica* CAM. Hort. p. 74.
*Violae ſylveſtris ſpecies* CAES. p. 368.
*Heſperis montana pallida odoratiſſima* C. B. WAGN. H. OX. II. p. 252. I. R. H.
*Heſperis colore ineleganti* I. B. II. p. 879.
*Heſperis montana & prima* RAJ. 791.

KOENIGIUS & STAEHELINUS ad ripam Rheni circa *Auguſtam*. STAEHELINUS in arce *Farnſpurg*. DIVERNOI *au Pelar* in comitatu *Valendinenſi* (*Pleſſae* verſus occidentem.

Caules nutantes, parum ramoſi, cum foliis hirſutuli. Petiolata iſta, inferiora profunde dentata, ſuperiora rariter, magis aut minus profunde ſerrata. Calyx tubuloſus, hirtus, ejus omnia folia deorſum gibba, ſed bina magis. Flos ungue multo longiori, quam calyx, bractea ſubrotunda, alias pallide rubella, quaſi a ſole color elanguiſſet, alias ſuaverubentia. Siliquae craſſae, glabrae, pene quadrangulae, triunciales, ſeminibus pulpae ſepti immerſis, ita toroſis, ut articulata ſit etiam junior. Stigma craſſum, bicolle. Flos odore tunicarum hortenſium. Venas nigras CLUSIANAS nunquam vidi.

PLAN-

# PLANTAE PETALODEAE DICOTYLEDONES.

## ORDO VI.

## MEIZOSTEMONVM.

## CLASSIS II.

## PLANTAE LEGUMINOSAE

BOERHAAVE II. p.22.

## DIADELPHIAE LINN. p.209.

Claſſis naturalis eſt, quae fructu cum priori conjungitur, pariter bivalvi, & ſeminibus ad valvarum conjunctionem propriis petiolis adfixis, & in cavitates valvarum receptis. Calyx monophyllos, ex tubo obſcurius aut evidentius quinquefidus. Flos tetrapetalos, ſed difformis papilionaceus SPIGEL *Iſag.* c. 12. Si vero vaginam, adeo ſaepe bipedem & fiſſilem, pro duobus petalis numeraveris, ut MAGNOLIUS vult, neque repugnat TOVRNEFORTIUS, erunt flores pentapetali. Petalum ſupremum reliqua inmatura conplectitur, maturum partem alarum anteriorem deſerit & elevatur reflexum, dum poſteriorem propriis tumoribus coercet, ambitu plerumque ſubrotundo. Duo lateralia ſemper aequalia, ſeminis conceptaculo parallela adſident, & plerumque partem, quae origini proxima eſt, retro miſſis auriculis tegunt. Imum ſive carina plerumque bipes, & fiſſile, ſurſum cavum, ſaepe roſtratum, ſiliquam totam continet. Plana pars carinae congruit vaginae perpetuo albae, cavo incili ſiliquam continenti, cujus extrema pars, ad ſedem fere orientis tubae, in plerisque novem ſtamina inaequalia, medio longiſſimo, ſurſum emittit (MALPIGH ic. 179.) Deinde ſtamen quidem ſupremum plerumque diſtinctum, ſolitarium, conplet hiatum vaginae ſuperiorem, & raro cum ea confunditur. Siliqua ſaepe totam vaginam replet, & ad finem ejus tubam ſurſum reflectit ſimplicem, fine ſaepiſſime lateſcente, ſtaminibus inmiſtam. Quando brevior eſt, tunc pars aliqua vaginae ſolam tubam continet. Siliqua ſemper in conjunctione valvarum ſuperiore aperitur, & ad commiſſionem inferiorem ſemina ex ſuis pediculis ſuſpenduntur MALPIGH ic. 195. 248. Omnibus etiam farinoſa ſemina, blanda, absque notabili ſapore, niſi amara ſint, brutorum, & ſaepe hominum cibus.

## ORDO I.

## SILIQUA SEPTO MEDIO DIVISA BILOCULARI.

### *ASTRAGALUS.*

MORIS Prael. p. 414. TOVRNEF. T. 233. LINNAEI n. 570. RIVINI T. 103. & *GLAUX* RIVIN. T. 107.

Character princeps a ſiliqua petitur: Deinde, certe in noſtris, calyx tubuloſus, ſupernis dentibus duobus brevibus, ad ſe invicem converſis, rectioribus: Flos longus ſtrictus, vexillo longiori plicato, exigua parte reflexa, lateribus adſcendentibus, alae carina longiores, breviter auriculatae. Carina fiſſilis, roſtro plerumque, non ſemper, ſimo. Vagina ſurſum aperta, novemfida, & ſtamen decimum: hanc ſtaminum fabricam ubique ſupponam, niſi monuero contrariam obtinere. Siliquae variae figurae, biloculares, ſemina reniformia. Globulus tubam terminat, acute reflexam. Porro folia pinnata ſunt, & flores ſemper in ſcapo aphyllo ſpicati, denſius, aut laxius.

1. ASTRAGALVS caule ex alis ſpicato, ramoſo, procumbente, foliis ovalibus.

*Glycyrrhiza ſylveſtris* GESN. Hort. p. 257 *b*. LUGD. p. 251. commode, ſed minora folia
*Sylveſtre Foenumgraecum* DOD. Cereal. p. 162. *primum* EIUSD. Hiſt. p. 547. cum icone.
*Glaux vulgaris, Glycyrrhiza ſylveſtris Geſneri* CLUS. p. CCXXXIII. eadem icon.
*Glaux vulgaris* LOB. Ic. II. p. 80.
*Polygalon Cordi* THAL. p. 88.
*Foenum graecum ſylveſtre, ſive Glycyrrhiza ſylveſtris quorumdam* I. B. II. p. 330.

*Glycyrrhiza ſylveſtris floribus luteo palleſcentibus* C. B. Baſ. p. 98. &c.
*Aſtragalus luteus perennis procumbens vulgaris ſeu ſylveſtris* H. OX. II. p. 107. T. 9. f. 8. T. aut. de Par. p. 247. I. R. H. MAGN. Char. p. 280. &c.
*Glaux vulgaris leguminoſa, ſive glycyrrhiza ſylveſtris* RAJ. p. 935.
*Aſtragalus* RIVIN. T. 103. DILL. &c.
*Icones* WEINM. T. 197 *a. b.*
*Aſtragalus leguminibus lunulatis biventricoſis, caulibus procumbentibus* LINN. Cliff. p. 362. ROYEN. p. 392.

Bernae ad ſepes, in aſperis arvis &c. In alpes etiam adſcendit v. g. in culmine ſaxoſo *Neunenen.*

Maximus noſtratium, ramoſo & procumbente caule: foliis pinnatis, pedalibus. Ad originem folii auriculae duae acutae: Pinnae ovatae, parium quinque, ſex, inpare, extremo. Scapi florales, breves, racemo brevi, latoque. Flores pene ſeſſiles, ochroleuci, cum viridi pallore. Siliqua pene triquetra, ſed hedra ſuperiori exſculpta, quaſi canali, loculis duobus, totidemque ſeptis. Semina reniformia flaventia.

Sapor foliorum cum amorore dulcis. Ad iſchuriam & urinae ſabulum infuſa propinantur Pariſiis TOURNEF. Pro Galega vendi ſolere KORONZAY de *err. pharm. ex ignor Botan.*

2. ASTRAGALUS acaulis, foliis ovatis emarginatis, ſiliqua erecta, ſtylifera.

*Polygala* CAM. Epit. 929.
*Glaux vulgaris leguminoſa* PARK. p. 1098.
An *Aſtragalus Monſpeſſulanus* I. B. II. p. 338. (Certe icone CAMERARII utitur.) RAJ. p. 938.* I. R. H.
*Aſtragalus purpureus perennis Monſpelienſis* H. OX. II. p. 106. ex I. B.
*Ornithopodium* ZWING. p. 539. quod ad iconem.

HUBERUS in *Rhaetia* legit inter *Lenz* & *Brienz.*

Radix craſſa, lignea, multiceps. Caules nulli, praeter ſcapum, & tuberoſa ſquamoſaque capita radicis. Folia pinnata, multorum parium, obtuſa, apice emarginato, averſa parte ſericea. Scapus ex radice ſemipedalis, racemo longiuſculo. Flos amplus, unciali longitudine. Calyx ſuperius ampliter exſectus, ut ibi nullus videatur. Segmenta omnia in ſpinulas continuantur. Vexillum longiſſimum, purpureum. Siliqua uncialis, erecta, incurva, ſemina conpreſſa uti Phaſeolis. Stylus conſpicuae longitudinis.

3. ASTRAGALUS. . . . .

An *Anthyllis claviculata* LUGD. p. 292.
*Aſtragalus alpinus magno flore* C. B. RAJ. p. 920.*
*Aſtragalus alpinus claviculatus magno flore* PARK. p. 1085.
*Orobus alpinus claviculatus magno flore* H. OX. II. p. 97.
*Aſtragalus alpinus, foliis, caulibus, & floribus coeruleis praelongis in capitulum ſpicatum congeſtis* SCHEUCHZ. in ic.

In ſpecimino meo, C. B. no, radix multiceps, folia totalia longa, pinnarum paria ad viginti uſque; breviter autem ex ovatis lanceolata ſunt, ſubtus ſubhirſuta, aliquando utrinque. Spica conferta: calyx glaber, Aſtragali, ſuperne delinquens. Flores pene unciam longi. Galea ſtricta, longiſſima, uncialis. Carina leniter roſtrata. purpura tincta. In icone ſiliqua longa, curva, in notabilem ſtylum continuata.

*4. ASTRAGALUS. . . . .

*Aſtragalus II.* CLUS. Hiſpan. p. 168. Hiſt. p. CCXXXIIII. abſque icone.
*Aſtragalus alpinus Helveticus* C. B. RAJ. p. 916.* Syll. exter. p. 78. PLUKN.
*Orobus alpinus Helveticus* H. OX. II. p. 97.

CLUSIUS in alpibus helveticis, locis apricis, vento perflatis.

„Radix tuberoſa, dura, cui adnaſcuntur propagines ſarmenticiis radiculis adhaerentes.„ Ramuli ex una radice prodeuntes, graciles, erecti, vel procumbentes.„ Folia Ciceris modo diſpoſita, ſed rariora, Orobi primi ſimilia, longiora, per ambitum non ſerrata. Flos viciae aut Ciceris, ex coeruleo purpuraſcens.

Quid ſit, omnino neſcio: Folia Orobi maxime paradoxam faciunt deſcriptionem: Mirari licet ad n. 2. a C. BAUHINO relatum eſſe.

5. ASTRAGALUS foliis ovato lanceolatis ſericeis & ſplendentibus T. V.

Inter icones SCHEUCHZERI fuit *Aſtrangalus alpinus magno flore ex coeruleo purpuraſcente*, quem ob altos & villoſos caules, totumque habitum hunc noſtrum fuiſſe conjicio.

In



*Aſtrogalus Alpinus acuti folius ochroleucus.*

TAB. XIII. pag. 567.

C. F. Fritsch. Sculp Götting.

In carumine ſaxoſo *M. Neunenen.*

Radix, uti priorum, lignea, & multiceps. Folia & ſcapi florigeri ex radice; pinnae decem & ultra, ex ellipticis lanceolatae, ſplendido ſericeo villo incanae. Scapi ſemipedales, firmi, ſpica denſa. Calyx latus, veſicarius, ſplendens argenteo villo. Flos de more longo vexillo &c. violaceus, abſque ſplendore. Siliqua ſericeo villo nitens. Conf. It. Helvet. n. LXXXIII.

6. ASTRAGALUS caule erecto, ramoſo, ſpica purpurea nitente, terminato.

*Aſtragalus alpinus Helveticus* SCHEUCHZ. It. IV. p. 330. non vero C. B.

*Aſtragalus alpinus perennis flore purpureo magno* TIT. It.

*Aſtragalus alpinus ſpica erecta purpurea ſpecioſa* HALLER. Comm. Lit. Nor. 1734. hebd. 26. 1736. p. 101. T. 1. f. 2. Icon. T. XIV.

Paſſim in alpibus. In ſummis rupibus *M. Stokhorn* & *Neunenen.* In *Gemmio* abunde ſupra *Spitalmatte.* HUBERUS in paſcuis ſubalpinis *Albulae M.* infra *Weiſſenſtein.* In *M. Glaronenſibus* I. GESNER.

Radix lignea, brachiata, multiceps. Caules erecti, ad pedem usque, ramoſi, folioſi, & florigeri, qualis icon eſt SCHEUCHZERIANA, quam I. G. miſit, in altioribus alpium humillimi. Pinnae ad paria 9. Spica denſa, per maturitatem nutans. Calyx dentibus longis, ſubhirſutus. Flos Hedyſari, purpureus, ſplendens, vexillo reflexo, cordato, carinae roſtro, pariter ad obtuſum angulum, ultra vexillum producto, alis non auriculatis. Verum ſiliqua, quantum potui videre, non articulata eſt. Quare, ob analogiam habitus, cum Aſtragalis reliqui.

7. ASTRAGALUS anguſtifolius, caule erecto, ramoſo, ſpics erectis caulem terminantibus, violaceis.

*Onobrychis purpureo flore* CLVS. Pann. p. 751. cum bona icone p. 752. RAJ. p. 937.

*Onobrychis I.* CLUS. Hiſt. p. CCXXXIII.

*Onobrychis prima Cluſii* TAB. p. 513.

*Onobrychis ſpicata purpureo flore* I. B. II. p. 337.

*Aſtragalus purpureus perennis ſpicatus Pannonicus* MORIS. II. p. 106. T. 9. f. 2. PLUKN. I. R. H. TILL. TIT.

In herboſis circa *Leucam*, & inde verſus *Siders*, trans *Rhodanum* abunde.

Radix ramoſa, lignea, multiceps. Caules folioſi & ramoſi, erecti, cubitales, etſi in macilentiori ſolo vix multum adſcendant. Pinnae decem, & quindecim, pubeſcentes parca lanugine, longae, ellipticae. Spica caulem terminat, brevis & denſa. Flores erecti. Calyx villoſus, longus, albicans. Flos uncialis, ſtricto longiſſimo vexillo, colore ex violaceo purpuraſcente. Vaſcula dicuntur brevia eſſe & turgida.

8. ASTRAGALUS acaulos, foliis peracutis, calyce & fructu villoſo. T. XIII.

An *Aſtragalus Pyrenaicus incanus, foliis viciae flore ſulfureo* SCHOL. Bot. p. 243. PLUKN. p. 59. T. 79. f. 5. Non videtur, ob folia in fine lateſcentia, ſcapum brevem.

*Aſtragalus Pyrenaicus Barbae Jovis folio non ramoſus flore ochroleuco glomerato* I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 330. ex icone.

Et *Aſtragalus alpinus foliis viciae anguſtioribus flore ochroleuco* EIUSD. It. I. p. 31.

Et *Aſtragalus alpinus, ramoſus, hirſutus, flore ochroluceo* EIUSD. It. VII. p. 506. Nam, licet non ramoſus ſit noſter, in *Gemmio* tamen M. naſcitur, ubi non alium *ochroleuco* flore reperi.

Paſſim in alpinis. Reperi in Gemmio, in exiguo herboſo receſſu rupium, ſepe diſtincto a via regia: in deſcenſu *M. Scheideck* ad ripam rivi *Rychenbach.* In alpibus *Surenenſibus* & *Engelbergenſibus* SCHEUCHZER. In alpibus *Lepontiis* IDEM. HUBERUS in adſcenſu *Albulae M.*

Radix brachiata, multiceps. Caules nulli, praeter capita radicis. Pinnae duodecim & plures, vicinae, ſubhirſutae, flaveſcentes, ex ellipticis argute acuminatae. Scapus floralis ſemipedalis. Spica denſa; calyx valde hirſutus, vexillum ſtrictum, fine cordato, ochroleucum, multo longius alis & carina, quae bipes eſt, reliquis petalis brevior, roſtro obtuſo, ſed ſpinulam pro appendice educente. Totus flos ochroleucos eſt, niſi quod roſtrum carinae duabus virentibus maculis diſtinguitur. Siliqua bilocularis, pene ovata, ſed acutior, inflata, tranſverſim rugoſa.

9. ASTRAGALUS caule breviſſimo, foliis ex ovato lanceolatis, ſpica purpurea laxiori.

*Onobrychis montana IIII.* CLUS. Pann. p. 755.

*Onobrychis IIII.* EIUSD. Hiſt. p. CCXL. Ita ex conſenſu I. B. & reliquorum. Sed ego, fateor, mallem eam cum BAUHINORUM ſynonymis inde deſcriptis, transferre ad ſpeciem 2. Confer figuras, & ſiliquas, maxime, & judica.

*Onobry-*

*Onobrychis Cluſii IV.* TAB. p. 514. PARK.

*Aſtragalus quidam montanus, vel Onobrychis aliis* I. B. II. p. 339. ex CLUSIO. RAJ. p. 937. Syll. exter. p. 73. I. R. H.

*Aſtragalus perennis floribus viciae majoribus coeruleo purpuraſcentibus, vel foliis Tragacanthae coeruleo purpuraſcentibus* (per errorem) H. OX. II. p. 106.

An *Aſtragaloides alpina purpurea villoſa pumila foliis brevioribus acuminatis caulibus ſimplicibus nudis* TILL. p. 19. T. 14. f. 3. Non repugnat, ſed noſter eſt bilocularis.

An *Aſtragalus incanus ſaxatilis hirſutus minor, acuminato folio, flore purpuraſcente* TIT. It.

*Aſtragalus pedunculis folio longioribus, floribus laxe ſpicatis erectis* ROYEN. p. 392.

Non rarus in montium Helveticorum ſaxoſis culminibus. RAJUS in *M. Thuiri*, SCHEUCHZER in *Surenenenſium* alpibus, ego in *Gemmio* abunde, in *Neunenen* &c.

Radix brachiata, valde multiceps, ſquamoſis capitibus. Caules humiles, paucis ramis, in ſcapos terminantur. Folia denſe congeſta, brevia, ex ovatis argute acuminata, parium duodecim &c. leniter pubeſcunt. Racemus brevis: calyx ex fuſco viridis, levis. Flos ex rubro purpureus. Petala pene aequalia. Vexillum amplum, reflexum, alae longae, auriculatae, purpureae. Carinae coeruleae roſtrum peracutum. Siliqua brevis, tumida, bilocularis.

10. ASTRAGALUS caule ramoſo, procumbente, floribus ex albo & coeruleo variis.

I. *Aſtragalus Tragacanthae folio ramoſus flore coeruleo glomerato* SCHEUCHZ. It. IV. p. 330. MILLER. Ita ex coloribus floris & SCHEUCHZERI verbis colligo. Verum, inter icones a I. GESNERO miſſas, cum hoc nomine planta fuit habitu diverſo, foliis ellipticis, peracutis, & ita hirſutis, ut ſerrata pingantur, ſiliquis longioribus, acuminatis, erectis. An mala icon? an icon pertinet ad ſpeciem 9. cujus ſimilior eſt?

*Aſtragalus alpinus, foliis viciae, ramoſus & procumbens, flore glomerato, oblongo, coeruleo* I. R. H.

*Aſtragalus alpinus, foliis viciae, ramoſus & procumbens, flore glomerato, oblongo, albo coeruleo* SCHEUCHZ. It. VII. p. 509. cum icone non optima.

*Aſtragalus alpinus minimus* LINN. Lap. n. 267. T. 9. f. 1.

*Aſtragalus pedunculis folio longioribus floribus laxe ſpicatis pendulis* LINN. Cliff. p. 362. ROYEN. p. 392.

Minus rarus prioribus. In adſcenſu *M. Scheidek*, & omnibus pratis vallis *Grindelwald* abunde. In adſcenſu *Gemmii*, qua ex valeſia Venitur. In M. *Lunae* HUBERUS.

Radix minor, quam priorum. Caules procumbentes, ramoſi, dodrantales, ſcapis tamen erectis. Foliorum pinnae decem, omnes accurate ovatae, aut obtuſe acuminatae, ut Viciae ſepium, leviter ſubhirſutae. Spicae florales quatuor unciarum, latiores, minus denſae, pene umbellatae. Calyx latus, fuſcus. Vexillum emarginatum, album, extrema parte late coerulea, vix carina longius. Alae albae, exiguae. Corona alba, roſtro coeruleo, modice acuto. Siliqua pendula, pilis nigris hirta, ovalis, inflata, bilocularis, de more.

11. ASTRAGALVS ex alis foliorum ſpicifer, ſiliqua ovali, turgida, ſtylifera.

*Cicer ſylveſtre* MATTH. p. 418. bene CAM. Epit. p. 205. optime, RAJ. Syll. p. 96. Hiſt. p. 935. ZWING. p. 537. ex CAM.

*Cicer ſylveſtre primum* DOD. p. 525. TAB. p. 499.

*Cicer ſylveſtre herbariorum* LOB. Ic. II. p. 73.

*Cicer ſylveſtre I. Dalechampii* LUGD. p. 464. bene, & p. 463. ex MATTHIOLO.

*Cicer ſylveſtre majus* THAL. p. 34.

*Cicer ſylveſtre multifolium* I. B. II. p. 294.

*Cicer ſylveſtre foliis oblongis hiſpidis majus* C. B. P.

*Aſtragalus luteus perennis ſiliqua gemella rotunda veſicam referente* MOR. II. p. 108. ic. T. 9. f. 9. I. R. H. GARID. &c.

*Glaux* RIVIN. T. 108. foliis nimis acutis.

β Varietas *minor* THAL. C. B.

*Aſtragalus leguminibus ſubglobosis, caule erecto, floribus ſpicatis* CLIFF. p. 362. ROYEN p. 392.

In agris calidioris Helvetiae. RAIVS non longe a *Gex* verſus *Genevam*. Ego circa *Mathod*, & *S. Aubin*.

Radix craſſa, dulcis. Caules ramoſi, procumbentes, cubitales, & ultra, cavi. Folia pinnata, parium duodecim & ultra. Pinnae ovales, hirſutae. Scapi ex alis foliorum, triunciales ſpica longior, neque denſiſſima. Calyx hirſutus, nigricans, ſegmentis capillaribus, hiſpidis. Flos ochroleucos, vexillum reliquis petalis longius, plicatum. Alae auritae, carina longiores: carinae roſtrum vix recurvum. Siliquae pene ovales, inflatae, biloculares, ſtylo perſiſtente.

*12. ASTRA-

*12. ASTRAGALUS Monſpeliano candidior, ſive Onobrychis quibuſdam I. B. p. 337.

In *Saleva M.*

A Monſpeliano (n. 2.) differt foliis candidioribus, interdum longioribus & majoribus, pilis non longioribus; caulibus, ſed non multo, majoribus, floribus, ſi recte meminit I. B. multo pluribus, purpureis, denſa pilorum lanugine hirſutis.

Figura addita vix permittit, ut ſit *Vulneraria* prima, &ſi citet LVGDVNENSES: Propior eſt Aſtragalo noſtro n. 5. Sed vix quidquam definio.

I. GESNERVS icones miſit, ex SCHEUCHZERIANIS, cum his nominibus

*13. ASTRAGALUS alpinus Tragacanthae folio ramoſus flore coeruleo glomerato.

Huic folia piloſa, ovato lanceolata; flores parvi. Siliquae hirſutae, longae, erectae.

Exiſtimo pertinere ad n. 9.

*14. ASTRAGALUS quidam montanus vel Onobrychis aliis.

I. GESNER in Rhaetia ad ripam *Rheni* & in montoſis.

Huic magna radix, folia exigua, laxa, ovato lanceolata; ſcapus altior. Flores magni, ampliſſimo vexillo. Non videtur inter meos eſſe.

Porro ASTRAGALUS alpinus Tragacanthae folio ramoſus, a I. GESNERO diſtinguitur, quem tamen & ipſe in *Gemmio* natum recenſet, tum in alpp. *Abbatiſcellanis.*

## *ASTRAGALOIDES.*

TOURNEF. T. LINN. Coroll. p. 972.

*PHACA* ROYEN. p. 390.

Ab Aſtragalo differt ſiliqua uniloculari perpetuo inflata.

1. ASTRAGALOIDES caule erecto, ramoſo, ſiliquis ſemiovalibus.

*Polygalo ſimilis luteo flore in montibus* GESN. add. ad Hort. p. 260 *b.*

*Aſtragalus recticaulis hirſuta* I. B. II. p. 334. bene, SCHEVCHZ. It. IV. p. 330. cum malis ſynonymis.

*Cicer montanum lanuginoſum erectum* C. B. Prodr. p. 148. RAJ. Syll. ext. p. 96. Hiſt. p. 918. *

*Aſtragaloides alpina hirſuta erecta foliis viciae floribus dilute luteis* TILL. p. 19. T. 14. f. 2. bene

SCHEUCHZER in M. *Lucumonio* prope *Lago di Rottam.* HUBER in paſcuis ſubalpinis *Albulae* M. & in pratis prope *S. Moriz.* C. BAUHINUS in montibus ſupra thermas *Leucenſes.*

Caulis erectus, ramoſus, pinnarum paria decem, & ultra, diſtincta, ſimillima vero ſunt Aſtragali II. ex ovatis obtuſe diminuta, ſpinula ex nervo exeunte, hinc glabra, inde incana. Scapi ex alis foliorum palmares. Calyces nigri, glabri, ſuperne valde exſecti. Spica rara. Flores penduli. Galea ſtricta, plicata, reliqua petala comprehendit paulo longior. Alae ſtrictae, carinae aequales. Carina longo ungue reflexo, obtuſo mucrone. Siliqua conpreſſa, ſemiovalis, incurva. Semina pauca, reniformia, ex longis funiculis.

## *VULNERARIA.*

TOURNEF. T. 211.

*ANTHYLLIS* LINN. n. 601.

Character eſſentialis eſt in foliis digitatis umbellam denſam florigeram comprehendentibus, & fructu intra calycem latente exiguo, monoſpermo. Calyx enim inflatus, & vexilli longus unguis, & exigua pars floris ex calyce eminens, ex vulgari ſpecie deſumuntur, in noſtra vero I. ſunt diverſiſſima.

1. VULNERARIA foliis pinnatis aequalibus, ſub umbella palmatis.

An *Onobrychis quorundam* CLUS. Hiſp. 468.

*Aſtragalus tertius* EIUSD. Hiſt. CCXXXIV? Ita I. B. & RAJ. ſed deſcriptio nimis obſcura eſt.

An *Aſtragalus Monſpeliaco candidior & Onobrychis aliis* I. B. II. p. 339. cum citet LVGD. Ita RAJ. ſed tunc oportet iconem alienam eſſe, RAJ. Syll. p. 73. Hiſt. p. 939.

*Loto affinis candidior puſilla pinnatis foliis floribus in orbem diſpoſitis* PLUKN. p. 227.

II. *Aſtragalus purpureus* LUGD. p. 1347. ex Jura M. cum icone non peſſima.

*Aſtragalus villoſus floribus globoſis* C. B. P. ZWING. SCHOL. BOT. MAGNOL.

*Aſtragalus purpureus montanus* LOB. Ill. p. 60. PARK. p. 1085. cum icone LOBEL.

Cccc Orbus

*Orobus villoſus floribus globoſis* H. OX. II. p. 97.
*Loto affinis pumila pinnatis argenteis foliis floribus coeruleis globoſis* PLUKN. p. 227.
*Barba Jovis pumila villoſa flore globoſo purpureo* BREYN. Prodr. II. p. 48. I. R. H. GARID. p. 55. ic. 13.

I. B. & RAIVS in M. *Saléva.* Habeo a D. GAGNEBIN, lectam in alpibus *Cottiis.*
Radix craſſa, multiceps, uti ſolet in Aſtragalis alpinis. Folia pinnata, decem, duodecim parium, pinnae ex ellipticis lanceolatae, longe ſericeae. Scapus palmaris hirſutus, uno pari foliorum pinnatarum veſtitus, terminatus capite denſiſſimo. Sub capite duo folia lata, integra, ſemidecemfida, uti Vulnerariae. Calyx lanuginoſus, nitens, tubuloſus, longis, ſericeis, dentibus. Vexilli unguis longis, bractea reliquis petalis longior, purpurea. Alae breviores, ſtrictae. Carina breviſſima, roſtro obtuſo. Siliqua ſubrotunda ſemicircularis, mucronata, monoſpermos (BREYN.) ſemen ovale, multo minus.

2. VULNERARIA foliis ad terram ſimplicibus ovatis, ad caulem pinnatis.
*Vulneraria ruſtica* GESN. Hort. p. 287. cum deſcriptione, I. B. II. p. 362. T. aut. de Par. p. 174. I. R. H. (cum charactere T. 211.) MAGN. Char. p. 286. ZANICHELL. p. 281. ic. 59. male.
*Anthyllis leguminoſa* CLUS. Pann. p. 744. Hiſt. p. CCXXXII. obiter abſque icone, RAJ. p. 922.
*Anthyllis lenti ſimilis* DOD. p. 552. abſque foliis integris.
*Anthyllis leguminoſa Belgarum* LOB. Ic. II. p. 87. ex DOD.
An *Quaedam in incultis* CAES. p. 250?
*Lotus latifolia Dalech* LVGD. p. 509.
*Lagopodium flore luteo* TAB. p. 925.
*Loto affinis Vulneraria pratenſis* C. B. Baſ. p. 94. H. OX. II. p. 181. &c.
*Anthyllis* RIVIN. T. 18.
*Anthyllis foliis pinnatis, foliolis pluribus, terminatrici majori* ROYEN p. 389.
β Varietas flore albo, pleriſque foliis ſimplicibus.
*Vulneraria noſtra flore albo ex Gothardo* CHERL. apud. I. B. l. c.
*Aſtragaloides Helvetia* PARKINS. p. 1086. cum icone.
*Loto affinis, anthyllis Helvetica foliis clypeiformibus* MOR. II. p. 182. cum icone T. 21. f. 6.
II. *Lagopodium flore albo* TAB. p. 534.
*Vulneraria ruſtica flore albo* I. R. H. GARIB.

Prior, flavo flore, ubique in pratis & apricis collibus provenit, ejusque varietas ochroleuco flore in Germania frequentior eſt: Altera in alpinis v. g. circa Thermas *Leucenſes:* hanc in catalogo *Vulnerariam* flore purpuraſcente vocat SCHEUCHZER.

Radix multiceps; folia & caules congeſta. Illa ad terram longe petiolata, ovalia, firma, ſubtili villo pubeſcunt, petiolus vero aut nullam, aut unam alteramve exiguam pinnam recipit. Ad caulem pinnata eadem, pinnis trium & quatuor parium, multo anguſtioribus, extrema impari, ampliori, ovali. Quae vero umbellae florali ſubjiciuntur, integra ſunt, digitata, in arcum ſemiquinquefida. Caules pedales, non ramoſi, aliquot conjugationes foliorum habent, pinnatorum, ſeſſili origine. Flores denſiſſime in umbellam congeſti. Calyx inflatus, ovali tumore, villoſus, dentibus ſupremis ad ſe invicem converſis, proximis, imo minimo. Petalorum ungues calycis longitudine, colorata vero pars vexilli & alarum exigua parte eminent. Maximum illud, ſurſum reflexum, ovatum, plicatum, intus lineis pictum flavum in vulgari, ochroleucum in β. Alae flavae, vix auritae, carina longiores, cui adhaerent. Carina bipes, roſtro obtuſo, purpura tincto in utraque varietate. Stamina decem, connata, non diadelphia. Siliqua pediculata, & tamen calyce brevior, tuba praelonga ſimplice, globulo finita.

Dicitur adſtringere, & tota ſicca eſt.

## DORYCNIUM.

TOURNEF. T. 211. LINN. n. 602.

Calycis latiuſculi dentes pene aequales. Vexillum majus, cordatum, alae carina longiores. Carina ſima, roſtro obtuſo. Siliqua ſubrotunda, acuminata, uno alterove ſemine foeta.

1. DORYCNIUM foliis quinatis.
*Dorycnium falſo dictum* GESN. Hort. p. 257. Coll. p. 74 *b.*
*Dorycnium Hiſpanicum* CLUS. Hiſpan. p. 201. 202. Hiſt. p. 100. TAB. p. 530.
*Dorycnium Monſpelienſium* LOB. Ic. II. p. 51. adverſ. p. 389. cum propria icone.

*Glaux*

*Glaux* CAES. p. 245.
*Dorycnium Monspelienſe Dal.* LUGD. p. 1724.
*Trifolium album anguſtifolium floribus velut in capitulum congeſtis* C. B.
An *Glaux* P. ALPIN. Exot. p. 387.
*Dorycnium Monspeſſulanum fruticoſum* I B. I. p. 388. RAJ. p. 969.
*Latus πολυκέρατος fruteſcens incana ſiliculis ſubrotundis erectis* H. OX. II. p. 178.
*Dorycnium foliis digitatis ſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 371. ROYEN p. 389.
II. An *Lotus pratenſis purpurea* LUGD.
*Trifolium parvum quoddam ſ. lotus pratenſis purpurea* I. B. II. p. 379? Non recedit.

Inter *Curiam* & *Rhenum* C. GESNER.

Caulis fruticoſus, ramoſus. Folia verticillata, ſubhirſuta, Gallii minoris, pariter in ſpinulam exeunt, ante finem dilatata. Flores ex alis foliorum ſummisque ramis umbellatis perexigui. Calyx leniter villoſus. Vexillum & alae albae . . . Carina ſaturato rubro colore tincta.

## *L O T U S.*

TOURNEF. T. 227. LINN. n. 600.

Calycis ſegmenta duo ſuperiora majora, hiatu diſtinguuntur a tribus inferioribus rectioribus, propioribus. Vexillum reliquis petalis majus, ſubrectum, ovale, plicatum. Alae carina paulo breviores, amplo fine. Carina connivens, bipes, roſtro longo, & acuto. Tuba ſimplex: Siliqua recta, cylindrica, ad quodlibet ſemen contracta, & quaſi ſepto diſtincta, toroſa. Addi poteſt omnino, ſcapum terminari folio, cui flores, ſive unicus fuerit, ſive corona umbellata, inſident, uti in ſequentibus generibus. Folia ternata, ut in Trifoliato genere, niſi quod aures cauli adpoſitae, quae Trifoliis & Medicis minores, aut alterius fabricae ſunt, hic ſimiles ſint foliis reliquis, & iisdem adnumerentur.

1. LOTUS ſcapo unifloro procumbente, ſiliqua quadrangula.
I. *Lotus ſiliquoſus luteo flore* CLUS. Pann. p. 763.
*Lotus pratenſis ſiliquoſus* CLUS. p. CCXLIV. diſtinguit a Narbonenſi.
*Trifolium ſiliquoſum* TAB. p. 518.
*Polygala* CAES. p. 245.
*Lotus pratenſis ſiliquoſa major & durior* I. R. H.
II. *Lotus trifolia pratenſis ſiliquoſa Monspelienſium* LOB. adverſ. p. 385. Ic. II. p. 42. cum mala icone.
*Lotus ſiliquoſa trifolia Monspeliaca* TAB. p. 509. ex LOB.
*Lotus ſiliquoſus luteus minor & mollior* I. R. H. ZANICHELL. p. 171. ic. 164. TILL. &c.
I. II. *Lotus ſiliquoſa lutea Monspelienſis* I. B. II. p. 359. RAJ. p. 967. PLUKN. &c.
*Lotus pratenſis ſiliquoſus luteus* C. B. MAGN. Char. p. 291. &c.
*Lotus ὀλιγοκέρατος τετραγονόλοβος perennis Monspelienſis luteo flore* H. OX. II. p. 176. T. 18. f. 6.
*Lotus tetragonolobus* RIVIN T. 79. bene.

*Bernae* non rara v. g. paulo ultra *Seelhofen* in pratis paludoſis: In *Eymatten*. Ad pedem M. *Saléva*, circa *Weiſſenburg* &c. In Subſylvania circa *Saxlen* SCHEUCHZER.

Caules humifuſi. ramoſi, pedales. Folia duo ad caulem majora reliquis, ovato lanceolata, tria ex petiolo, glauca, ſubhirſuta, firma, eorum medium pene quadrangulum ex duobus triangulis conponitur, quorum primum longius, alterum pene rectangulum eſt. Scapi ex alis foliorum uniflori. Calyx longus, paulatim dilatatus, amplis laciniis, hirſutis. Flos unciali major, ochroleucos. Vexillum majus, reflexum, cordatum. Alae retrorſum auriculatae, Carina bipes, recurva, obtuſo fine. Siliqua longa, nigra, quadrangula, alis elevatis.

2. LOTUS floribus umbellatis, ſiliquis pendulis, caule erecto.
I. *Meliloti majoris quarta ſpecies* TRAG. p. 591. abſque icone.
*Lotus pentaphyllos major flore luteo ſplendente* C. B. T. aut. de Par. p. 284. I. R. H. &c.
*Lotus pentaphyllos fruteſcens* C. B. Baſ. p. 94.
II. *Loti pentaphylli ſpecies major* GESN. Coll. p. 87. *hirſuta* Hort. p. 265 *b*.
*Lotus pentaphyllos major alter* C. B. Baſ. P. p. 94. I. R. H.
I. II. *Loti corniculatae major ſpecies* I. B. II. p. 355. cum icone, RAJ. p. 968.
*Lotus* RIVIN T. 76. bene
*Lotus πολυκέρατος lutea minor foliis & ſiliquis hirſutis longioribus & tenuioribus* MOR. II. p. 177.
III. *Lotus pratenſis major glaber* VAILL. p. 120.

In ſylvis, & locis udis. Speciem n. I. GESNERUS pro rara legit in *Rheinthal Haſtethal* &c.

Caulis erectus, tripedalis, & ultra. Folia ad caulem bina, tria ad pediculum,

 magis

magis ovata, mollia, glauca, glabra aut ſubhirſuta. In ſummis ramis, ex longis ſcapis, folio inſidet corona ſive umbella rarior florum. Flos flavus. Calyx difformis., laciniis peranguſtis, inferioribus rectis, & ſibi propioribus. Vexillum erectum, pene ovatum, plicatum, in acutiem connivens, lineis rubentibus diſtinctum. Alae paulo breviores, amplae, auriculis brevibus, obtuſis. Carina bipes, longo & acuto roſtro. Siliqua cylindrica, interſecta, absque alis membranaceis.

* LOTVS pentaphyllos major hirſutie candicans MURALT. p. 722. an vere differt? Indicat in alpp. *Toggicis.*

3. LOTVS floribus umbellatis, ſiliquis pendulis, caule procumbente.

*Melilotus Germanica* FUCHS. p. 527.
*Meliloti exiguae ſpecies altera* TRAG. p. 592. &
*Melilotus nobilis* EIUSD. p. 594.
*Trifolii ſpecies humiſtrata* CORD. Dioſc. p. 53.
*Loti pentaphylli ſpecies minor* GESN. Hort. p. 265.
*Loti vel Meliloti ſpecies quaedam inodora* GESN. Coll. p. 87.
*Melilotus inodora foliis ternis a caule remotis* &c. GESN. Tab. Coll. p. 89 *b.*
*Trifolium corniculatum* DOD. Cereal. p. 203. *primum* Hiſt. p. 573. bene
*Melilotus coronata, Trifolium corniculatum* LOB. Ic. II. p. 44. ex DOD.
*Melilotus* CAES. p. 244.
*Trifolium ſiliquoſum minus* TAB. p. 519. bene
*Lotus corniculata glabra* (& hirſuta) *minor* I. B. II. p. 355.
*Lotus ſ. melilotus pentaphyllos minor glabra* C. B. Baſ. p. 94. I. R. H. ZANICHELL. p. 170. ic. 280.
*Lotus πολυκερατος lutea minor foliis & ſiliquis glabris craſſioribus & brevioribus* H. OX. II. p. 177.
*Lotus corniculata glabra minor* RAJ. p. 967. T. aut. de Par. p. 112.
*Lotus caule herbaceo, florum capitulo depreſſo, leguminibus decumbentibus teretibus* LINN. Cliff. p. 322. ROYEN. p. 388.

β *Lotus pentaphyllos minor longioribus & anguſtioribus foliis* I. R. H. VAILL.
γ Flore viridi C. B. (ſed flores exſiccati hunc colorem induunt, neque, puto, recentes virides viſi ſunt.
δ *Lotus corniculata hirſuta minor* I. B. l. c. I. R. H. MAPP.

Nihil vulgatius ad vias. Varietas β & δ circa *Mathod* in agris.

Caulis ramoſus & brachiatus, procumbens. Folia pene uti priori, glabra, & ſcapus folio terminatus. Coronae magis multiflorae. Flos ſimilis, frequentius, dum immaturus eſt, purpureo colore tinctus. Siliqua cylindrica, conpreſſior, ſeminum ſeptula exigua, & ipſa ſemina ſubrotunda, maculoſa.

## *ORNITHOPODIUM.*

TOVRNEF. T. 224. LINN. n. 598.

Cum Loto convenit floribus in origine folii ſeſſilibus, umbellatis, & ſiliqua, quam paulo manifeſtius habet diſtinctam ſulcis transverſalibus, in doliola quaſi ovata, quae ſingulatim abrumpuntur. Finis ſiliquae recurvus, acutus, ſolidus. Sed calyx longior, tubulatus, bipartitus eſt, parte ſuperiori longiori breviter bifida, inferiori breviori, trifida. Vexillum reliquis petalis majus, reflexum. Carina obtuſa, absque roſtro, fiſſilis & duplex.

1. ORNITHOPODIUM foliis pinnatis, ungue ſiliquae brevi, flore albeſcente.

*Ornithopodium* GESN. Hort. p. 270. ſed vereor, ne ſit ferrum equinum noſtras, DODON. Cereal. p. 155. Hiſt. p. 544. LUGD. HOFM. BLAIR miſcell. p. 111. cum deſcr. &c.
*Ornithopodium, Polygala Dioſcoridis* LOB. ic. II. p. 81.
*Ornithopodium flore flaveſcente* I. B. II. p. 350. alia icon.
*Ornithopodium majus* C. B. Baſ. p. 97. P. H. OX. II. p. 124. I. R. H. WAGNER.
*Ornithopodium foliis pinnatis articulis ſeminum ſubrotundis levibus* LINN. Cliff. p. 364. ROYEN. p. 383.
β *Ornithopodium minus* C. B. PARK. &c. Conjungit RAIVS, quem vide.

GESNERUS circa *Tigurum* locis apricis. C. B. inter *Neuhaus* & *Oetlingen.*

Caules ramoſi, proſtrati, ad terram adpreſſi. Folia pinnata, pinnis ad decem conjugationes habentibus: ovata, mollia, hirſuta. Vexillum albidum, intus lineis rubellis ſtriatum, alae albae, carina lutea. Florum fere ternorum umbellae inſident initio

initio folii. Siliqua curvula, hirſuta, cute rugoſa, & quaſi venoſa: A Scorpioide leguminoſa paucioribus foliis diſtinguitur, & flore rubello.

## *FERRUM EQUINUM.*

TOURNEFORT. T. 225.
*HIPPOCREPIS* LINN. n. 596.

Flores in umbellas in ſcapis nudis. Siliqua plana, falcata, lunatis facta ſeminum conceptaculis, inter quae ipſa profundis deliquiis exſcinditur. Vexilli longus unguis, ut in ſequentibus, intervallo diſtat a carina, bractea reflexa. Alae vix auritae, paulo longiores carina, quae bipes eſt, roſtro acuto. Calycis pars duperior bidentata, inferior tridentata.

1. FERRUM EQUINUM ſiliquis umbellatis utrinque emarginatis.
*Sferra cavallo* CAM. Epit. p. 642. figura exterior. *ſylveſtre Germanicum* EIUSD. Hort. p. 160.
*Ferrum equinum comoſum ſ. capitatum* COLUMN. p. 302. ic. p. 301. bene. H. OX. II. p. 118. HOFM.
*Hedyſarum minus* TAB. p. 516. ex colore
*Ornithopodio affinis, vel potius ſoleae vel ferro equino herbae.* I. B. II. p. 348.
*Ferrum equinum Germanicum, ſiliquis in ſummitate* C. B. Baſ. p. 97. RAJ. p. 930. T. aut. de Par. p. 80. I. R. H. GARID. ic. 33. ZANICHELL. p. 100. ic. 72.
*Ferrum equinum comoſum* PARK. RIVIN. T. 97. PETIV. Muſ. n. 52.
*Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis margine exteriori repandis* ROYEN. p. 384.

Paſſim in apricis viarum aggeribus, v. g. prope Bernam, eundo ad *Muri*, ad ſylvulae initium, ad ſiniſtram: in iſthmo *die Enge*, e regione Caſtri *Reichenbach*. Circa *Mathod* abunde. In M. *Muteto*, *Dolaz* &c.

Foliorum conjugationes ad quinque & ultra, extremo inpare: glauca ſunt, glabra, firmula, ovata, fine quaſi reſecto. Caules proſtrati, ramoſi. Scapi longi. Flos flavus: & ſiliquae undulatae, minus pulchrae, ſerpentum in morem flexae, duobus ad quatuor fere articulis, externe fuſcis hiſpidis, & tumentibus.

## *CORONILLA.*

TOURNEF. T. 419. EMERUS T. T. 418.
*CORONILLAE* Sp. LINN. n. 599.

Florum umbellis cum prioribus convenit, & cum proxima vexillo a reliquis petalis intervallo disjuncto, roſtro carinae acuto. Differt ſiliqua longiſſima, ſtrictiſſima, recta, interſecta tranſverſim inter bina quaeque ſemina anguſtiori ſepto. Calyx pariter tantum quadrifidus, in multis.

1. CORONILLA humillima fruteſcens ſiliquis articulatis, pendulis.
*Lotus enneaphyllos Dalech* LUGD. p. 510. commode
An *Quaedam gracili ſolo* CAES. p. 249?
*Ferrum equinum Gallicum ſiliquis in ſummitate* C. B.
*Polygalon Cortuſi* I. B. II. p. 351. RAJ. Cant.
*Polygala enneaphyllos* MORIS. II. p. 120. T. 10. f. 6.
*Ferrum equinum Gallicum* PARK. RAJ. p. 925.
*Coronilla minima* I. R. H. aut. de Par. p. 191. SCHEVCHZ. It. I. p. 34. TILL. GARID.
*Coronilla montana* RIV. T. 93. ex icone
*Coronilla leguminibus teretibus unguibus corollae brevibus, caule fruticoſo* LINN. Cliff. p. 363. ROYEN. p. 386.
II. Omnino noſtram referunt, etſi fruticoſo habitu diſtinguat TOURNEFORTIUS.
*Polygala Valentina* CLUS. p. 98. I. EIUSD. Hiſp. p. 197.
*Coronilla ſ. colutea minima Polygala Valentina prima Cluſii* LOB. ic. II. p. 87. ex CLVS.
*Colutea ſcorpioides IV. minor* TAB. p. 1092. &
*Polygala Valentina Cluſii* EIUSD. p. 1093.
*Polygala altera* C. B.
*Coluteae parva ſpecies Polygala Valentina Cluſii* I. B. I. P. II. p. 383.
*Colutea ſeu Polygala Valentina prima* H. OX. II. p. 122.
*Colutea minima ſeu coronilla* RAJ. p. 924. Syll. exter. p. 104.
*Coronilla ſ. Colutea minima* I. R. H.
An III. *Aſtragali perſimilis palmaris puſilla planta* LOB. Adv. p. 404. Ic. II. p. 84. cum icone propria.
An forte haec fuerit *Meliloti ſylveſtris ſpecies humilis* GESN. Coll. p. 90?

In adſcenſu ad M. *Falconarium*, ad M. *Leitern* Valeſiae. HUBERUS inter thermas

 *Fabari-*

*Fabarias* et *Vettis.* SCHEUCHZERVS n. I. in ſaxoſis vallis *Angelimontanae*, & Il. ad lacum *rivarium.* RAIUS in adſcenſu M. *Saleve.*

Toto habitu refert Ferrum equinum noſtras, caulibus tamen durioribus eſt, foliis firmis, pulpoſis. Flores minores flavi. Calyx valde patulus, & brevibus denticulis. Siliqua breviſſima, curvula, in portiones diviſa, doliorum ſimiles, ſed anguloſas, ſine ungiculato.

2. CORONILLA herbacea, ſiliquis articulatis pendulis, flore ſuaverubente.

Icon exſtat apud DORST. p. 185.
An *Pelecinus ſylveſtris* GESN. Tab. Coll. p. 95.
*Ornithopodium majus* DOD. p. 544. abſque icone.
*Securidaca altera I.* CLUS. Pann. p. 478. bene
*Securidacae II. prior ſpecies* EIUSD. p. CCXXXVII.
*Securidaca altera* CAES. p. 248.
*Hedyſarum purpureum* TAB. p. 516. bene
*Melilotus quinta Tragi* I. B. II. p. 349.
*Securidaca dumetorum major flore vario ſiliquis articulatis* C. B. Baſ. p. 97. HOFM. ZWING. &c.
*Securidaca major articulata* RAJ. p. 925. Syll. exter. p. 231.
*Polygala dumetorum major ſiliquis articulatis flore vario* H. OX. II. p. 119.
*Coronilla herbacea flore vario* T. aut. de Par. p. 190. I. R. H. MAGN. Char. p. 288. GARID. p. 129. ic. 25.
*Coronilla flore vario* RIVIN. T. 94. bene RUPP. DILL. &c.
*Coronilla leguminibus teretibus toroſis unguibus corollae brevibus caule herbaceo* LINN. Cliff. p. 363. ROYEN. p. 368.
*Sainfoin commun* SPECT. de la NAT. vol. III. p. 29.

Circa *Baſileam*, *Mathod*, *Biennam*, in M. Deſſenſi, & in agro *Aventico* frequens.

Caules magis eriguntur, brachiati, cubitales, & ultra. Pinnarum paria quinque & ultra, pariter glauca, glabra, ovata, reſecto, aut emarginato apice, ſpinula ex nervo educta. Scapus aphyllos, biuncialis. Corona denſa, viginti florum. Flos ſpecioſus. Calyx patulus, breviſſimus, bilabiatus, duobus dentibus ſuperioribus ab inferioribus hiatu diviſis. Vexillum petiolatum, purpureum. Alae carneae, amplae. Carina ſtricta, alba, roſtro acuto nigricante, bipes. Siliquae praelongae, valde ſtrictae, articulatae, acutae, ſine unguiculato: In articulo quolibet pars exterior cava eſt, in interiori vero ſemen cylindricum, obtuſe terminatum.

*3. SECURIDACA altera II. CLUS. p. 749.

*Securidacae II. altera ſpecies* EIUSD. Hiſtor. p. CCXXXVII.
*Polygalo Geſneri affine caput gallinaceum* I. B. II. p. 334. RAJ. p. 928. Ita RAIVS. Verum ſi haec planta eſt, erit Onobrychidis ſpecies, quod non poſſe admitti CLUSII icon demonſtrat.
*Securidaca minor dumetorum pallide coerulea* C. B. Baſ. p. 97. LOESEL ZWINGER.
*Polygala dumetorum, minor, ſiliquis articulatis, pallide coerulea* H. OX. II. p. 120. T. 10. f. 5.

PENNAEUS in *Genevenſi* (puto *Genuenſi*) ditione, non procul *Ponte tremulo.* C. B. in M. *Muteto* & *Crenzach.*

„ CLUSIUS ex icone & planta ſicca. Caules ramoſi, cubitales & ultra. Folia ciceris modo binata, ſed minora, inpare extremo. Flores in ſummis caulibus glomeratim cohaerent, rubentes ex candido. Siliquae monoſpermae, altero articulo inflexo inſtar ſecuris.

Baſileenſis planta procul dubio eadem eſt ſecundae, neque valde crediderim CLUSIANAM diverſam reperiri.

4. CORONILLA caule duriori erecto, ſiliquis articulatis pendulis, flore luteo.

*Colutea ſcorpioides altera* CLUS. Pann. p. 96. Hiſt. p. 98.
*Colutea ſcorpioides tertia* TAB. p. 1092. ex CLUSIO.
*Colutea ſcorpioides quibusdam ſive Polygalo Cortuſi ſimilis planta ſed major* I. B. I. P. 2. p. 382. quae comparatio optima eſt.
*Colutea ſiliquoſa minor coronata* C. B. H. OX. II. p. 122. RAJ. p. 924.
*Coronilla* RIVIN. T. 92. RUPP. tamen montanam vocat, haec enim Jenae naſcitur, teſte planta, quam ab Ill. SOCERO TEICHMEIERO habeo.

STAEHELINUS circa *Rikenbach* agri Baſileenſis.

Caules multi, duri, erecti, bipedales & ultra. Folia glauca, glabra, pinnata, extremo inpare: pinnae amplae, quinque parium, extrema parte modo rotunde deſinente, modo reſecta, nervo in ſpinulam educto. Scapus longus, umbellae denſae quin-

ſae quindecim ſaepe florum. Calyx de more, & flos flavus, brevibus auriculis alarum, mucrone carinae acuto. Siliquae uti in ſpecie I. pariter unguiculatae, articulatae.

5. CORONILLA fruteſcens ſiliquis longiſſimis, obſcurius articulatis.

*Colutea ſcorpioides I.* CLUS. Pann. p. 43. TAB. p. 1091. *elatior* CLUS. Hiſt. p. 97.
*Colutea ſcorpioides* CAM. Epit. p. 541. optime LOB. adv. p. 405. Ic. II. p. 86. cum propria mala icone, LUGD. I. B. I. P. 2. p. 381. RAJ. p. 922. Syll. ext. p. 104. ZWING. p. 282. PETIV Muſ. n. 42.
*Emerus* CAES. p. 117. I. R. H. SCHEUCHZ. It. V. p. 425. MAPP. p. 97.
*Colutea ſiliquoſa ſive ſcorpioides major* C. B. Baſ. p. 105. P. &c.
*Colutea ſcorpioides elatior & major fruteſcens* H. OX. II. p. 122. T. 10. f. 7.
*Coronilla major* RIVIN. p. 95. RUPP.
WEINM. T. 405. icon *c.*
*Coronilla corollarum unguibus calyce duplo longioribus* ROYEN p. 387.

Magna copia in rupibus totius Jurae ubique: v. ſupra *Biennam*, circa antrum *la Motteñſe*, circa *Clus* &c.

Frutex verus eſt, ſepedalis & ultra, ramoſus & brachiatus. Folia pinnata, glauca, glabra. Pinnae fere ſeptenae, progrediendo majores fiunt, ovatae, ex vertice acuto petiolatae. Flores ſpicati, racemis paucifloris. Calyx brevis, latus, pulpoſus, patens, dentibus breviſſimis. Flos pallide luteus. Vexillum reflexum, erectum, a reliquis petalis valde diſtans, cordatum. Alae auriculatae, carina potius breviores. Carina bipes, ampla, roſtro acuto. Siliqua longa, articulis obſcurius diſtincta, ſine pariter ob permanentem tubam unguiculato. Articuli eadem ratione exterius vacui, intus pleni ſemine cylindrico.

*6. CORONILLA ....

*Colutea ſcorpioides I. humilior* CLUS. Pann. p. 45. Hiſt. p. 97.
*Colutea ſcorpioides II.* TAB. p. 1091. ex CLUSIO.
*Colutea ſiliquoſa minor* C. B.
*Colutea ſcorpioides humilis* I. B. II. P. 2. p. 382. RAJ. p. 924.
*Colutea ſcorpioides humilior & minor* H. OX. II. p. 122.
*Emerus minor* I. R. H. BOECL. MAPP. p. 98. qui vero huc refert Coronillam montanam RIV. ut videatur dicere de Coronilla noſtra 4. ſed male, quod vel ſolae ſiliquae breves demonſtrant.

HAGENBACH circa *Delſperg.* DIVERNOI in agro *Neocomenſi.* In montibus ad lacum Rivarium SCHEUCHZ. Mea ſpecimina ſunt varietas prioris. Vere diſtinctam eſſe dubito.

## *COLUTEA.*

TOURNEF. T. 481. LINN. n. 593.

Calyx ampliter reſectus ſuperne, breviſſimis dentibus, uti prioribus. Flores ſimiles, ſed galea reflexa brevior: aures carina breviores, haec ampliſſima, roſtro obtuſo. Fructus autem pediculatus, ovalis, utrinque acutus, inflatus, membranaceus, ſeminibus in libero aere ex valvarum commiſſura pendulis, initio ſupernae partis commiſſurae aperto.

1. COLUTEA foliis obverſe cordatis caule arboreo LINN. Cliff. p. 365. ROYEN. p. 374.

*Cytiſus* GESN. Ind. p. 28.
*Colytea* FUCHS. p. 446. GESN. Coll. p. 69 *b.*
*Colutea Theophraſti ſecundum aliquos* GESN. Hort. p. 254.
*Colutea* MATTH. p. 783. pulchre, CAM. Epit. p. 540. DOD. p. 784. TAB. p. 1090. RIV. T. 20.
*Colutea Theophraſti* LOB. ic. II. p. 88.
*Emeri alterum genus* CAES. p. 117.
*Colutea veſicaria* I. B. I. P. 2. p. 380. C. B. RAJ. p. 1720. I. R. H. SCHEUCHZER It. V. p. 425. RUPP.

Supra *Serrieres* prope *Neocomum.* FABRICIUS circa *Curiam* Rhaetorum.

Frutex ſepedalis. Folia pinnata, glauca, glabra. Pinnarum paria ſex, ſeptem, ultimo inpare: pene triangularia, ex baſi vero petiolata ſunt emarginata, nervo in ſpinulam educto. Flores racemoſi, flavi. Veſicae ampliſſimae.

Alvum movet nauſeoſa, CONSTANT praef. ignavius quam Senna GESNER Epiſt. p. 92. cum doſis infuſi ſit integrae unciae GARID. Uſus tamen ſcopo purgandi BARTHOL. *Dan. Med. Dom.* p. 229.

*SECU-*

## *SECURIDACA.*

TOURNEF. T. 224.

*CORONILLAE* Sp. LINN. n. 599.

Facile diſtinguitur ſiliqua plana, ſuturis craſſiſſimis, rectilineis, ſeminibus quadrangulis. Stylus ex ſumma ſiliqua longiſſimus.

1. SECURIDACA CAESALPIN. p. 248 RIVIN. T. 83.

*Securidaca major* MATTH. p. 890. non bene & flores facit purpuraſcentes, CAM. Epit. p. 631. optime, ZWINGER p. 538.

*Pelecinus ſecuridaca* GESN. Hort. p. 271.

*Hedyſarum primum* DOD. Cereal. p. 159. Hiſt. p. 546 bene

*Securidaca vera* CLUS Hiſt. p. CCXXXVI. eadem icon.

*Hedyſarum ſ. ſecuridaca major* LOB. ic. II. p. 76. eadem, LUGD. p. 444. 445. ex MATTH. & DOD. & III. DOD. denuo.

*Securidaca flore luteo ſiliqua lata oblonga* I. B. II. p. 345.

*Securidaca lutea major* C. B. P. Baſ. p. 97. RAJ. p. 921. Syll. exter. p. 231. I. R. H. MURALT. p. 733.

*Securidaca vera, plurimis floſculis luteis corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis, inter granum & granum junctis, ſeminibus quadratis* H. OX. II. p. 80. T. 6. f. 10.

C. B. in M. *Muteto* & *Crenzach*. Sed, fateor, ſuſpicor eum vidiſſe Coronillam n. 4. quae agri *Rauraci* indigena eſt. MURALTUS in montibus.

Caulis cubitalis, brachiatus, infirmus. Paria foliorum octo, novem, ſaepe reclinata, quae quaſi cordata ſunt, ſed recta, retuſo fine & obſcure emarginato, ſpinula ex nervo exeunte. Umbella denſa, in ſcapis nudis. Calycis bipartiti ſegmentum ſuperius breviter inciſum, inferius longius & tripartitum. Flores flavi. Vexillum petiolatum, ovatum, ſubrectum, intus lineis rubris pictum. Alae carina longiores, ovatae, auriculis obtuſis. Carina bipes, peracuto roſtro, pallens. Tuba globulo terminatur.

## *GALEGA.*

TOURNEF. T. 222. LINN. n. 584.

Calyx campaniformis, ſegmentis capillaribus longiſſimis. Vexillum breviter petiolatum, erectum, reflexum, cordatum, plicatum. Alae carina breviores, auriculis acutis. Carina bipes, roſtro longo obtuſo, ſurſum apertiſſima. Staminum vagina continua. Siliquae Emeri, ſtrictae, articulatae, per intervalla tumentes, ſeminibus ex cylindro reniformibus. Tuba ſimpliciſſima, acuminata.

1. GALEGA. DOD. Cereal. p 164. Hiſt. p. 548. LOBEL. ic. II. p. 57. I. B. II. p. 342. RAJ. p. 911. RIVIN. T. 72. LINN. Cliff. p. 362. ROYEN. p. 386.

*Galega ſive ruta capraria* MATTH. p. 739. bene CAM. Epit. p. 497. MURALT. p. 713. BLAKW. T. 92.

*Ruta capraria* GESN. Hort. p. 277 *b*.

*Galega vulgaris* CLUS. p. CCXXXIII. C. B. H. OX. II. p. 91.

*Caprago* CAES. p. 249.

*Galega flore cinereo* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 12. f. 2.

*Ruta capraria, foenum graecum ſylveſtre* TAB. p. 135.

*Galega vulgaris coeruleis floribus* I. R. H. cum charactere T. 222. ZANICH. p. 166. ic. 248.

β *Flore albo* AICHST. HERM. I. R. H. &c.

J. GESNERUS retulit, ſponte in *Rhaetia* ad rivos naſci. In M. *Randenburgico* circa *Scaphuſiam* copioſe MURALTUS.

Caulis firmus, erectus, frondoſus, ad quinque pedes altus. Folia firma, glabra: pinnarum paria novem, decem, extremo inpare: ovatae, aut longa ex ellipticis acutiores ſunt, ſpinula ex nervo exeunte. Flores in ſcapis longis, nudis, ſpicati, ſpica reflexa. Vexillum & alae apice ſunt coeruleo. Carina alba. Tuba longa & graciliſſima. Siliquae erectae, ſcapo parallelae, ut in Turritide.

Pro alexipharmaca habetur, aqua maxime, quae cum vino ſtillavit, ſed nihil in dotibus externis eſt, quod multum promittat virtutis. Acido abundat deſtillata GEOFROI III. p. 509.

*HEDI-*

## *HEDYSARUM.*

TOURNEF. T. 225.

*HEDYSARI* LINN. n. 595. ſpecies ſiliqua articulata.

Calyx ex brevi campanula longos dentes emittit graciles, & ſuperne hiat, ſegmentis vexillo cedentibus. Vexilli unguis craſſus, bractea elliptica, emarginata, reflexa. Alae carinae pene aequales, anguſtae, ungue brevi, aures longae. Carina bipes, fiſſilis, perampla, roſtro ad angulum rectum erecto, acuto. Vagina ſiliqua quadruplo longior. Tuba filiformis. Siliqua fit ex aliquot articulis rotundis conpreſſis, anguſtiori fine conjunctis.

1. HEDYSARUM foliis pinnatis, articulis ſiliquarum rotundis & glabris.

*Onobrychis ſemine clypeato levi* I. B. Prodr. p. 149.
*Polygalo Geſneri ſimilis planta* I. B. II. p. 349.
*Onobrychis clypeata levis* PARK. RAJ. p. 927. * Syll. exter. p. 190.
*Hedyſarum alpinum ſiliqua levi flore purpuro coeruleo* I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. I. p. 39.
β Flore albido I. R. H. BOERH.
*Onobrychis ſeu Hedyſarum clypeatum Alpinum perenne ſiliqua glabra flore albo* TOURN. ſchol. bot. p. 245. PLUKN. p. 269.

I. B. in *Albula* M. C. B. in M. *Fracto*, & circa *Thermas Fabarias*. SCHEUCHZER in jugis M. *Pilati* & ad radicem M. *Titelsberg*. GAGNEBIN in alpibus Bernenſium ſupra *Villeneuve*, dictis *la Montagne chaude*. In *Regio* M. & *Furckmatt* GESNER.

Caules humiles, pedales, nodis diſtincti. Folia ovalia, glabra, ſex, ſeptem utrinque pinnis, extrema inpare. Spicae longae, in ſcapis ex alis foliorum prodeuntibus. Calyx ſubhirſutus. Flos purpuro coeruleus. Carina reliquis petalis multo longior. Siliquae articuli quatuor, glabri, conpreſſi, orbiculares, ſemen continent ejuſdem figurae.

GLYZYRRHIZAM in quibusdam Helvetiae montibus ſponte naſci ait MURALTUS p. 714. ſed locum non addit, neque ab alio viſa eſt ſpontanea.

## *ONOBRYCHIS.*

TOURNEFORT. T. 211.

*HEDYSARI* LINN. n. 595.

ſpecies monoſpermae.

Ab Hedyſaro differt, quod unicus ſit ſiliquae articulus, aculeis difformiter undique rigentibus aſper: Semen unicum, reniforme.

1. ONOBRYCHIS erecta, floribus ſpicatis, foliis ſubhirſutis.

*Ανωνυμος* DOD. Ic. vett. II. p. 32.
*Onobrychis* DOD. Cereal. p. 166. Hiſt. p. 548. bene TAB. p. 515. RIV. T. 2. optime.
*Glaux vel Onobrychis Dodon.* GESN. Hort. p. 260.
*Polygalium Rhaeticum* GESN. append. p. 295.
*Onobrychis Dodon.* CLUS. p. CCXXXII. ex DOD.
*Caput Gallinaceum Belgarum* LOB. ic. II. p. 81. ex DOD.
*Polygala multorum, quibusdam Onobrychis* LVGD. p. 488.
*Polygalon Geſneri* I. B. II. p. 335.
*Onobrychis folio Viciae echinato fructu major* C. B. TOURN. aut. de Par. p. 28. *floribus dilute rubentibus* I. R. H.
*Onobrychis ſ. caput gallinaceum* RAJ. p. 914.
*Onobrychis major ſiliquis echinatis criſtatis in ſpica digeſtis* H. OX. III. p. 131. T. 11. f. 10.
*Eſparſette* BRESL. 1718. M. *ſept.* bene
*Hedyſarum foliis pinnatis leguminibus ſubrotundis aculeatis* CLIFF. p. 365 ROYEN. p. 385.
β *Flore albo* I. R. H. &c.

In Helvetia frequens eſt locis ſubalpinis v. g. circa *Canderſteg*, thermas *Leucenſes* &c. ſub clivo *Sandrein* prope *Bernam*. Albo flore I. B. *Curiae* vidit, ego vero agros conſitos circa *Rubingen*.

Caules erecti, firmi, ramoſi, ſulcati. Foliorum pinnae ovatae, vel anguſtiores etiam & acuminatae, nervo valido in ſpinam exeunte, aliisque nervis ad principem parellele inclinatis. Spicae florales in ſcapis caule longioribus. Calyx ſubhirſutus, ſuperne magno hiatu exſectus, ſuperioribus dentibus ab infernis longe remotis longisque. Vexillum ſemireflexum, emarginatum, carneum, coccineis venis pictum. Alae minimae, triangulares, vix auriculatae. Carina ipſo vexillo longior, bipes, roſtro ad angulum rectum erecto, obtuſo. Vagina

na exiguo hiatu aperta. Ovarium vagina multo brevius. Siliqua compreſſa, plusquam ſemiorbicularis, undique reticulo ſpinoſo obnupta. Semen reniforme, obeſius.

Haec eſt celebris illa *Eſparſette*, cuius cultus hoc ſeculo ad jumentorum pabulum paſſim commendatus eſt, in Germania vero male ſucceſſit (ACT. URATISL. 1719. M. *April.* &c.) Nomen jam LUGDUNENSES habent.

## *MEDICA.*

*MEDICA* T. T. 321.
*COCHLEATA* RIVINI.
& *MEDICAGO* TOURNEF. T. 231.
*FALCATA* RIVINI
*MEDICAGO* LINN. n. 594. excepto *FOENOGRAECO.*

Calycis dentes omnes anguſti, imus longiſſimus. Vexillum reliquis petalis longius, plicatum, ovatum, emarginatum. Alae carina longiores, ovatae, retrorſum auriculatae. Carina dipetala, ovata, abſque roſtro. Siliqua junior ſimplex, ſurſum curva, in plicam vexilli ſe inmittit. Tuba globulo ornata. Adultior ſiliqua ſe contorquet, vel uno flexu, in Medicagine, vel multis in Cochleata. Omnibus etiam folia ternata, quae vero pediculo ad caulem adſidenr, ſaepe laciniata ſunt.

### ORDO I.

### SILIQVAE SPIRA MULTIPLICI.

### I. ECHINATA.

1. MEDICA caule procumbente, fructu cochleato, globoſo, aculeato, auriculis non laciniatis.

*Medica puſilla capſulis echinatis* CAM. Hort. p. 98.
*Tribulus terreſtris minor repens* LUGDUN. p. 514.
*Tribulus terreſtris* SCHWENKF. p. 210.
*Medica echinata minima* I. B. II. p. 386. RAJ. p. 965. Syn. III. p. 333. PLUKN. T. aut. de Par. p. 492. I. R. H. TILL. GARID. MAPP.
*Trifolium echinatum arvenſe fructu minore* C. B. Baſ. p. 93. cum aliis ſynonymis P.
*Medica cochleata polycarpos annua capſula minima rotunda* H. OX. II. p. 144. T. 15. n. 20.
*Medica capſulis echinatis pallidis minoribus* HOFM.
*Cochleata echinata minima* RIVIN. T. 88. RUPP.

Paſſim in agris Helvetiae. *Baſileae* legi circa *S. Jacob*, & in Valleſia, circa *Leucam*, *Biennae* legit D. SCHUH. *Neocomi* D. DIVERNOI. *Genevae* ad Noſodochium I. B.

Caules proſtrati, dodrantales, ramoſi. Folia minima, alba & lanuginoſa, cordiformia, vertice petiolato, baſi exſecta, ſpinulam emittente, ſerrata, ſuperiora longe triangularia. Aures ſemicordatae, non laciniatae. Flores in ſcapis ex alis foliorum bini, terni quaterni, lutei. Siliqua echinata, longis aculeis, ex margine gyrorum externo duplici ordine ſurſum & deorſum procedentibus: Gyri quatuor, color viridis.

β MEDICA fructu cochleato aculeato, auriculis non laciniatis, caule erecto.

*Tribulus minor rectus Dalech* LUGD. p. 513.
*Trifolium echinatum arvenſe* C. B. &c.
*Medica echinata hirſuta* I. B. II. p. 386. (ſed ſynonyma LUGDUNENSIUM dedit commutata) RAJ. p. 965. ZANICH. p. 182. ic. 171. n. I.
*Medica* Icon WEINM. T. 402 *b*.

In *Valleſia.*

Habitus erectus, cubitalis. Folia longe triangularia, baſi ſerrata, emarginata. Reliqua prioris, cujus varietatem eſſe perſuadeor.

### II. NON ECHINATA.

2. MEDICA caule erecto, floribus ſpicatis, ſiliquis repetito intortis, glabris.

*Grande treſlon* RUELL. p 394.
*Medica* CORD. Hiſt. L. V. DOD. Cereal, p. 208. Hiſtor. p. 575. CAESALP. p. 243.
*Medica vera* GESN. Hort. p. 267.
*Medica credita coloris violacei* GESN. Coll. p. 89 *b*.
*Medica ſativa flore violaceo* EIUSD. Coll. p. 89.
*Medica legitima* CLUS. p. CCXLII.
*Foenum Burgundiacum* LOB. ic. II. p. 36. ex DOD. WEINM. T. 513 *c*.

*Medica major erectior floribus purpuraſcentibus* I. B. II. p. 382. RAJ. p. 960. I. R. H. VAILL. GARID. SCHEUCHZ. It. VII. p. 515.
*Trifolium ſiliqua cornuta ſ. Medica* C. B.
*Medica ſativa ſ. trifolium ſativum, ſiliqua magis tortili* H. OX. II. p. 158. T. 16. f. 2. & T. 15. f. 11.
*Luſerne* SPECT. de la NAT. III. p. 26.
β Flore flavo pallente.
*Medica major erectior floribus luteis* I. R. H.

Purpureo flore in agro Aventico non rara eſt, v. g. circa *Mathod* ubique ad vias, *Genevae* &c. Flore ochroleuco in *Valeſia*, & circa *Bex*. Alibi ſeritur pro jumentorum pabulo.

Caulis firmus, erectus, ramoſus, tripedalis. Folia pene ovata, ſed ex anguſta parte petiolata, rectis lineis lateſcunt, circumſcriptione ultima ſerrata, hirſutula. Auriculae, ad ortum pediculorum adjectae, ſerratae & dentatae. Flores in ſcapis ex alis foliorum ſpicati, odore non grato. Vexillum violaceum, alae dilutiores. Siliqua levis, bis & tercircumgyrata, gyris diſtantibus.

Haec veriſſima Medica, & olim, & nunc apud Perſas praecipuum equorum pabulum eſt OLEARIUS in *itin.* p. 567.

## ORDO II.
## SILIQUARUM GYRO SIMPLICE.

3. MEDICA caule procumbente, ſiliqua ſemel inflexa, floribus racemoſis.
*Trifolii ſpecies alta inodora* GESN. Coll. p. 112.
*Trifolii genus, Medicae per omnia ſimile* GESN. Hort. p. 267.
*Medica ſylveſtris* EIUSD. Tab. Coll. p. 89. I. B. II. p. 383. RAJ. Syn. III. p. 333.
*Medica flore luteo* CLUS. Pann. p. 759. bene
*Medica flavo flore* EIUSD. Hiſt. p. CCXLIII.
*Lens major repens* TAB. p. 502. bene
*Trifolium ſylveſtre luteum ſiliqua cornuta ſive medica fruteſcens* C. B. Baſ. &c.
*Lotus pentaphyllos fruteſcens* C. B. Baſ. p. 94. cum non alio nomine habeat.
*Medica fruteſcens ſ. flavo flore Cluſii* PARK. RAJ. p. 960.
*Medica ſylveſtris fruteſcens, vel trifolium falcatum, vel Medica ſiliqua cornuta* H. OX. II. p. 157. T. XVI. f. 1. T. XV. f. 1.
*Falcata* RIV. T. 84. DILL. RUPP. &c.
*Medica ſylveſtris floribus croceis* T. aut. de Par. p. 116. I. R. H. GARID. &c.
Ic. WEINM. T. 501 *b*.
*Medica pedunculis laxe ſpicatis, leguminibus contortis, caule erecto glabro* LINN. Cliff. p. 377. ROYEN. p. 381.
β Flore ex *violaceo & luteo vario*, I. R. H. C. B.
*Medica perennis flore coeruleo & interdum luteo* CAM. Hort. p. 97.
γ Flore *viridi* C. B. I. R. H.
δ Flore *violaceo* C. B. I. R. H.
*Trifolii aliud genus in area mea* GESN. Tab. Coll. p. 112. & 112 *b*. ob locum natalem.

Prima varietas croceo flore Baſileae in ſepibus abundat. Reliquae in Valeſia naſcuntur, circa Sedunum.

Caules duri, frondoſi, plerumque procumbentes, niſi a vicinis dumis ſuſtententur. Folia glabra, longe triangularia, ex vertice petiolata, baſi emarginata, ſpinula ex nervo exeunte. Auriculae ex baſi ciliatae. Flores in corollas breveſve racemos. Flos croceus, aut aliorum colorum in varietatibus. Siliqua ſemilunaris, maxima, lata, tetraſperma.

4. MEDICA floribus racemoſis, ſiliqua reniformi, monoſperma.
*Melilotus vulgo Steinklee* BRUNF. L. II. p. 68.
*Melilotum minus* EIUSD. III. p. 48.
*Trifolium pratenſe luteum* FUCHS. p. 819. LUGD.
*Meliloti exiguae ſpecies prima* TRAG. p. 592.
*Melilotus minor* EIUSD. p. 593. RAJ. p. 952.
*Melilotus inodora capitulo florum rotundo flavo criſpa flore criſpo* GESN. Tab. Coll. p. 89 *b*.
*Trifolium luteum minimum* LOBEL. II. p. 29. inde LUGD.
*Melilotus alia in ſylveſtribus* CAES. p. 244?
*Trifolium arvenſe* TAB. p. 523.
*Trifolium luteum primum* THAL. p. 124.
*Trifolium pratenſe luteum flore minore ſemine multo* I. B. II. p. 380.
*Trifolium pratenſe lutem capitulo breviore* C. B. Baſ. p. 93. P. &c.

 *Trifo-*

*Trifolium luteum lupulinum* RAJ. Syn. III. p. 331.
*Melilotus lutea, minima, hirſuta, procumbens, ſpica breviore, denſiſſime diſpoſita, ſeminis pericarpio renali* MOR. II. p. 16. 2. T. XVI. f. 8. T. XV. f. *f.*
*Melilotus capitulis reni ſimilibus in capitulum congeſtis* T. aut. de Par. p. 26. I. R. H.
*Melilotus minima* RIVIN. T. 8. optime.
*Trifolium leguminibus ſpicatis reniformibus nudis, monoſpermis, caule procumbente* LINN. Cliff. p. 375. ROYEN. p. 380.
β *Trifolium luteum lupulinum minimum* H. OX. II. p. 142. I. R. H.
*Trifolium lupulinum minimum* RAJ. Syn. III. p. 331. T. 14. f. 4.
*Lnpulinum minimum* RUPP. p. 207.
*Trifoliaſtrum pratenſe lupulinum annuum, luteum, omnium minimum, foliis cordatis, ſiliculis compreſſis, monoſpermis* MICHEL. p. 29.

Frequentiſſima in hortis & pratis.

Caules multi, ramoſi, proſtrati, pedales, & cubitales. Folia longe petiolata, vel ovata ſunt, vel cor latiſſimum referunt, vel obtuſum quadrangulum, fine ſubtiliter circumſerrato, mollia, hirſutula. Aures ſerratae. Scapi ex alis foliorum geſtant capitulum hemiſphaericum, ex copioſiſſimis floribus, ſed minutiſſimis, luteis. Flos Medicae, & carina pariter dipetala. Fructus in racemum oblongum. Siliqua ſtriata, uti Medicis intorta, ſed unico gyro, reniformis, monoſperma, ſemen ſubovale. Ambigit inter Medicas, & Trifoliorum I. ordinem. Illis a MICHELIO, his a TOURNEFORTIO & reliquis adcenſetur Auctoribus.

In altera varietate floſculi pauciſſimi neque capitati, folia cordata, anterius emarginata, ſiliquae monoſpermae, habitus humillimus, & ſimul ramoſus; ex communicatione DILLENII.

## *T R I F O L I U M.*

TOVRNEF. T. 228.
*TRIFOLII* LINN. n. 603.
ſpecies FLORIBUS IN CAPITULA CONGESTIS.

Ex farragine adfinium huc refero plantas „calycis denticulis peranguſtis, imis longioribus, vexillo reliquis petalis multo longiori, alis multo brevioribus auriculatis, carina dipetala, obtuſa, breviſſima, ſiliquis brevibus, ſed, modo in calyce reconditis, modo eminentibus. Addendum eſt flores in capitulum congregari, atque, in multis, primum erectos, dum maturantur dependere: tum folia ex petiolo ternata prodire, cum auriculae ad caulem alia ſint fabrica, multoque minores.

### ORDO I.
### I. SILIQUIS EX CALYCE EMINENTIBUS
### TRIFOLIASTRUM MICHELI p. 29.
### I. MONOSPERMIS
LUPULINUM RIVIN. KNAUT. RUPP.

1. TRIFOLIUM racemis ovalibus ſtrepentibus, caule diffuſo
*Lotus campeſtris ſ. Melilotus* 8 TRAG. p. 593.
*Melilotus minor* EIUSD. ic. p. 593.
*Meliloto ſimilis inodora capitulo florum rotundo flavo* GESN. Coll. p. 89 *b.*
*Trifolium agrarium* DODON. p. 576. ex TRAG.
*Trifolium alterum luteum lapulinum* THAL. p. 124.
*Trifolium pratenſe luteum femina, flore pulchriore, ſ. lupulino* I. B. II. p. 381. cum icone meliori.
*Trifolium pratenſe luteum, capitulo lupuli* C. B. Baſ. p. 93. *vel agrarium* P. cum ſynonymis confuſis, T. aut. de Par. p. 159. I. R. H. VAILL. p. 196. T. 22. f. 3.
*Trifolium luteum lupulinum* RAJ. p. 949. Syn. III. p. 330.
*Lupulinum* RIVIN. T. 10.
*Trifolium agrarium luteum capitulo lupuli majus* H. OX. II. p. 142. T. 13. f. 1.
*Trifoliaſtrum, quod Trifolium pratenſe capitulo lupuli* MICHEL. p. 28.
*Trifolium ſpicis ovalibus imbricatis vexillis deflexis perſiſtentibus, caule erecto* LINN. Cliff. p. 374. ROYEN. p. 378.

Ubique in agris

Caules duri, brachiati, modice erecti, vel procumbentes. Folia nervoſa, glauca, glabra, modo pene ovata, modo cor vel ſectorem circuli referunt, arcu ſerrato. Auriculae magnae, ſimplices. Spicae florales denſae, ſphaericis acutiores,

tiores, floribus non deciduis, ſed tabeſcentibus: Sicci enim ſunt, ſtrepentes, breves caeterum, vexillo peramplo, cordato, reflexo, ſtriato, alis longioribus auritis, carina dipetala, tantum cohaerente, non roſtrata. Calyx valde inaequalis. Silicula petiolata ex calyce eminet, monoſperma, ſemine ovali, craſſe petiolato.

2. TRIFOLIVM racemis rarioribus, ſtrepentibus, caule erecto, non diffuſo.

*Trifolium luteum minus ſuffruticans ferme &c.* THAL. p. 124.

*Trifolium lupulinum alterum minus* RAJ. Cant. p. 166. Hiſt. p. 949. Syn. III. p. 330. T. 14. f. 3.

*Trifoliaſtrum pratenſe lupulinum minimum, folio cordato, capitulis florum ſubluteis, pediculis ſemiuncialibus, & uncialibus, inſidentibus, ſiliqua conpreſſa, monoſperma* MICHELI p. 29. n. 6.

In pratis paludoſis v. g. circa *Gumligen*, eundo ad ericeta torfacea.

Caules erecti, pedales, minus brachiati, foliis rarioribus. Folia exigua, figura vulgaris, ſed argutiora, emarginata. Capitulum minus & laxius, floribus magis ſpicatis, vix ultra ſedecim.

3. TRIFOLIVM racemis ovalibus, ſtrepentibus, maximis, caule erecto, non diffuſo.

*Lupulini ſpecies major, robuſta, adſurgens* I. B. II. p. 381. cum n. 1.

*Trifolium montanum lupulinum* C. B. Prodr. 140. PARKINS. p. 1105. (deſcriptio, quae ex C. B. eſt, non icon, quae ad n. 1. pertinet) RAJ. p. 950. I. R. H. MURALT. p. 736.

*Lotus montanus aureus, amplo lupuli capitulo annuus*, BARREL. ic. 1024. bene

*Lupulinum montanum capitulis ſpadiceis* RUPP. p. 207.

*Trifoliaſtrum pratenſe lupulinum, erectum, luteum, minus, foliis oblongis acutioribus, capitulis florum pediculis ſeſquiuncialibus & biuncialibus inſidentibus, ſiliqua conpreſſa monoſperma* MICHEL. p. 28?

β Varietas foliis acutioribus ſerratis. In alpp. *Glaronenſium* I. GESNER.

In montoſis pratis aridis v. g. inter *Rüti* & *Gurnigel.* in M. *Feuerſtein.*

Caulis pedalis & cubitalis, erectus, minus ramoſus. Folia pariter glauca, ſerrata, imo cordata, reliqua longiora, ovatis ſimiliora. Capitula longiora, craſſiora, frequenter ſpadicea. Flos ſimilis.

*4. TRIFOLIVM capitulo ſpumoſo, aſpero, majus C. B. Prodr. p. 140. Baſ. p. 93. P. RAI. p. 950. Syll. ext. p. 256.

*Trifolium veſicarium aſperum majus* PARK. p. 1109.

C. B. in ſalicetis *Michelfeldae Huningam* verſus, ad dumeta ſe ſuffulciens.

„ Caules bicubitales, tenues, flexiles, folia rotunda, Trifolii vulgaris ſimilia, crenata, in praelongis pediculis. Scapi palmares, pedales. Capitulum in ſingulis ſubrotundum, parvae avellanae mole, floſculis aureis; his folliculi membranacei ſuccedunt, ſibi incumbentes, filamentis quibusdam exaſperati. Quid ſit, ne quidem conjectura adſequor, ſi a priori differt.

## ORDO II.
## I. SILIQVIS EX CALYCE EMINENTIBVS.
## II. PLERVMQVE POLYSPERMIS.

5. TRIFOLIVM caule procumbente, & florigeris & folioſis petiolis praelongis.

Innumerabiles ſunt varietates huius plantulae. Veteres unicam fecerunt.

*Weiſſ Fleiſchblum* BRUNF. II. p. 59.

*Trifolium album* EIUSD. III. p. 48.

*Trifolium pratenſe album* DOD. p. 565. (breviter & pro varietate purpurei) LOB. adv. p. 380. RAJ. p. 942. &c.

*Trifolium pratenſe flore albo minus & femina glabrum* I. B. II. p. 380. T. aut de Par. p. 43. I. R. H.

*Trifolium pratenſe album vulgare odoratum* H. OX. II. p. 137. non autem ſynonyma.

*Trifolium repens* RIV. T. 13. (ſed abſque macula ut ſimilius ſit noſtri n. 8.) LINN. Lap. n. 174.

*Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens foliis rotundioribus, alba & ſagittata macula notatis, ſiliquis tetraſpermis* MICHEL. p. 26.

*Trifolium capitulis ſubrotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente* LINN. Cliff. p. 375. ROYEN. p. 378.

β Varietas quadrifolia in areolis hortorum & ambulacris glarea conſperſis.

*Quadrifolium phaeum fuſcum hortorum* LOB. Ic. II. p. 33.

*Trifoliis affine quadrifolium phaeum Lobelii* I. B. II. p. 380. RAJ. p. 942.

*Quadrifolium hortenſe album* C. B.

*Trifolium phaeum fuſcum luxurians, quatuor, quinque ſex foliis* MORIS. II. p. 135. I. R. H. VAILL.

Caules longi, repentes, per intervalla radicati. Scapi folioſi longi: folia in hac varietate ovato cordata, ſerrata, nervoſa, glabra, glauca, arcu albo irregulari maculata. Scapi florigeri longi nudique. Calyx albus, purpura pictus, tubuloſus, ſuperne duobus latioribus & rectioribus ſegmentis, inferne tribus anguſtioribus hiatu diſtantibus. Flores in capitulo convexo, in junioribus erecti, per maturitatem a ſupernis diſcedunt reflexi, vt ſpicae fiant bifidae; iidem juniores albi ſunt, deinde ſuaverubent, fuſci denique contabeſcunt, ut in Lupulino. Vexillum album, aut ſubpurpureum, longiſſimum, non reflexum, plicatum; alae multo breviores, breviſſimae adnexae carinae Siliqua toroſa, ex calyce eminens. Semina duo, tria quatuor, quinque, naturaliter tamen, puto, quaterna latiora, quam vt renem referant, fere cordata.

Varietates aliquae, nam plures ſuperſunt.

β Maxima in hortis cultis, caule erectiori, cubitali, foliis ovatis, absque macula, ſiliquis tetraſpermis.

An *Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus, repens, foliis obtuſis, & veluti cordatis, non maculatis, ſiliquis tetraſpermis* MICHEL. p. 27. n. 8?

γ Similis repens ſiliquis diſpermis.

*Trifoliaſtrum ſupinum corymbiferum annuum altum majus, folio longiore obtuſo, ſiliqua lata, incurva conpreſſa, & diſperma* MICHELI p. 28. T. 25. f. 5. Non repugnat.

δ Mediocris, foliis rhomboideis, gnomone albo pictis, & ſerratis.

*Melilotus Pariſcenſis humifuſa foliis glabris ſerratis* VAILL. T. XXII. f. 1.

ε Simillima primae, in pratis uvidis, foliis ſubrotundis, ſerratis, non maculatis, etiam tetraſperma.

ς Alpina, folio valde nervoſo, cordato, non maculato.

ζ Alpina minima, triuncialis, foliis rotundis, puris, ſiliqua tetraſperma.

*Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum; repens, minimum foliis obtuſis, non maculatis, ſiliquis tetraſpermis, ſuperna parte aequalibus, inferna veluti nodoſis, ſemine ſubluteo* MICHEL. p. 27. T. 25. f. 3.

η Varietas eleganter monſtroſa, Baſileae in pratis lecta circa *ſ. Peter*, & B STAEHLINO miſſa.

An varietas *Trif. pratenſis purpurei*, in qua *foliorum minimorum velut faſciculus in umbellae modum cauliculo inſidet* C. B. Prodr. p. 127.

*Trifolium pratenſe capitulo folioſo* AMBROS. p. 541. cum icone, VAILL. p. 195.

An *Trifolium pratenſe capite ſertaceo* MERRET. p. 121?

An *Trifolium pratenſe minimum erectum flore carneo prolifero* SCHEF. KNAUT. & BUXB. in cat. pl. circa Hal.

Pertinere videtur ad

*Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens foliis rotundioribus, alba & ſagittata macula notatis, corymbis florum magis ſparſis, pediculis longiſſimis, ſiliquis tetraſpermis* MICHEL. p. 28. T. 25. f. 1.

Fx ampliſſimis eſt. Folia cordata: Capitulum viviparum, loco calycum generat numeroſos petiolos, biunciales, in quibus monſtroſi flores naſcuntur, calycis ſegmentis, & uno aliquando, alterove petalo in longa folia degenerantibus, profunde ſerrata, dum unum aut alterum petalon, ſed ipſum etiam mutatum ſupereſt.

## ORDO III.
## II. SILIQUIS CALYCI INCLUSIS
## I. FLORE TETRAPETALO.

6. TRIFOLIUM ſpicis ſubovatis, calycibus inflatis, dorſo gibbis LINN. p. 373. ROYEN. p. 378.

α Varietas foliis ovalibus

*Trifolium caule nudo glomerulis glabris* I. B. II. p. 379.

*Trifolium fragiferum* RAJ. Cant. p. 166. (diſtinguit a Friſico.)

*Trifolium fragiferum noſtras purpureum folio oblongo* H. OX. II. p. 144. T. 13. f. 2. RAJ. Syn. III. p. 330. T. aut de Par. p. 44. I. R. H. VAIL. p. 195. T. 22. f. 2. non penitus placet.

*Trifolium fragiferum minus oblongo capite Italicum* BARREL. ic. 851.

Et *Trifolium fragiferum repens minori & rotundiori folio* EIUSD. ic. 852. melius.

II. *Flore albo* JONQUET.

III. Certo idem eſt

*Trifolium*

*Trifolium capitulo ſpumoſo aſpero minus* C. B. Prodr. p. 140. Baſ. p. 93. RAJ. p. 947.*. Syll. ext. p. 256. MAPP. p. 312. qui a Friſico diſtinguit.
*Trifolium veſicarium aſperum minus* PARK. p. 1109.
β Folio cordato.
*Trifolium fragiferum Friſicum* CLUS. cur. poſter. p. 39. C. B. PARK. RUPP. COMMEL. ZWINGER.
*Trifolium fragiferum* MERR. RAJ. p. 946. Syn. III. p. 329. VOLC. non autem RIVINI quod eſt *Tr. glom. tom. per caul. longit.* I. B.
*Trifolium fragiferum Friſicum folio cordato flore rubro* H. OX. II. p. 144. &c. MAPP. denuo.
II. Capite violaceo CLUS. C. B. I. R. H.

Locis udis, gramineis, v. g. ſecunda *Morati*, eundo verſus paludoſa loca *Anetana*. Prior Baſileae ad ripam Rheni, prope *die Baar*.

Iunius prioris n. 5. varietates ita refert, ut vix diſtinguas, caule procumbente, foliis per intervalla longe pediculatis, glabris, ovalibus, obtuſis, glaucis, argute ſerratis, ſcapo quinque unciarum, capitulo denſo, convexo, calyce tunc glabro, ſimplici, duobus ſuperne brevibus & latis dentibus, tribus inferne capillaribus. Floris demum figura eadem eſt. Vexillum longum, ſtrictum, plicatum, non reflexum album, roſeis lineis pictum, alis ad breviſſimam carinam valde adhaerentibus. Sed maturior calyx inflatur, parte ſuperiori in globoſam ſpeciem intumeſcente, reticulata, tenera, modo villoſa, modo glabra, dum inferna vix mutatur. Siliqua rotunda, diſperma, ſemina ovato reniformia. Diſtinguitnr, priusquam fructum ferat, capitulo denſius congeſto.

7. TRIFOLIVM ſpicis ovatis ſeſſilibus ſcabris lateralibus LINN. Cliff. p. 373. ROYEN. p. 377.

*Trifolium, cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt* I. B. II. p. 378. cum icone.
*Trifolium floſculis albis in glomerulis aſperis cauliculis proxime adnatis* RAJ. Syn. III. p. 329. VAILL. p. 196. T. XXXIII. f. 1.
*Trifolium purpureum glomerulos oblongos proferens ex geniculis* MORIS. II. p. 143.
*Trifolium nodiflorum turbinatum* BOCC. p. 141. T. 104.

STAEHELINUS miſit, in ditione Baſileenſi lectum. Ego, ni fallor, inveni in M. *Neunenen*.

Caules ſemierecti, ramoſi. Folia breviter pediculata, nervis valde conſpicuis, ſubtus (in noſtris) ſubhirſuta, cordata. Capitula floralia ſeſſilia, calyx flore paulo brevior, nodulo conſtat, & quinque triangularibus dentibus, latioribus, rigidis, & pene pungentibus. Flos ex calyce exigua parte eminet, albus. (purpureum facit I. B. & MOR.)

8. TRIFOLIUM caule erecto, ſpicis albis denſis brevibusque terminato, foliis nervoſis, inferne ſubhirſutis.

*Trifolium acutum* DORST. p. 289 *b.*
*Trifolium pratenſe album* FUCHS. p. 818. bene GESN. Coll. p. 111 *b.* TAB. p. 522. C. B. Baſ. p. 93. P. I. R. H. RUPP. &c.
*Trifolium pratenſe alterum* TRAG. p. 836. (breviſſime) CAMER. Epit p. 580.
*Trifolium vulgare albo flore* GESN. hort. p. 285.
*Trifolium pratenſe album a Fuchſio depictum ſ. mas* I. B. II. p. 379. RAJ. p. 943.
*Trifolium folio longiore flore albo* RIVIN. T. 12.
II. Nihil quidquam differt, etſi pro novo deſcriptum eſt, quod in Germaniae pratis humilibus rarius ſit.
*Trifolium majus I.* CLUS. Pann. p. 760. Hiſt. p. CCXLV. cum icone
*Trifolium majus albo flore incanum Cluſii* I. B. II. p. 380.
*Trifolium montanum album* C. B. (pagina vero praecedente junxit priori) RAJ. p. 943.*. T. aut. de Par. p. 540. I. R. H. VAILL. &c.
*Trifolium Lagopoides album perenne ſpica rotunda foliis incanis* MORIS. II. p. 141.

In pratis circa Bernam v. g. circa aediculam in media ſylva *Neſlern*, in iſthmo *die Enge* e regione villae *Reichenbach*.

Prioribus ſatis adfinis eſt, foliis glabris, glaucis, nervoſis, ſerratis, albo calyce, florido capitulo pediculato, albo, aut ſubrubello, denſiſſimo. Differt caule erecto, ſpicis terminantibus caulem ramoſque. Folia acute elliptica, ſubtus ſubhirſuta ſunt. Flos evidenter tetrapetalos.

9. TRIFOLIVM ſpicis villoſis, calyce & denticulis plumoſis.

*Lagopus* FUCHS. p. 494. MATTH. p. 983. CAM. Epit. p. 724. DOD. Cereal. p. 212. Hiſt. p. 577. melius, RIVIN. T. 15. BLAKW. T. 450.

*Lotus*

*Lotus campeſtris* TRAGI. p. 595.
*Meliloti IX. ſpecies* EIUSD. ib.
*Herba leporina* GESN. ind. quadr. p. 52.
*Lagopus, pes leporis* LOB. Ic. II. p. 39.
*Lagopodium, Lagopus* TAB. p. 524.
*Lagopus minor* CAM. Hort. p. 83. CAES. p. 243?
*Lagopus vulgaris* LUGD. PARK. RAJ. p. 948.
*Lagopus trifolius quorumdam* I. B. II. p. 377.
*Trifolium arvenſe humile ſpicatum* C. B. Baſ. p. 93. ſ. *Lagopus* C. B. P. T. aut de Par. p. 159. I. R. H.
*Lagopus anguſtifolia minor erectior* BARREL. ic. 901. melior reliquis, &
*Lagopus altera, anguſtifolia, minor & verior, capitulo breviore* EIUSD. ic. 902.
*Trifolium Lagopoides purpureum arvenſe, humile, annuum, ſeu Lagopus minimus vulgaris* MORIS. II. p. 141.
*Trifolium ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis aequalibus* LINN. Cliff. p. 374. ROYEN. p. 379.

Nihil vulgatius exeunte aeſtate in arvis, & inter ſtipulas.

Caulis erectus, ramoſus, cum tota planta molli lanugine obſitus. Folia longa, paulum cis finem latiora, fine inciſo, nervulo in ſpinam exeunte, molliſſima. Caules & rami terminantur ſpicis ovalibus, totis tomentoſis. Calyx campaniformis, villoſus, quinque dentibus pappo pinnatis, flore longioribus, quorum inferiores paulo longiores ſunt. Flos exiguus, ſubrubellus. Siliqua ſphaerica, pene intra calycem matureſcit, & ſemen ovale continet.

Siccat, adſtringit, ad dyſenterias laudatur, BUCHWALD p. 158. ſed raro in uſum recipitur. Pro Conyza vendi KORONZAY.

10. TRIFOLIUM foliis ſubrotundis, ſpicis villoſis, calyce tomentoſo.

*Lagopus major folio Trifolii* DOD. Hiſt. p. 577. bene
*Lagopus maximus folio & facie trifolii pratenſis* LOB. ic. II. p. 39. ADVERS. p. 385. ex DOD.
*Lagopus maximus Lobelii* CLUS. pann. p. 763. Hiſt. p. CCXLVI. eadem icon.
*Lagopus major* CAES. p. 243?
*Lagopus maximus* SWEERT. II. T. 21. RAJ. Syll. ext. p. 158.
*Trifolium albo incarnatum ſpicatum, ſive Lagopus maximus* I. B. II. p. 376.
*Trifolium ſpica ſubrotunda rubra* C. B. I. R. H. &c.
*Trifolium alopecuron latifolium ſpica longa* BARREL. ic. 697.
*Trifolium purpureum annuum folio hirſuto rotundo Trifolii pratenſis albi forma* MORIS. II. p. 140.
*Lagopus latifolius* RIVIN. T. 17.
*Trifolium ſpicis oblongis villoſis obtuſis nudis foliolis ſubrotundis* ROYEN. p. 380.

I. B. in pratis prope fluvium *Arve* proxime Genevam.

Caules firmi, glabri, cubitales & altiores. Folia nervoſa, ſubrotunda, undique ſerrata, ſubhirſuta. Spica praelonga, duarum unciarum, molliſſima, uti priori. Calyx totus villoſus, longis ſericeis pilis, bilabiatus, tribus ſegmentis inferioribus deorſum reflexis, duobus ſurſum adſcendentibus omnibus in longas glabraſque ſpinulas exeuntibus. Flos rubellus, longe eminet, longiſſimo vexillo.

11. TRIFOLIUM ſpicis villoſis, calyce glabro, dentibus villoſis, imo longiſſimo.

*Cytiſus* TRAG. p. 601.
*Trifolii majoris tertii altera ſpecies* CLUS. p. CCXLVI.
*Lagopus altera folio pinnato* LOBEL. ic. II. p. 40.
*Lagopus major altera* DOD. p. 578.
*Trifolium ſpicatum* THAL. p. 124.
*Lagopus major* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 10. f. 3. non bene
*Trifolium purpureum majus folio & ſpica longiore* I. B. II. p. 375. RAJ. p. 944.
*Trifolium montanum ſpica longiſſima rubente* C. B. Baſ. p. 93. P. T. aut. de Par. p. 540. I. R. H. MUR. p. 736.
*Trifolium purpureum montanum, pinnatum, Lagopoides, ſpica longiſſima* H. OX. II. p. 140.
*Trifolium ſpicis villoſis, caule erecto, foliis ſerrulatis* CLIFF. p. 375. ROYEN. p. 380.
II. *Trifolium majus III.* CLUS. Pann. p. 762. Hiſt. p. CCXLV. (cum icone ſimiliori Trifolii 12.
*Trifolium aliud montanum majus* THAL. p. 123.
*Trifolium majus tertium purpureum Cluſio* I. B. II. p. 375.
*Trifolium ſpica oblonga rubra* C. B. RAJ. p. 944*. T. aut. de Par. p. 539. I. R. H.
*Trifolium purpureum montanum majus ſpica oblonga* H. OX. II. p. 139.

Non rarum in Helvetiae montoſis, ſupra *Bonneville*, *Creſſier* &c. ad initia adſcenſus in

in *Juram* M. In pratis circa *Bex* abunde. *Genevae* prope *Champé* I. B. In M. *Crenzach* C. B. In M. *Randenburgico* MUR.

Caulis firmus, erectus, pedalis & ultra. Folia elegantia, glauca, firma, nitide ſulcata, nervis ad coſtam inclinatis, argute ſerrata, longius ovata, ſine emarginato. Caulem & ramos ſpicae terminant craſſae, biunciales & ultra, ovales, lanuginoſae. Calyx pene glaber. Ejus ſegmentum infimum longiſſimum, quod prae reliquis pappo plumoſum eſt, & florem aequat aut ſuperat. Flos purpureus, longe ex calyce eminens, & ſiliqua calyci incluſa, uti priorum.

## ORDO IV.
## II. SILIQUIS INTRA CALYCEM
## II. FLORE MONOPETALO
## TRIFOLIOIDES KNAUTII p. 84.
## TRIPHYLLOIDES PONTEDERAE

His flos longiſſimus eſt, & vexillum alaeque cum carina in unum indiſſolubile petalon conferruminantur. Sed affinitas & leges bonae methodi vetant ſeparari.

12. TRIFOLIUM ſpicis villoſis, foliis inſidentibus, vaginarum caudis latioribus.

*Trifolium calidius* GESN. Coll. p. 112.
*Trifolium in collibus & arvis acri guſtu* EIUSD. Hort. p. 285.
*Trifolium majus II.* CLUS. Pann. p. 760. Hiſt. p. CCXLV. abſque icone
*Trifolium majus, Cluſii ſecundum, non album, ſed rubrum* I. B. II. p. 375.
*Trifolium montanum purpureum* C. B. Baſ. p. 93. ZWING. *majus* P. PARK. RAJ. p. 944. * I. R. H. RUPP. &c.
*Trifolium purpureum majus, foliis longioribus, & anguſtioribus, floribus ſaturatioribus* RAJ. Syn. III. p. 328. I. R. H.
*Trifolium ſpica oblonga rubra* VAILL. p. 194. cum nominibus non bonis
*Trifolium ſpica longiore flore purpureo* RIVIN. T. 12.
*Trifolium ſpicis villoſis, ſubovatis, caule erecto, foliis ovato oblongis integerrimis* ROYEN. p. 380.
II. *Trifolium montanum minus* THAL. p. 124. *Thalio purpureum* I. B. l. c.
*Trifolium montanum purpureum minus* C. B. RAJ. p. 944.

Paſſim in montoſis ſylvis v. g. *M. Gurten.*

A ſpecie n. 13. differt in primis vaginis longius caudatis, viridibus, non in ariſtas capillares, ſed in latiuſcula foliola terminatis, deinde foliis ſuperne glabris, durioribus, magis venoſis, longioribus, ſaepe non maculatis. Color florum plerumque ſature purpureus.

β TRIFOLIUM montanum, purpureum, folio acuto, crenato C. B. Prodr. p. 140. P. RAJ. p. 945. * I. R. H.

*Trifolium Lagopoides minus folio acuto crenato* H. OX. II. p. 141.

C. B. in pratis montoſis, STAEHELINUS miſit, lectum circa *Herſperg.*

Omnino cum priori convenit, foliis tantum diſtinctum durioribus, totis glabris, magis nervoſis, ut albo n. 8. propius ſit.

γ TRIFOLIUM montanum purpuraſcens folio obtuſo crenato C. B. Prodr. p. 140. P. PARKINS. RAJ. p. 945. I. R. H.

C. B. in montanis circa *Genevam.*

„Caulis ramoſior, folia obtuſa, ſuperne crenata; ad ramulos folia acutiſſima; flores rariores. Ita C. B. Verum valde metuo, ut diverſum ſit.

13. TRIFOLIUM pratenſe purpureum minus foliis cordatis RAJ. Syn. III. p. 328. T. 13. f. 1. bene

STAEHELINUS circa *Langenbruk* Ego in M. *Neunenen.* Circa *Ferriere* GAGNEBIN.

Diverſum videtur, propius ſequenti. Folia non ſerrata, neque crenata, cordata, non maculata, hirſuta. Flores longiores, capitulum minus, neque perinde ſeſſile, & ſupra folia proxima elatum. Flore *albo* miſit D. GAGNEBIN.

14. TRIFOLIUM ſpicis villoſis foliis inſidentibus, vaginarum caudis capillaribus.

*Brunella* BRUNF. III. p. 26.
*Epithymum* DORST. p. 114.
*Trifolium* EIUSD. p. 288. *b.* RIVIN. T. II.

*Trifolium pratenſe purpureum* FUCHS. p. 817. GESN. Coll. p. III *b*. C. B. Baſ. p. 92. P. RAJ. p. 943. MAGN. Char. p. 239. VAILL.
*Trifolium pratenſe* TRAG. p. 586. MATTH. p. 835. CAMER. Epit. p. 582. DOD. Cereal. p. 186. Hiſt. p. 565. bene LOB. Ic. II. p. 29. TAB. p. 323.
*Trifolium pratenſe ſeu vulgare* GESN. Hort. p. 285.
*Trifolium purpureum vulgare* I. B. II. p. 374.
*Trifolium pratenſe vulgare purpureum* PARK. MOR. II. p. 138.
*Trifolium pratenſe flore monopetalo* T. aut. de Par. p. 43. I. R. H. ZANICHELL. p. 264. ic. 185. LINN. Lap. n. 273.
*Triphylloides pratenſis flore purpureo* PONTED. Anthol. p. 241.
*Trifolium vulgare* BLAKW. T. 20.
*Trifolium ſpicis villoſis, caule diffuſo, foliolis integerrimis* LINN. Cliff. 375. ROYEN. p. 580.

Nihil vulgatius in pratis, amatum agricolis.

Caules multi, ſemiprocumbentes, ramoſi, farti, duriuſculi. Auriculae albae, rubris venis diſtinctae, ariſtis terminatae capillaribus. Folia ex brevibus pediculis varia figura, ima rotundiora, ſuperiora acutiora, mollia, margine ſubhirſuto, aut non ſerrato, aut obſcurius, plerumque diſtincta macula alba ſagittata, aut in arcum flexa. Spicae ſeſſiles ſuper duos foliorum ternarios, totidemque auriculas, qua nota haec claſſis a reliquis facile diſtinguitur. Calyx cylindricus ſubhirſutus, denticulis capillaribus, ad latera plumoſis, ex eodem circulo ortis, quorum imus longiſſimus. Flos carneus, aut ſubrubellus, aut purpureus, ex ſtricto tubo emittit vexillum plicatum, longius, non ſubrectum, lateribus reflexis: alas ellipticas, auriculatas, carinam rectam, lanceolatam, vaginam ſolitae fabricae, omnino ut in ſpeciebus tetrapetalis. Capſula ovalis, operculata, ſemen late & breviter reniforme.

Gratum pabulum praebet jumentis; Hyberni panem inde conficiunt, nomine *Chambroch*.

β *Trifolium quod ſeritur majus* DOD. Cereal. p. 186. Hiſt. p. 565.
*Trifolium pratenſe majoribus foliis* LOB. adverſ. p. 380.
*Trifolium purpureum majus ſativum pratenſi ſimile* RAJ. Syn. III. p. 328.
*Autre eſpece de trefle* SPECT. de la Nat. III. ic. p. 26.

Omnino varietas eſt prioris, quam paſſim ſerunt. In pratis tamen circa *Mathod* ſpontaneam reperi.

Caules fiſtuloſi, cubitales, magis brachiati; folia longiora, crenata, ſpicae pallidiores, capitula obeſiora.

β Varietas flore albo SCHEFF. del. &c.
Haec eadem eſt.
*Trifolium montanum majus flore ſulfureo* MERRET. p. 121.
*Trifolium pratenſe hirſutum majus flore albo ſulfureo ſeu ochroleuco* RAJ. Hiſt. p. 943. Syn. III. p. 328.
*Trifolium Lagopoides annuum hirſutum pallide luteum ſeu ochroleucum* H. OX. II. p. 141. T. 12. f. 12.
*Trifolium Lagopoides flore ſubluteo* I. R. H.
*Triphylloides alpina flore albo* PONT. Anthol. p. 241.

In alpibus, *Gotthardo* v. g. ſolum provenit. RAIUS circa Genevam legit, miſſum eſt etiam ex Friſia a Cl. MOEHRINGIO.

Varietas videtur vulgaris ſpeciei: auriculas enim venoſas habet, ſpinula herbacea terminatas; folia ſubrotunda, pene majora, aut non crenata, aut obſcure, fine anguſtiori, obtuſo, ut in Vicia ſepium, ſpicae etiam obeſiores. Flos ochroleucos.

*15. TRIFOLIUM ſaxatile hirſutiſſimum C. B. Prodr. p. 143. P. PARK. RAJ. p. 950. *.

*Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum ſ. argenteum* I. B. II. p. 381. ex fratre.
*Trifolium alpinum ſaxatile hirſutiſſimum* WAGNER p. 288.

C. B. in altiſſimis jugis alpium Helveticarum.

Radix lignoſa, rufo cordice, transverſim reptans. Huic plantulae acaulae multae inſident, ſed tota planta duas aut tres uncias non ſuperat. Folia in breviſſimis petiolis, incana, veluti argentea, mollia, ſuperne ovata, Inter folia capitula parva, rotunda, in longiuſculis pedicellis. In horum medio pili breves, molliſſimi, flaveſcentes.

An *Sibbaldia?* vel alia Potentilla alpina? videtur.

*MELI-*

# MELILOTUS.

TOURNEF. T. 229.

TRIFOLII Sp. LINNAEI

Ne cogar characterem Trifolii, aliunde vagum, turbare inmiſtis plantis flore racemoſo, hac nota ſeparo Melilotum, tum calycis denticulis brevibus, qui Trifolio longi ſunt, & imus breviſſimus, qui Trifolio longiſſimus. Alae floris, quae Trifoliis breves, hic vexillo pares ſunt, & hoc ipſum magis ſubrigitur: ut ſatis abunde ſit notarum pro diſcrimine. Siliquae breves, calyce tamen longiores, monoſpermae & diſpermae.

1. MELILOTUS ſiliquis turgidis, brevibus, obſcure transverſim rugoſis.
*Fragaria* BRUNF. III. p. 49.
*Melilotus* DORST. p. 185. RIVIN. T. 6. optime, BLAKW. T. 80.
*Saxifragia lutea* FUCHS. p. 749. (valde altum ſpecimen)
*Vulgaris Melilotus* TRAG. p. 591.
*Lotus urbana* MATTH. p. 1162. CAM. Epit. p. 893.
*Melilotus vera* GESN. Hort. p. 267.
*Melilotus lutea* GESN. Coll. p. 89 *b.* & *Lotus urbana* p. 86 *b.*
*Trifolium odoratum ſive melilotus* DOD. Cereal. p. 190. Hiſt. p. 567. optime.
*Melilotus Germanica* LOB. II. p. 43. *flore luteo* AICHST. Aeſtiv. Ord. 10. T. 12. f. 1.
*Lotus ſylveſtris* TAB. p. 508. *floſculis luteis* CAES. p. 241.
*Trifolium odoratum, ſ. melilotus vulgaris flore luteo* I. B. II. p. 370.
*Melilotus officinarum Germaniae* C. B. Baſ. p. 94. T. aut de Par. p. 117. I. R. H. RUPP. &c.
*Trifolium odoratum ſ. Melilotus fruticoſa lutea vulgaris vel officinarum* H. OX. II. p. 161.
*Melilotus vulgaris* PARK. RAJ. p. 951.
MERIANAE ic. LXIV.
*Trifolium floribus racemoſis leguminibus nudis diſpermis, caule erecto* LINN. Cliff. p. 376. ROYEN. p. 381.
β *Melilotus major candida* TRAG. p. 590. MURALT. p. 683. ſive 2. ſpecies TRAGI.
*Meliloti verae alia ſpecies flore albo* GESN. Hort. p. 267 *b.*
*Melilotus alba* GESN. Coll. p. 89 *b. & Lotus ſylveſtris* p. 86 *b.*
*Lotus ſylveſtris flore albo* TAB. p. 507. CAES. p. 241.
Varietas prioris flore albo C. B. I. B.
*Melilotus flore albo.* PARK. RAJ. p. 951.
*Melilotus officinarum Germaniae flore albo* I. R. H. VAILL. GARID. &c.

Prior vulgaris ad vias & inter ſegetes: altera paulo rarior, ſimilibus locis in *Valeſia* &c.

Caulis durus, erectus, valde ramoſus, cubitalis & ultra. Folia ternata, glauca, glabra, ovata, profundius circumſerrata. Ramos & caulos terminant racemi florum pendulorum. Vexillum plicatum, cordatum, leviter bifidum, alis elevatis. Alae brevibus auriculis, pene longiores vexillo. Carina fiſſilis, rotundo fine. Siliqua rugoſa, turgida, ſemine unico, ex craſſo funiculo pendulo.

Acris eſt planta, & amara, nauſeoſo ſapore. Florum odor non ingratus, inde aqua deſtillatur, quae ſuaveolentes odores commode recipit & auget CAESALP. GEOFROI III. p. 836. Caeterum emolliens planta habetur; ad tumores dolentes quoslibet, ad inflammationes, & ad ſuppurationes ciendas frequentiſſime uſurpatur, tum cataplaſma, tum emplaſtrum. Ad deliganda vulnera, quae veſicatoria fecerunt, opportuniſſime inponitur. Infuſum florum ad colicos dolores, inflammationes abdominis & iſchurias laudat CHOMEL.

2. MELILOTUS fruteſcens ſiliquis brevibus turgidis minus rugoſis.
*Melilotus fruticoſa candida major* H. OX. II. p. 161. T. 16. f. 1. conjunctim cum priori.
*Melilotus vulgaris altiſſima fruteſcens flore albo* T. aut. de Par. p. 289. cum deſcriptione I. R. H. DILL. Cat. Gieſſ. p. 147. LEOPOLD.
*Melilotus alba maritima fruteſcens vulgari ſimilis* ZANICHELL. p. 183. ic. 104.
β. *Melilotus vulgaris altiſſima fruteſcens flore luteo* T. aut. de Par. l. c. I. R. H. LEOP. MAPP. p. 191.

Albo flore ſepedalem legi in ſylvis M. *Belpberg* circa caſtellum dirutum.

An ſatis vere differat, neſcio: folia majora, & caules multo altiores habet. Folia frequenter recta linea reſecta, quam ſpinula bipertit. Sed flos & ſiliqua & odor ipſe & habitus conveniunt.

## *ANONIS.*

TOURNEF. T. 229.

*ONONIS* LINN. n. 579.

Calycis dentes omnes longi, ſupremi paulo breviores, ad ſe invicem incurvati, inferiores longiſſimi, flori aequales (LINN.) imus rectus longiſſimus. Vexillum reliquis petalis amplius, plicatum, modice omnino ſubrectum. Alae multo breviores, ipſa etiam plerumque carina, auriculatae. Carina acute roſtrata. Tubus ſtaminum plerumque continuus, decimo minime diſtincto. Siliqua turgida, hirſuta, bivalvis, diſperma, triſperma &c. Folia, ut prioribus, ternata, ſaepe in vaginis perampliis ſeſſilia. Character, fateor, non ſatisfacit, nam noſtrae ſpecies, adeo paucae, & calyce, & flore, & ſiliqua inter ſe differunt.

1. ANONIS acaula, floribus longiſſimis, foliis non ſerratis.

*Trifolium anguſtifolium Alpinum* PON. p. CCCXL. commode, Ital. p. 194. PARK.
*Trifolium alpinum Rhaeticum aſtragalites* I. B. II. p. 376. RAJ. p. 956. MORIS in icone.
*Trifolium alpinum flore magno, radice dulci* C. B. Prodr. p. 143. RAJ. Syll. p. 256. SCHEUCHZ. It. I. p. 51. It. II. p. 143. It. IV. p. 342. cum deſcriptione.
*Anonis Alpina humilior radice ampla & dulci* I. R. H.
*Trifolium alpinum ſ. Glycyrrhiza aſtragaloides Bernatum & ſaxatile* C. B. WAGN. p. 288.
*Trifoliaſtrum alpinum, purpureum, humile, caule nudo ſimplice, foliis anguſtioribus acutis, floribus amplioribus, ſiliquis planis incurvis & diſpermis* MICHEL. p. 28.
II. *Trifolium Glycyrrhizites* PARK. p. 1105. RAJ. p. 956. MORIS. II. p. 146. omnino idem videtur.
*Trifolium montanum ſpica longiſſima rubente* ZWING. p. 745. malum nomen.

In alpinis paſſim. Magna copia in adſcenſu M. *Scheideck*; in M. *Joch.* I. B. ex Rhaetia, ibi in *Surſee* & *Albula* GESNER. In M. *Oehrli* Abbatiſcellanorum CLEMENT apud SCHEUCHZ. *Oreograph.* I. p. 258. Ex Pyrenaeis etiam adlata eſt.

Caulis nullus. Radix ampliſſima, brachiata, multiceps, ſetoſa. Folia graciliter elliptica, firma, nervoſa, glabra. Scapi florigeri ex radice aphylli, aliquot unciarum. Racemus florum ſpecioſus. Maximi ſunt, & longiſſimi, unciales, purpurei. Calycis ſegmenta ſuperiora latiora, imum longum & capillare. Vexillum longiſſimum, reliquis petalis adpreſſum, ſtrictum, carneum, lineis purpureis varium. Alae carina longiores, huic adhaerent auriculatae. Carina ſima, brevis, ſtamina novem, & decimum inpar. Siliqua brevis, turgida, diſpermos. Tuba longa.

Poſſet ad Trifolia referri, ob ſtrictum florem, alas longiores, ſtamina, &c. ſed non placuit turbare characterem naturalem Trifolii, ampli generis, & naturali potius quodam vinculo, quam artificiali charactere conjuncti. Non repugnarem, ſi ex hac planta, & bituminoſo Trifolio, & aliis quibusdam novum genus fieret, quod a Meliloto calycis denticulis longis capillaribus, a Trifolio floribus magis ſparſis diſtingueretur.

Hac planta ex Pyrenaeis adlata, in *Ruſcinonenſi* comitatu publice pro Glycyrrhiza utuntur Pharmacopolae GAGNEBIN.

2. ANONIS floribus & foliis ſubrotundis, longe petiolatis.

*Cicer ſylveſtre* GESN. Hort. p. 254 *b. verius* LOB. I. Ic. II. p. 73. bona icon, ſed hirſutiem folii non habet.
*Cicer ſylveſtre tertium* DOD. p. 525.
*Cicer ſylveſtre II.* TAB. p. 500. *Dalech.* LUGD. p. 464.
*Cicer ſylveſtre trifolium* I. B. II. p. 295.
*Cicer ſylveſtre latifolium triphyllon* C. B. P. RAJ. Syll. p. 96.
*Anonis purpurea, perennis, foliis latioribus, rotundioribus, profunde ſerratis* H. OX. II. p. 170. T. 17. f. 17. I. R. H. TILL. &c.
*Ononis latifolia, Cicer ſylveſtre triphyllum* RAJ. p. 959.
*Ononis pedunculis ex alis foliorum trifloris nudis* LINN. Cliff. p. 358. ROYEN p. 378.

Ad pedem M. *Gemmi* copioſe, ubi a Thermis adſcenditur, poſtquam ſylva ſuperata eſt, prius quam ad rupes venias. I. B. & RAIVS ad pedem M. *Saléva.*

Caulis fruticoſus, cubitalis, brachiatus, cortice ſubhirſuto, absque ſpinis. Folia longe petiolata, a caule diſtant, viridia, hirſuta, rotunda, aut ovata, argute circumſerrata. Auriculae ad petiolum minimae. Scapi florigeri ex alis foliorum, aphylli, uniflori, aut pauciflori, a caule exſtant biunciali diſtantia. Flos fere vulgaris

garis ſpeciei, vexillo roſei coloris, ampliſſimo, plicato, ſubhirſuto, carinae roſtro peracuto, alis longiori.

3. ANONIS inermis floribus pene ſeſſilibus, vaginis foliorum ampliſſimis.

*Anonis non ſpinoſa* CLUS. Pann. p. 52. bene
*Anonis mitior I.* EIUSD. Hiſt. p. 99. cum optima icone.
*Anonis non ſpinoſa purpurea* TAB. p. 529.
Et *Anonis ſine ſpinis lutea* EIUSD. ib. omnino
*Anonis non ſpinoſa purpureo flore* I. B. II. p. 393. recte diſtinguit ab inermi varietate ſpeciei vulgaris n. 4.
*Anonis ſpinis carens purpurea*, C. B. WAGNER LEOP. n. 4. FL. BAT. ZWING. p. 351.
*Anonis purpurea, ſpicata erecta, perennis, longifolia, ſiliquis erectis, lentiformibus* H. OX. II. p. 169.
*Ononis ſine ſpinis ſeſquicubitalis* ROYER. p. 126.
*Ononidis non ſpinoſa magna ſpecies* FUREN. in BARTH. ciſt. Med. p. 290.
*Anonis non ſpinoſa flore purpureo maximo* IBID. II. p. 468.
*Anonis floribus ſubſeſſilibus lateralibus ſolitariis ramis inermibus* LINN. Cliff. p. 359. ROYEN. p. 375.

Recentiores confuderunt cum varietate vulgatiſſimae, a qua diverſam eſſe IVNGIVS perſpicax intellexit. STAEHELINVS circa *Rickenbach* agri *Baſileenſis*.

Caules cubitales & ultra, ramoſiſſimi & valde folioſi, inermes. Vaginae longae, bivalves. Pediculi folioſi multo longiores, quam ſequenti, unciales, & majores. Folia majora, mollia, ſubhirſuta, ovalia, profunde ſerrata, viſcida: Flores ſimiles, ramos terminant, in ſpicas congeſti, quae foliis vix ſeparantur.

4. ANONIS floribus pene ſeſſilibus, vaginis foliorum ampliſſimis, ramo quolibet in ſpinam terminato.

*Anonis* RUELL. p. 489. FVCHS. p. 60. bene DOD. p. 743. (ſed icon eſt *Italicae*, quam TILLIUS monet diverſam eſſe a noſtrate) RIVIN. T. 69. bene BLAKW. T. 301.
*Reſta bovis* TRAG. p. 869.
*Ononis* CORD. Dioſc. p. 51. GESN. Hort. p. 269 *b*. Coll. p. 93.
*Anonis ſ. Ononis* CAM. Epit. p. 443. ſimilior Italicae.
*Ononis aut Anonis, Aegipyros Cratevae anguillarae* LOB. ic. II. p. 28. icon eſt Italicae.
*Anonis, Ononis, reſta bovis* TAB. p. 528. bene
*Anonis ſpinoſa* AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 2. f. 3.
*Anonis ſ. reſta bovis vulgaris purpurea ſpinoſa* I. B. II. p. 391. cum icone Epimedii.
*Anonis ſpinoſa flore purpureo* C. B. Baſ. p. 104. P. PARK. RAJ. p. 957. T. aut. de Par. p. 53. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 291.
*Anonis vulgaris, ſpinoſa, flore purpureo* H. OX. II. p. 169. T. 17. f. 1. bene
*Anonis floribus ſubſeſſilibus ſolitariis lateralibus caule ſpinoſo* LINN. Cliff. p. 359. ROYEN. p. 375.
II. *Flore albo* CAM. Hort. TAB. ic. p. 528. I. B. MOR. I. R. H. &c.
β Varietas non ſpinoſa, diverſa a n. 3.
*Ononis perpetuo levis* GESN. Hort. p. 269.
*Anonis non ſpinoſa* AICHST. l. c. f. 2.
*Anonis non ſpinoſa repens* H. OX. II. p. 169. RAJ. p. 957.*
*Anonis ſpinis carens purpurea* I. R. H. ex ſitu nominis, DILL. RUPP. MUR. p. 572. BUXB. MILLER. TILL. WEINM. T. 140. a. MAPP. p. 25.
*Anonis non ſpinoſa flore purpureo* PARK. p. 993.
III. *Flore albo* MARANT. p. 61. MATTH. p. 675. I. B. F. Boll. p. 182. LOB. Adv. p. 378. SIBBALD. SUTH. I. R. H. BOERH. MILL. WALTH. WEINM. T. 141.
γ *Erectior* ſpinoſior, autumnalis planta, qualem reperi circa *Mathod.*
*Anonis ſpinoſa fruticoſa erecta flore pallido* FABREG. II. p. 136.

Prior varietas vulgatiſſima eſt, neque reliquae valde rarae.

Caules parum erecti, duri, ramoſiſſimi, cortice rubro, lanuginoſo, ramo quovis in duram rectamqve ſpinam terminato. Folia ex adeo ampla vagina, ut folia ſuperet, bifida, ſerrata, ex breviſſimis pediculis folia ſuſtinente, conferta, ſeſſilia, ut vix poſſis numerum inire, modo ſolitaria, modo bina, raro terna. Flores ex petiolis breviſſimis, unifloris, ad alam ramuli prodeuntibus. Calyx hirſutulus: ſegmenta ſuperiora ſubrecta, tantum fiſſa, imum longius. Vexillum plicatum, ampliſſimum, roſeum. Alae carina breviores, breviter auriculatae. Huic roſtrum acutum, purpureum, cavitas ampliſſima, unguis bipes. Stamina vix diſtincta. Siliqua brevis, rhomboidea, triſperma; ſemina inaequaliter reniformia. Iunior planta tota viſcoſa eſt, & olida. Senior calveſcit, & tota fit durior, qualia ſpecimina, in agro Aventico lecta, videntur eſſe Anonis fruticoſa erectior VAILL. & FABR.

Radicem valde diureticam eſſe omnes conſentiunt, pellere calculos, ad drachmam ſumtum pulverem corticis (MONAV apud CRAT. epiſt. II. p. 367.) 371. etiam cum noxa, ut incontinentiam fecerit urinae (LENTILIUS) menſesque, cum omnes pene plantas ſuperet copia ſalis fixi, quem ſubpeditat [BLAIR.] Commendat autem c. HOFMANNUS pulverem corticis, cum infuſio nimis ingrato ſit ſapore. Interno uſu hujus pulveris, ad drachmam quotidie ſumti, ſarcocelen ſanatam fuiſſe MATTHIOLUS. p. 675. Verum id multum eſt. Olim dubitavit BORRICHIUS & alii.

*CICER alpinum LOBEL Illuſtr. p. 169. PARKINSON. p. 1077.

In M. *Jura.*

Ex radice longa, ſubtus diviſa, folia veri Ciceris ſimilia, rotundiora tamen & dentata: flores ſubcoerulei, ſiliquae ſubhirſutae.

Quid ſit, nemo dixerit. Cum foliis dentatis ſit, Anonidis genus eſſe videtur.

5. ANONIS floribus ſeſſilibus, calyce ampliſſimo patulo.

*Ononis lutea ſylveſtris minima* COLUMN. p. 304. ic. p. 301. optime, RAJ. p. 958.*. Syll. p. 64.
*Anonis ſpinoſa lutea minor* C. B. PARKINS.
*Anonis lutea ſylveſtris minima ſiliculis lentiformibus, erectis, bivalvibus* MORIS. II. p. 170. T. 17. f. 6. VOLC.
*Anonis lutea montana non ſpinoſa minima* BARREL. ic. 1107.
*Anonis flore luteo parvo* T. aut. de Par. p. 54. I. R. H. VAILL. p. 13. BOERH. FAB. II. p. 136.
*Ononis floribus lateralibus ſeſſilibus ſolitariis petiolis longiſſimis* ROYEN. p. 375.
II. *Anonis ſpinoſa lutea major* C. B.
*Ononis montana lutea* GESN. Hort. p. 800.

Inter *Leucam* & *Sideram Valeſiae* ad vias. C. GESNERUS ex *Gemmio* M. per lapſum aliquem memoriae, neque enim montana eſt.

Caules non ſpinoſi, lignoſi, pedales & humiliores, toti foliis & floribus tecti, deinde, quando conſenuerunt, vaginis foliorum. Folia terna, longe petiolata, nervoſa, lineata, argute ſerrata, pene glabra: vaginae ſtrictae, biaures. Flores in ſummo caule pene ſeſſiles. Calyx ampliſſimus, quinque latiſſimis & criſtatis laciniis. Flos exiguus, luteus: Vexillum amplum, reflexum, ovale. Carina vexilli longitudine, roſtro acuto, alae breviores. Siliqua brevisſima, tumida, fuſca, dura, ſubhirſuta, triſpermos:

6. ANONIS petiolis longis unifloris, ſiliquis pendulis.

*Ononis lutea* CAM. Epit. p. 444. bene, ZWING. p. 651.
*Ononis flore luteo* AICHST. aeſt. ord. 10. T. 2. f. 1.
*Anonis mitior luteo flore* CLUS. Pann. p. 35.
*Anonis mitior II. luteo flore* EIUSD. Hiſt. p. 99. abſque icone.
*Natrix Plinii herbariorum* LOB. Ic. II. p. 28. bene
*Anonis non ſpinoſa, lutea, Natrix Plinii Herbariorum* LUGD. p. 449.
*Anonis lutea non ſpinoſa Dalechampio Natrix* I. B. II. p. 393.
*Anonis viſcoſa ſpinis carens, lutea major* C. B. RAJ. p. 958. Syll. exter. p. 63. T. aut. de Par. p. 54. I. R. H. PONTED. Anthol. L. I. c. 32. p. 91. cum charactere, PLUKN. Mantiſſ. p. 15. SCHEUCHZ. It. IV. p. 329. ZANICHELL. p. 18. ic. 275 FABREG. II. p. 136.
*Trifolium aliud in montibus ſenenſibus* SPIG. Iſagog. c. 17.
*Anonis lutea perennis major Natrix dicta* H. OX. II. p. 171.
*Natrix* RIVIN. T. 68. RUPP.
Icon WEINMANN T. 139.
*Ononis pedunculis unifloris ſeta terminatis* LINN. Cliff. p. 358. ROYEN. p. 375.
β Varietas.
*Ononis flore luteo, variegata, non ſpinoſa* AICHST. l. c. f. 2.
*Anonis non ſpinoſa flore luteo variegato* C. B. P. RAJ. p. 958. &c.
*Anonis non ſpinoſa Natrix dicta floribus luteis ſtriatis* PLUKN. l. c.

In alveo fl. *Arve* prope Genevam RAIUS. Ego reperi in Valeſia, ad vias, pene ubique a *Leuca* ad fl. *Morge* usque, deinde circa *Bex*, & ad ipſum aditum ad cuniculos montis ſalſi *au bulliet*. Altera varietas frequens intercurrit.

Radix lignoſa, ſerpens, multiplex. Caules duri, fruticoſi, pedales & ultra. Vaginae ad ortum petioli folioſi longae, ſtrictae, bifidae: Folia ipſa petiolata, terna, anguſte ovata, lineata, argute ſerrata. Scapi florigeri unicum folium producunt, deinde nutant, & florem gerunt pariter ſolitarium, magnum. Calycis duo ſegmenta lateralia patentia, exſtant a flore. Flos luteus: vexillum ampliſſimum, cordiforme, lineis fuſcis ſaepiſſime lineatum. Alae magnae, rotundae, carinam excedunt. Carina ampla, roſtro acuto longoque. Stamina omnia connata. Siliqua longa, non toroſa, parum

parum turgida, cylindrica, conpreſſa continet. Semina aliquot, pene rotunda. Tota planta viſcida eſt & hirſuta, odore ſingulari, pene theriacali.

## CYTISUS.

TOVRNEF. T. 416.
LINN. n. 582.

Ab Anonide inprimis vexillo differt, & ſiliqua in origine anguſtiori, craſſeſcente in progreſſu (RIVIN.) tum calyce bipartito, dentibus omnibus breviſſimis, duobus & tribus. Caeterum carina etiam roſtrata, ſtamina in noſtris connata, alae modo longiores carina, modo breviores.

1. CYTISUS foliolis ovato oblongis, racemis ſimplicibus pendulis LINN. Cliff. p. 354. ROYEN. p. 369.

Mire multiplicata eſt: ecce nominum claſſes aliquot.
I. *Faba inverſa* TRAG. p. 619.
*Trifolia arbor* CORD. p. 187. cum bona icone. Sylv. Obſ. p. 221. 223.
*Laburnum* BELLON. de neglect. ſtirp. cult. p. 224. GESN. ind. quadr. p. 47. RIVIN. T. 62. bene.
*Anagyris quae & Anagyrus & Onogyrus* GESN. Hort. p. 246 *b.*
II. *Anagyris prima* MATTH. p. 930. CAM. Epit. p. 671. TAB. p. 1089.
*Anagyris latifolius* AICHST. Vern. Ord. frut. T. 7. f. 1. bene
I. II. *Laburnum, arbor trifolia Anagyridi ſimilis* I. B. II. p. 361. bene. MAGN. Char. p. 326.
*Anagyris non faetida major vel alpina* C. B. RAJ. Syll. p. 61. Hiſt. p. 1721.
*Cytiſus alpinus latifolius flore racemoſo pendulo* I. R. H. MILL. BOERH. &c.
β *Floribus denſius in uvam congeſtis* PLUKN. I. R. H.
γ *Foliis variis* VOLC. PLUKN. I. R. H.
III. *Anagyris altera* MATTH. p. 931. CAM. Epit. p. 672. cum charactere, TAB. p. 1090.
*Eghelo* DOD. p. 785.
*Laburnum II.* LUGD. p. 104. *Laburnum* p. 103. foliis anguſtis.
*Anagyris non foetens minor* C. B. RAJ. p. 1722. &c.
*Minus faetens Anagyris vel Laburnum* LOB. adverſ. p. 388. ex Helvetia.
*Cytiſus alpinus anguſtifolius flore racemoſo pendulo longiore* I. R. H. BOERH. MILL.
β Idem pediculo *breviore* EORUMD.

In Helvetiae calidioris montanis ſylvis frequens; reperi in praecipitibus rupibus, quas ſeparat *Orba* fl. prope *Moncharans*, tum ſupra *Aigle* eundo verſus *Sepey* abunde. In *Saléva* M. I. B. & RAIUS. In M. *Sanetſch* GESNER, & in comitatu *Toggenburg* Epiſt. p. 87. Antiquum nomen, Bellonio dictum, parum inflexum retinet (*Aubours.*)

Arbor decempedalis, ramoſa, & frondoſa. Folia longe petiolata, ternata, ovalia, ſericea lanugine tecta. Rami terminantur in ſcapos florigeros, racemoſos, longos, pendulos. Flores ex longis pediculis ſuſpenſi, aurei. Siliqua ſubhirſuta, conplanata. Vexilli unguis hiatu diſtat a reliquis petalis. Alae carina longiores.

Purgat & vomitum ciet GESNER MATTHIOL. p. 931. ad flagitium usque IDEM Materies aeterna, ad inſtrumenta muſica noſtris in uſu eſt.

2. CYTISUS foliolis ovato oblongis, racemis ſimplicibus erectis LINN. p. 354. ROYEN. p. 369.

Inſuperabilis confuſio. Sed videtur utraque planta nullo vero diſcrimine diſtingui, quod pridem ſenſit I. B.
I. *Pſeudocytiſus ſ. niger & major Cytiſus* CORD. p. 188.
*Cytiſus ſylveſtris* EIUSD. ſylv. p. 223.
*Cytiſus primus* CLUS. Pann. p. 36.
*Cytiſus IV.* EIUSD. Hiſt. p. 95. TAB. p. 1093.
Et *Cytiſus II.* TAB. p. 1094.
*Pſeudocytiſus* DOD. p. 570.
*Cytiſus Geſneri* LUGD. p. 260. *cui flores fere ſpicati* I. B. I. P. II. p. 370.
*Cytiſus glaber nigricans* C. B. (qui hanc hiſtoriam mire turbavit) RAJ. Hiſt. p. 973. ſyllog. ext. p. 113. PLUKN. ZWING. I. R. H. WAGN. LEOP. &c. *ſpicatus* WEINMANN. T. 456 *a.*
*Pſeudocytiſus niger* PARK. p. 1475.
*Cytiſus* RIVIN. T. 17.
II. *Cytiſus albus ſylveſtris* CORD. L. III. p. 187 *b.*
*Cytiſus ſuffrutex lignoſus* GESN. Hort. p. 256 *b.* *ligno duro* EIUSD. Coll. p. 73.
*Cytiſus albicans folio Trifolii vulgaris* C. B.

Dicitur

Dicitur prope *Lauſannam* naſci (GESNER): circa *Plurs* reperit HUBERUS. Alteram varietatem *Scaphuſii* in apricis & aſperis collibus GESNERUS.

Varietas *Pluriae* lecta, a CLUSIO & a I. B. deſcripta, & a GESNERO, ſunt arbuſculae quatuor pedum, recto caudice, & ſurſum ramoſo: foliis petiolatis, ternis, ovatis, hinc glabris, ſolo nervo pubeſcente, inde ſericeis totis. Racemi ramos terminant numeroſiſſimi, erecti. Calyx villoſus, ſericeus. Flores flavi, ſuaveolentes. Vexillum breve, ovatum; Carina longiſſima, vexillum longe ſuperans: alae vexillo breviores, ovales: Siliquae ſeſcunciales, planae, hirſutae.

Altera varietas omnia eadem habet, ſed folia utrinque levia. Hanc CORDUS dixit p. 188.

Vulnerariam eſſe, ejusque foliis in turundam fictis, avem vulnus oppleviſſe BOCCONE narrat *Muſ. di Fiſ.* p. 139.

## *GENISTA.*

LINNAEI n. 580.
*GENISTAE* T. ſpecies T. 411.
*GENISTELLA* T. T. 413.
*GENISTA-SPARTII* Sp. T.

Calyx ſuperioribus duobus ſegmentis brevibus rectis, ab inferioribus tribus hiatu diſtinctis. Floris petala magis hiant, quam in ulla alia ſpecie hujus claſſis, & alae non raro ad angulum rectum a carina recedunt: vexillum ſtrictum, anterius anguſtius, emarginatum. Alae longae, ellipticae, carina breviores, ungue & auricula valde brevi. Carina longiſſima, bipes, vexillo longior, recta, roſtro obtuſo, non recurvo. Stamen decimum non diſtinctum. Tuba globulo terminatur. Siliqua bivalvis, parum turgida, ſemina aliquot, reniformia (LINNAEUS unicum numerat ſed noſtris omnibus plura ſunt.

229 1. GENISTA foliis confertis, ovalibus, acutis, floribus ſeſſilibus, ſpicatis.
*Tinctorius flos* FUCHS. p. 808. CLUS. Pann. p. 53. I. B. I. P. 2. p. 391.
*Ferula* TRAG. p. 604.
*Chamaeclema* CORD. p. 161 *b.* quod ad iconem.
*Geniſta humilis* GESN. Hort. p. 260.
*Geniſta minor non ſpinoſa* EIUSD. Coll. p. 78.
*Geniſta tinctoria* DOD. p. 763. *vulgaris* CLUS. Hiſt. p. 101.
*Vulgi Coroneola* CAES. p. 251.
*Vulgi Geniſtella infectoria* LOB. Ic. II. p. 89.
*Geniſtella tinctoria* TAB. p. 1102. RAJ. p. 1725.
*Geniſtella tinctorum* AICHST. vern. ord. 5. T. 12. f. 3.
*Geniſta tinctoria Germanica* C. B. Baſ. p. 105. T. aut. de Par. p. 451. I. R. H. ZANICH. p. 108. ic. 165.
*Geniſtella* RIVIN. T. 67. bene.
*Geniſta foliis lanceolatis ramis teretibus ſtriatis* LINN. Cliff. p. 355. ROYEN. p. 371.

In ſterilibus arvis & collibus lapidoſis non rara.

Caules plurimi, duri, anguloſi, alias erecti, alias procumbentes, ramoſi, ſpica florum denſe congeſtorum terminantur. Folia ſolitaria, terno ordine, conferta, firma, ex ovatis vel ellipticis lanceolata. Flos flavus, qualem deſcripſi. Siliqua nigra, longiuſcula, pene plana, glabra, polyſperma; ſemina lentiformia, hilo inciſa, nitida.

Semen & tota planta purgat: exuſta multum dat ſalix fixi, vnice diuretici: Ipſius etiam plantae decocto ſanatos hydropicos recenſet amicus doctiſſimus MOEHRINGIUS E. N. C. vol. V. obſ. 32. & olim BRASSAVOLA p. 110.

230 2. GENISTA foliis confertis, ovatis, inferne piloſis, floribus ſeſſilibus ſparſis.
*Chamaegeniſta prima* CLUS. Pann. p. 50. Hiſt. p. 103. bene
*Geniſtella Pannonica* TAB. p. 1103. male ſi haec eſt.
*Chamaegeniſta foliis geniſtae vulgaris* C. B. RAJ. p. 1725.
*Geniſta humilior procumbens* RAJ. Syll. p. 130.
*Geniſta humilior Pannonica* I. R. H. TILL.
II. *Geniſtae minoris ſpecies* THAL. p. 55.
*Chamaegeniſta montana hiſpida* C. B.
III. *Geniſta minima* LUGD. p. 173.
*Geniſta ramoſa foliis hyperici* C. B. T. aut. de Par. p. 451. I. R. H. VAILL. GARID. MAPP. p. 122.
I. II. III.

I. II. III. *Geniſtella piloſa* I. B. I. P. II. p. 393. conjungit omnes. RAJ. Syll. ext. p. 130. MAGN. bot. & Char. p. 327.

*Geniſta foliis lanceolato-obtuſis, caule tuberculato* LINN. Cliff. p. 355. ROYEN. p. 371.

C. B. non longe *Friburgo* „ circa *Pierre pertuis* „ inter *Delſperg* & *Lauffen.* GAGNEBIN circa *Chaux de Fond.* Inter *Andreasberg* & *Oderbrüke* abunde. *Mülhuſii* I. GESNER.

Frutex ramoſiſſimus, procumbens, virgis pedalibus, ramis anguloſis. Folia dura, ovata, aut pene cordata, ſericeo villo ſubtus ſplendent. Flores per ramos, ex brevibus petiolis, minus tamen ſpicati, flavi. Calyx quinquefidus, ſuperioribus ſegmentis latis diſtantibus, inferioribus ab ipſis hiatu ſeparatis, rectioribus. Flos flavus, fabrica cum priori convenit, Siliquae hirſutae, latiuſculae, polyſpermae.

D. GAGNEBIN in *Burgundia* Geniſtam legit, a noſtra diverſam petiolis biuncialibus, in ſummis ramis congeſtis: ea forte fuerit *minima* LUGDUNENSIUM.

3. GENISTA foliis ovato-lanceolatis, ſpinis in ramis ſeneſcentibus ramoſis.

*Geniſtella* FUCHS. p. 220. commode. TRAG. p. 962. DOD. p. 760. LUGD.
*Geniſta vel Geniſtella ſpinoſa* GESN. Hort. p. 260.
*Geniſtella, Geniſta minor ſpinoſa* GESN. Coll. p. 78 *b.*
*Geniſtella ſpinoſa* CLUS. Pann. p. 51. Hiſt. p. 104. obiter RIVIN. T. 67. pulchre.
An *Suffrutex Coroneolae ſimilis* CAESALP. p. 251? Videtur.
*Geniſtella aculeata* LOB. Ic. II. p. 93. TAB. p. 1102. bene.
*Geniſta aculeata folioſa* I. B. I. P. 2. p. 399.
*Geniſta ſpinoſa minor Germanica* C. B. Baſ. p. 104. P.
*Geniſta aculeata* RAJ. Syll. p. 130. Hiſt. p. 1728.
*Geniſta ſpartium minus Germanicum* T. aut. de Par. p. 452. I. R. H. ZANICHELL. p. 108. ic. 92. non bene, MAPP.
*Geniſta caule nudo, ſpinis ramoſis caulinis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis* ROYEN. p. 371.

Circa Baſileam paſſim. Ad ripam *Rheni* e regione *Crenzach*, qua trajicitur flumen in ſylvam *de Hardt.* In ſylva prope *Burgfelden* legi. In colle ad *Limagum* fl. prope *Wettingen* GESNER. Circa M. *Saléva* RAI. & I. B.

Caules fruticoſi, pedales, erecti, ramoſiſſimi, Iuniores rami foliis tecti, hirſuti, ſingulae foliorum alae inſident juniora naſcentis rami folia, & ſpina ſemi-foliacea una, aut plures; in vetuſtis vero ramis, foliis delapſis, ſolae ſpinae ſuperſunt. longiores, etiam ramoſae. Folia triplicato ordine, hirſuta, ex ovatis lanceolata, firmula. Flores ad ramos, pene ſeſſiles, in ſpicam. Calyx uti priorum, imo dente capillari. Flos flavus, vexillum dimidio carina brevius, carinatum, carina duplo vexillo longior, recta minime roſtrata, bipes. Alae fere aequales carinae, uti prioribus. Siliqua brevis, lata, ex turgente conpreſſa, hirſuta, nigra, ſeminibus pene ternis.

4. GENISTA foliorum parte prima cauli adnata, elliptica, altera patente lanceolata.

*Chamaeſpartium* TRAG. p. 602. (flores quaſi graminis alopecuri)
*Geniſta anguloſa* CORD. p. 189 *b.*
*Minima in Geniſtarum genere* GESN. Hort. p. 260.
*Geniſtella altera caule foliato* EIUSD. Coll. p. 78. *b.*
*Chamaegeniſta altera* CLUS. Pann. p. 51. Hiſt. p. 103. bene
*Geniſtella montana* LOBEL. II. p. 92.
*Geniſta ſagittalis Pannonica* CAM. Hort. ic. XIII. optime
*Chamaeſpartium I.* TAB. p. 1103. ex CLUS. &
*Secundum* EIUSD. p. 1104. ex TRAGO &
*Narbonenſe* EIUSD. p. 1105. male
*Geniſtella herbacea ſ. Chamaeſpartium* I. B. I. P. II. p. 393. T. aut. de Par. p. 84. I. R. H. VAILL. &c.
*Chamaegeniſta ſagittalis* C. B. Baſ. p. 105. MUR. p. 659.
*Geniſtella montana germanica* RAJ. Syll. Hiſt. p. 1725.
*Chamaeſpartium ſupinum caule folioſo hiſpanicum* BARREL. ic. 570.
*Geniſta ramis trianguli ancipitibus, petiolis decurrentibus, foliis ovato lanceolatis* LINN. Cliff. p. 355. ROYEN. p. 371.

Minime rara in ſylvis apricis, v. g. prope *Baſileam* verſus *Burgfelden:* in adſcenſu M. *Suchet* &c. Circa *Scaphuſiam* MURALT. In M. *Legerberg* GESNER.

Caulis valde ſingularis, triangularis, totus foliis tectus, quorum alia pars longe elliptica, caulem veſtit adpreſſa, alia lanceolata reflectitur, viridis & firma. Flores ſpicati caules terminant: Calycis ſegmenta duo ſuperna brevia, inferiora tria longa,

Ffff medio

medio pene capillari. Flos flavus, vexillo reflexo cordato: alis obſcure auriculatis, paulo carina brevioribus, carina vexillo aequali, bipede, ſine amplo ſubrotundo, non reflexo. Siliquae totae hirſutae, nigrae, conpreſſae, ſeminibus quatuor foetae, levibus, flavis, pene rotundis.

## *LATHYRUS.*

LINN. n. 590.

*NISSOLIA* T. p. 656.

*LATHYRUS* T. T. 216. 217.

*CLYMENUM* T. T. 218.

Calycis brevis, cylindrici, duo dentes ſuperiores breves, ad ſe mutuo converſi, inferiores rectiores longiores. Haec nota in aliis ſpeciebus evidentior eſt, in aliis obſcurior, quibus calyx a regulari nonniſi hiatu quodam diſtat, ſeparante ſuperiora ſegmenta ab inferioribus. Vexillum amplum, emarginatum, elevatum, deorſum cavum. Alae carina paulo longiores, elliptico fine, auriculatae. Carina bipes, ampla, roſtro acuto. Siliqua plana, niſi ubi ſeminibus turget, lata, parallelogramma, tuba ſuperſtite. Exemplum Hedyſari, Ornithopodii, Vulnerariae, Geniſtae, intercedit, ne ſequar TOURNEFORTIUM, & Lathyros folio unico, a bifoliis, hos a quadrifoliis ſeparem. Omnes, excepto primo, conveniunt habitu, ramo in capreolum exeunte, qui inter par ultimum foliorum continuatur.

### ORDO I.
### FOLIIS SOLITARIIS.
*NISSOLIA* TOURNEF.

1. LATHYRUS foliis ſolitariis cirrho deſtitutis LINN. Cliff. p. 366.
*Ervum ſylveſtre* DOD. p. 529. cum prima icone
*Catanance* DOD. GESN. Hort. p. 252. LVGD. p. 1366. SCHWENCKF.
*Ervum ſylveſtrum herbariorum* LOB. Ic. II. p. 71. ex DODON.
*Catanance leguminoſa quorundam* I. B. II. p. 309. RAJ. p. 921.
*Lathyrus ſylveſtris minor* C. B. Baſ. p. 96. H. OX. II. p. 56.
*Lathyrus anguſtifolius erectus folio ſingulari* NISSOLE *in Hort. Reg. Monſp.* ic.
*Niſſolia vulgaris* I. R. H. MAPP. &c.
*Lathyrus annuus anguſtifolius folio integro* REHF. p. 36.
*Genevae* I. B. Inter ſegetes *Wylenſes* C. B.
Caulis erectus, alterna folia, graminis facie, longa, lente mucronata, ſtriata. Petioli florales ex alis foliorum longi, uniflori, foliolum in flexione emittentes. Flos nutans, exiguus, ruber. Calyx, qualem dixi. Siliqua pendula, hirſuta, praelonga, ad tres uncias, cum ſumma anguſtia, ſeminibus pene duodecim, rotundis, maculoſis.

### ORDO II.
### FOLIIS BINIS.
*LATHYRUS* TOURNEF.

2. LATHYRUS foliis binatis, gramineis, petiolis unifloris, ſiliqua nuda.
*Lathyrus flore coccineo* RAJ. Hiſt. p. 896.
*Lathyrus ſylveſtris flore vario ex albo & coccineo* EIUSD. Syll. p. 161.
RAIVS circa *Genevam*. GAGNEBIN ex ſegetibus ducatus *Burgundiae*.
Caulis humilis, erectus, facies fere *Niſſoliae*, ſtrictiſſimis, & longis ſtriatis foliis: ſed vere binata ſunt, & ad originem adpoſitas habent auriculas, ad obtuſiſſimum angulum bifidas, inferiori hamo longiſſimo. Petioli pariter uniflori, & in foliolum terminati. Calycis omnia ſegmenta longa, ſuperiora breviora, ſurſum reflexa. Flos exiguus, vexillum album, umbo coccineus. Siliquae paulo latiores quam Niſſoliae, multo breviores, vix unciales.

3. LATHYRUS foliis binatis, gramineis, petiolis unifloris, ſiliqua latiſſima, ſuperne alata.
*Ervum, weiſſ Erbs* FUCHS. p. 571. bene
*Piſum Graecorum ſativum* TRAG. p. 613 non autem icon.

*Phaſiolus* CORD. Hiſt. p. 101. non vero icon.
*Lathyrus* DOD. ic. vet. p. 22. Cereal. p. 108. *ſive cicercula* Hiſt. p. 522.
*Lathyris anguſtiore gramineo folio* LOB. ic. II. p. 89.
*Lathyris leguminoſa anguſtifolia* TAB. p. 588.
*Lathyrus anguloſo ſemine* I. B. II. p. 306.
*Lathyrus ſativus flore fructuque albo* C. B. RAJ. p. 896. Syll. ext. p. 160. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 283.
*Lathyrus ſativus minor ſemine anguloſo* MOR. II. p. 52. T. 11. f. 2.
*Lathyrus ſiliqua latiori* RIV. T. 47.
*Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus compreſſis ovatis, dorſo bimarginatis* LINN. Cliff. p. 367. ROYEN. p. 363.

Genevae & Baſilae ſeritur, circa *Arlesheim.* Addere viſum eſt, exoticum, ut *Lathyrorum* hiſtoriam mutua collatio expediat.

Caules multi, ſurculoſi, humiles, vix pedales, utrinque alati. Debiles auriculae pariter ſurſum & deorſum finduntur, breviores quam priori. Folia peranguſta, unciam longa, capreolus trifidus. Petiolus uniflorus: Calyx amplus, bilabiatus, ſupernis ſegmentis ab inferioribus longe ſeparatis. Flos multo major, quam prioribus, ochroleucos. Siliqua latiſſima, ad valvarum conjunctionem ſupernam alata, brevis, ſpiculo forti, & recto. Semina multa, ſubrotunda, anguloſa, alba. TOURNEF. (217. G. H.)

4. LATHYRUS. . . .
*Aracus vel Cicera* DOD. p. 523.
*Lathyrus flore purpureo* CAM. Hort. p. 84.
*Cicercula* CAESALP. p. 234.
*Lathyrus flore rubro* I. B. II. p. 507.
*Lathyrus ſativus flore purpureo* C. B. RAJ. p. 896. I. R. H. VAILL.
*Lathyrus ſativus minor ſemine anguloſo, flore purpureo* MORIS. II. p. 52. cum priore.

RAJUS circa Genevam.

A priori differt colore floris. Vexillum dilute coeruleum, ſtriatum venis ſaturatioribus, alae vero purpureae ſunt. Folia ſimiliter anguſta, ſed longiora, ſemina nigra. Nonniſi ſiccum vidi.

5. LATHYRUS foliis binatis, ellipticolanceolatis, petiolis bifloris, ſiliquis hirſutiſſimis.
An *Lathyrus ſativus anguſtifolius* LUGD. p. 470. Siliquae enim videntur hirſutae eſſe.
*Lathyrus ſiliqua hirſuta flore coeruleo pene violaceo* I. B. F. Boll. p. 156.
*Lathyrus ſiliqua hirſuta* I. B. II. p. 305. RAJ. p. 896. RIVIN. T. 41. RUPP.
*Lathyrus anguſtifolius ſiliqua hirſuta* C. B. I. R. H. VAILL. TILL. MAPP. p. 164.
*Lathyrus pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lineari lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris* ROYEN. p. 363.

In *Valleſia.* Circa *Kirchlindach*; prope *Bernam*, in ſegetibus. *Genevae* I. B. & RAI. CASPARUS Baſileae. Circa *Sonvilliers* GAGNEBIN.

Caulis altior, bipedalis, alatus. Auriculae breviores, maxime hamus inferior: folia latiora, elliptica, in ſpinulam terminata. Capreolus ramoſus. Scapus praelongus, unum aut duos flores profert. Calyx ſubhirſutus, ſegmentis latiſſimis, majoribus, rectioribus, qualia ſunt in n. 8. Vexillum ampliſſimum, externe dilute coccineum, intus linea lutea dividitur. Alae longae, dilute coerulae. Carina pallida, roſtro longo & gracili. Siliqua latiuſcula, tota villoſa. Semina rotunda, rufa vel nigricantia, ſuperficie criſpa I. B.

6. LATHYRUS foliis binatis, elliptico lanceolatis, floribus racemoſis.
*Ervum ſativum flore rufo* FUCHS. p. 572. neque tamen ſativus eſt.
*Piſum Graecorum ſylveſtre* TRAG. p. 614. cum icone p. 613.
*Lathyrus ſylveſtris* DOD. Cereal. p. 110. Hiſt. p. 523. LUGD. p. 471. AICHST. aeſtiv. ord. 10. T. 6. f. 3.
*Lathyrus ſylveſtris anguſtifolius* CLUS. p. CCXXIX. obiter, LUGD. p. 470.
*Cicercula ſylveſtris* TAB. p. 500. hunc exprimit exceptis auribus.
*Lathyri majoris ſpecies flore rubente & albido minore, dumetorum ſ. Germanicus* I. B. II. p. 302. RAJ. p. 894.
*Lathyrus ſylveſtris major* C. B. Baſ. p. 96. P. T. aut. de Par. p. 479. I. R. H. VAILL. MAPP. &c.
*Lathyrus anguſtifolius alter* MORIS. II. p. 81. icon T. 11. f. 4.
*Lathyrus ſylvaticus* RIVIN. T. 39.

*Baſileae* in dumetis. Circa *Orbam* reperi in ſepibus, qua adſcenditur ad *Agy*, HUBERUS in *Rhaetia* legit, inter *Filiſür* & *Bergün.* Inter *S. Blaiſe* & *Neuſchatel* GAGN.

 Caulis

Caulis pariter alatus, altus ad duos pedes & ultra, capreoli ramoſi. Auriculae ſimiles, non magnae, hamo inferiori parvo. Folia ex ellipticis longiora, & acutiora, ſcapi dodrantales gerunt racemum florum ſpecioſorum, pene uncialium, trium, quatuorve. Calycis dentes ſuperiores breves & incurvi. Vexillum emarginatum, laete purpureum. Alae purpureae. Carina virideſcit. Siliqua teres, anguſta; ſemina nigricant, rugoſa & maculoſa.

*7. LATHYRUS . . . .

*Lathyrus major ſylveſtris alter* C. B. Baſ. p. *96.* P.
*Lathyrus anguſtifolius* PARK. p. 1061.
*Lathyrus major Narbonenſis anguſtifolius* I. B. II. p. 304. (ubi aures pro altero pare foliorum deſcribit) HERM. RAJ. p. 894. GARID. I. R. H.
Icon GARID. n. 108. & RIVIN. T. 40. pro ſequente exhibitae, hunc referunt.

C. B. circa *Cliben* in dumetis.

Pene certus ſum C. B. non alium vidiſſe, quam Narbonenſis varietatem, foliis uncia anguſtioribus, floribus minoribus, qualis in Germania provenit v. g. circa *Wernigerode.*

8. LATHYRUS foliis binatis ovatis, floribus racemoſis lanceolatis.

*Clymenum* MATTH. p. 971. CAM. Epit. p. 712. cum charactere.
*Lathyrus ſylveſtris latifolius* CLUS. Hiſt. p. CCXXIX. icon non placet.
*Lathyris latiore folio* LOB. II. p. *68.* eadem.
*Lathyrus ſylveſtris major ſ. purpureus* THAL. p. 74.
*Ervilia in ſylvis* CAESALP. p. 233.
*Lathyrus narbonenſis* AICHST. aeſt. ord. 13. T. *6.* f. 2.
*Lathyrus major latifolius flore purpureo ſpecioſior* I. B. II. p. 303. ZWING. p. 541.
*Lathyrus latifolius* C. B. Baſ. p. *96.* H. OX. II. p. 51. T. 2. f. 3. I. R. H. GARIDEL. p. 271. icon 108. bene
*Lathyrus major latifolius* RAJ. p. 894.
*Lathyrus pedunculis multifloris cirrhis diphyllis foliis lanceolatis internodiis membranaceis* LINN. Cliff. p. 367. ROYEN. p. 364.

In M. *Muteto* C. B. & ad rivulos in *Binningen.*

A priori n. 6. differt foliis ovatis, duarum unciarum latitudine, & floris amplitudine, quae omnia prioris dupla ſunt, aures maximae, qua nota facile diſtinguitur. Racemi habent ad duodecim flores. Calycis ſegmenta ſuperiora latiora & rectiora. Siliquae triunciales, ſemuncem latae, conpreſſae. Semina rotunda, nigricantia.

9. LATHYRUS foliis binatis, ovatis, radice glanduloſa.

*Apios* FUCHS. 131. bene TRAG. p. 631.
*Ornithogalon purpureum* CORD. Dioſc. p. 46. ſolum nomen
*Pſeudo Apios* MATTH. p. 1274. CAM. Epit. p. 981. cum charactere.
*Glans terrae & Pſeudo Apios* AICHST. Aeſt. Ord. 13. T. 5. f. 5.
*Terrae glandes* DOD. Cereal. p. 168. Hiſt. p. 550. bene LOB. Ic. II. p. 70.
*Glandes terreſtres* CLUS. Pann. p. 744. & Hiſt. p. CCXXXII. obiter
*Chamaebalanus* DOD. ic. vet. II. p. 37. TAB. p. 505.
*Arachidna Theophraſti* COLUMN. p. 304. ic. p. 301.
*Chamaebalanus leguminoſa* I. B. II. p. 324. RAJ. p. 895. Syll. exter. p. 91.
*Lathyrus arvenſis repens tuberoſus* C. B. Baſ. p. *96.* T. aut. de Par. p. 281. I. R. H.
*Glans terreſtris noſtras leguminoſa* LAUREMB. appar. p. 155.
*Lathyrus arvenſis radice tuberoſa repente* MORIS. II. p. 51.
*Lathyrus arvenſis* RIV. T. 42.
*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliis ovalibus, radice tuberoſa* LINN. Cliff. p. 307. ROYEN. p. 364.

*Baſileae* in agris frequens v. g. circa S. *Margret.* In agro Aventico circa *Mathod, Genevam* &c.

Radices longiſſima tubercula habent, adnata filis repentibus. Caulis triquetrus, pedalis, bipedalis, infirmus. Folia ovata, obtuſa, non acuminata. Auriculae latiuſculae, ſed inferiores exiguae, clavicula trifida. Scapi longiſſimi, nudi, flores quatuor & quinque praeferentes. Calyx ex charactere. Flos pulchre roſeus, colore, & odore. Vexillum ampliſſimum, orbiculare, emarginatum. Alae coccineae; lata bractea, carinae adhaerentes. Carina pallens, ſima. Stamen decimum craſſum. Siliqua recurva, glabra, ad decem ſemina continet: tuba ſuperſtes, ſine lato. Radices edules ſunt, grati ſaporis.

10. LATHY-

10. LATHYRVS foliis binatis, acutis, capreolo non ramoſo.

*Ervum ſylveſtre minus* GESN. Coll. p. 75 *b.*
*Aphacae vel viciae aut potius orobi ſpecies* p. 59.
*Viciae genus floribus flavis* p. 114.
*Legumen ſimile terrae glandibus* DOD. Hiſt. p. 550. abſque icone
*Vicia* TAB. p. 505. mala icon, ſi haec eſt.
*Lathyrus ſylveſtris floribus luteis* THAL. p. 74.
*Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum* I. B. II. p. 304. cum bona icone, RAJ. p. 894. &c.
*Lathyrus ſylveſtris luteus folio viciae* C. B. Baſ. p. 96. MAGNOL. Char. p. 283. T. aut. de Par. p. 343. I. R. H.
*Chamaebalanos flore luteo* CORNVT. p. 227.
*Lathyrus ſylveſtris & dumetorum flore luteo* H. OX. II. p. 51.
*Lathyrus pratenſis* RIVIN. T. 43. RUPP. &c.
*Lathyrus pedunculis multifloris cirrhis diphyllis foliolis lanceolatis, internodiis nudis* LINN. Cliff. p. 367. ROYEN. p. 364.

Ubique ad rivos & ſtagnorum litora.

Caules ramoſiſſimi, quadranguli, debiles, pedales. Folia bina, elliptica, utrimque acuta, glauca. Petiolus floriger circiter octiflorus. Auriculae latiuſculae, vix foliis minores, ſed pars inferior perexigua, capreolus exiguus, non ramoſus. Calyx, qualem deſcripſi, albicans. Flos flavus. Vexillum orbiculare, emarginatum, reflexum, lineis lividis intus pictum. Alae carinam parum excedunt: carinae cymba lata, flaccida. Stamen decimum latiſſimum. Siliqua, nigra, glabra, oblique ſulcata, tubam retinens; ſemina rotunda, ſublutea, nitida.

## *A P H A C A.*

TOURNEF. T. 223.
LINN. n. 576.

Cum Lathyris conjungit LINNAEVS in poſteriori opere, neque praeter analogiam. Calyx enim, etſi regulariter quinquefidus videatur & patentior, ſuperna tamen ſegmenta latiora, inferiora longiora habet & rectiora. Siliquae figura paulo habitior, vix ſufficit: TOURNEFORTIANA vero nota ab habitu deſumitur, quod non alia folia habeat, quam auriculas ad caulem ampliſſimas, breviter cordato-ſagittatas, quae Lathyris minores ſunt.

1. APHACA LOBEL. ic. II. p. 70. CAESALP. p. 236. RAI. p. 899. T. aut. de Par. p. 175. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 285. PONTEDER Anthol. p. 80.

*Alia Vicia flore luteo foliis binis* GESN. Coll. p. 113 *b.*
*Aphace* DOD. Cereal. p. 157. Hiſt. p. 545.
*Elatine III.* TAB. p. 716. optime.
*Vicia, quae Pityne Anguillarae, lata ſiliqua, flore luteo* I. B. II. p. 316.
*Vicia lutea foliis convolvuli minoris* C. B. Baſ. p. 97. P. H. OX. II. p. 62.
Et denuo *Lathyrus luteus annuus foliis convolvuli minoris* H. OX. II. p. 52. HERMANN &c.
*Lathyrus cirrhis aphyllis* LINN. Cliff. p. 377. ROYEN. p. 362.

In ſegetibus planioris Helvetiae, circa *Mathod, Baſileam* &c.

Caulis anguloſus, ramoſus, debilis, cubitalis. Pro foliis auriculae glaucae, ſuperna parte ampliter cordata, hamis inferioribus brevibus. Medius excicapreolus aphyllos, non ramoſus. Flores in petiolis aphyllis ſolitarii, vexillum luteum, parum erectum, lineis nigris aut coeruleis intus ſtriatum. Alae carinae adhaerent longo ungue, parva parte lutea. Carina paulo brevior alis, fiſſilis, roſtro lato, modice acuminato. Stamen decimum latiſſimum. Semina ovato rotunda, nitida, nigra, vel varia. Tubae apex latiuſculus.

## *V I C I A.*

TOURNEF. T. 221.
*VICIAE* LINN. n. 587. pleraeque
& *CICERIS* Spec. LINN. n. 574.

Calyx Lathyrorum irregularium, tubuloſus, dentibus ſuperioribus ſaepe ad ſe invicem incurvatis, inferioribus longioribus & rectis. Vexillum ſemierectum, emarginatum, lateribus replicatis. Alae paulo breviores, longe auriculatae, bractea ovali. Carina brevior, obtuſa, fiſſilis, ſurſum hians. Stamen decimum in nonnullis con-

conjunctum. Siliquae modo teretes, modo conpreſſae, longae, parallelogrammae, tuba ſuperſtite. Semina ſubrotunda. Noſtris etiam omnibus pinnarum plura paria ſunt, nervus in claviculam ramoſam exuit. Auriculae foliis adſident transverſim longae, dentatae.

## ORDO I.
## SCAPIS BREVIBVS PAUCIFLORIS SILIQVIS NON PENDULIS.

### *VICIAE* RIVINI.

1. VICIA ſiliquis ſeſſilibus, foliis retuſis, lateſcentibus.

*Ervum* BRUNFELS III. p. 218.
*Aphace* FUCHS. p. 110. certe quod ad iconem.
*Orobus ſativus, vicia major ſativa* TRAG. p. 623.
*Vicia* RUELL. p. 532. DOD. Cereal. p. 126. Hiſt. p. 531. bene CLUS. p. CCXXXV. & LOB. Ic. II. p. 75. ex DOD. CAM. Epit. p. 320. bene CAES. p. 236? RAJ. p. 900. ZWING. p. 598. RIVIN. T. 54. bene BLAKW. T. 423.
*Vicia vulgaris ſativa* I. B. II. p. 310.
*Vicia ſativa vulgaris ſemine nigro* C. B. I. R. H. VAILL. &c.
*Vicia leguminibus erectis, petiolis polyphyllis, foliolis acumine emarginatis, ſtipulis dentatis* CLIFF. p. 368. ROYEN. p. 365.
β Flore non maculato GAGN. circa *Ferriere*.

Ubique ſeritur pro pabulo columbarum, & pane craſſiori.

Non omittendam cenſui, etſi non conſtet indigenam eſſe. Caules debiles, cubitales, ramoſi. Foliorum pinnae quinque, ad ſeptem, pene quadrangulares, in origine graciliores, extremitate reſecta, ſpinula ex nervo eminente, hirſutae. Auriculae huic ſpeciei, & ſequentibus, exiguae. Petiolus brevis, erectus, ſeſſiles habet flores, unum aut duos. Calycis dentes ſuperiores longiores, omnes autem recti contra morem familiae. Vexillum dilutioris purpurei coloris. Alae bractea ſature purpurea, ut flos quaſi varius adpareat. Carina breviſſima, roſtro lato, brevi, obtuſe appendiculato, pene nigro. Stamen decimum diſtinctum. Semina difformiter globoſa. Siliqua ex maximis, breviter hirſuta.

Vulgo in Anglia nutrices incoquuat potui puerorum, ut variolas & morbillos expellant ALLEYNE.

2. VICIA ſiliquis ſeſſilibus, erectis, foliis cordatis.

*Vicia ſativa alba* C. B. PARK. I. R. H. RUPP. &c.
*Vicia albo ſemine* I. B. II. p. 311. RAJ. p. 900.
*Vicia major folio cordato, flore rubro, fructu albo, Piſi minoris inſtar* H. OX. II. p. 63.

Bernae in agris.

Cum priori convenit figura folioram retuſa, ſed profunde emarginata ſunt, & tota pallent prae hirſutie, anguſtiora ſunt, & pene cordata. Siliqua hirſuta & ſemina ex albo pallent. Habitus totus erectior.

3. VICIA ſiliquis ſeſſilibus erectis, foliis imis ovatis, ſuperioribus linearibus.

*Vicia* FVCHS. p. 172. MATTH. p. 548. GESN. Hort. p. 286.
*Viciae tertium genus* TRAG. p. 624.
An *Vicia minor ſiliqua ſubrubra?* GESN. Coll. p. 113 *b*.
*Craccae primum genus* DOD. Cereal. p. 152. Hiſt. p. 542.
*Aracus, & Araca, & Cracca major. Vicia ſylveſtris* LOB. II. p. 75.
*Vicia vulgaris ſylveſtris, ſemine parvo, & nigro frugum* I. B. II. p. 312. ZWINGER. p. 598. *Zahme Wicken* in icone
*Vicia vulgaris acutiore folio* C. B. Baſ. p. 96. *ſemine parvo nigro* P. I. R. H. VAILL. &c.
*Vicia ſylveſtris ſemine nigro & variegato, folio acutiore* MORIS. II. p. 63. T. 4. f. 7. non bene
*Vicia ſylveſtris, ſ. cracca major* RAJ. p. 902.
*Vicia anguſtifolia* RIV. T. 55. RUPP. &c.
*Vicia folio anguſtiore flore rubro* DILLEN. nov. ſpec. p. 47.
II. Eadem omnino videtur, ſi fides iconibus.
*Craccae primum geuus* DOD. Cereal. p. 152. Hiſt. p. 542.
*Aracus, Araca & Cracca major vicia ſylveſtris* LOB. Ic. II. p. 75. ex DOD.
*Vicia ſemine rotundo nigro* C. B. &c.
III. Et *Vicia ſylveſtris flore ruberrimo, ſiliqua longa nigra* RAJ. ſyn. III. p. 421.

In ſegetibus ſpontanea v. g. circa *Kirchlindach*.

Tota ſtrictiori eſt habitu, foliis imis ovatis, reliquis longis, peranguſtis, fere quadratis, ſine reſecto, cum ſpinula, pinnis paucioribus, fere ternis. Flores fere bini, ex brevi ſcapo



*Aſtragalus alpinus erectus Spica purpurea Speciosa.*

*Viciae pulchrum genus multifolium Sive Galegae Species quibusdam.*

C. J. Rollinus Med. C. Del.

Sculp. C. F. Fritſch C. filius Acad. Gött. Sculpt.

ſcapo minores. Calyx hirſutus, uti prioribus, dentibus omnibus longis in ariſtam herbaceam productis, rectis, & fere aequalibus. Flos totus coccineus, niſi quod carina livida ſit, roſtro lato, ſimo, brevi. Siliqua nigra, minor; ſemina fere novem, fuſca, ovata conpreſſa.

4. VICIA ſiliquis erectis, foliis ex ovatis obtuſe decreſcentibus.

*Orobus ſylveſtris, ſ. vicia major ſylveſtris & 2.* TRAG. p. 623. & huic icon ſimilior eſt.
*Aphace* MATTH. p. 547. CAM. Epit. p. 519. ex iconibus, nam ſativam facit, GESN. Hort. p. 285 *b.*
*Cracca major* TAB. p. 506.
*Vicia ſepium perennis* I. B. II. p. 313. RAJ. p. 901.
*Vicia ſepium folio rotundiore acuto* C. B. Baſ. p. 96. P. non vero ſynonyma, H. OX. II. p. 63. I. R. H. &c.
*Vicia ſepium* RIV. T. 56. optime
*Vicia leguminibus adſcendentibus, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis acutis integerrimis* LINN. Cliff. p. 368. ROYEN. p. 365.
β Flore albo PLUKN. VAILL. I. R. H.

Ubique in ſepibus, dumetis, ſylvis, &, ne fallaris, etiam altioribus. Flore albo prope *Bernam* ad ſepes in clivo *Sandrein.*

Caulis adſcendit ad aliquot cubitos, quadrangulus, alatus. Auriculae majores, ſerratae. Folia ex ovata figura diminuta, obtuſo fine, obtuſe reſecto, neque emarginato, ſpinula ex nervo exeunte, ſubhirſuta, parium ſex & ultra. Scapus brevis quadriflorus. Calyx a prioribus diverſus, lividus, ſubhirſutus, dentibus in ariſtas productis, prae reliquis Viciis difformis, dentibus ſupernis valde brevibus, & latis, lateraliter ariſtatis, imo longiſſimo. Vexillum ineleganter coeruleum, pictum venis reticulatis, coloris ſaturatioris, propriis tumoribus carinam conprimit. Carina coerulea, roſtro ſimo & brevi. Stamen decimum connatum. Tuba plumoſa, bicollis. Siliquae breviores, latiores, nigrae. Semina in vulgari maculoſa, in altera alba, ſubrotunda, quatuor ad ſex.

## ORDO II.
## SCAPO LONGO MULTIFLORO SILIQUIS PENDULIS.
### *CRACCA* RIVIN.

5. VICIA foliis ex ovatis obtuſe decreſcentibus, ſiliquis racematim pendulis.

*Orobus V. Oſmunda* TRAG. p. 624.
An *Vicia montana foliis latioribus* GESN. Coll. p. 113 *b.*
*Piſum ſylveſtre* TAB. p. 497.
*Vicia maxima ſylvatica* I. B. F. Boll. p. 157.
*Vicia ſylvatica maxima piſo ſimilis* I. B. II. p. 315. RAJ. Syll. p. 261. Hiſt. p. 900. I. R. H.
*Vicia maxima dumetorum* C. B. PARK. &c.
*Piſum ſylveſtre perenne flore rubro purpureo* ROYER. p. 117.
*Vicia perennis maxima dumetorum flore obſcure rubente* H. OX. II. p. 61. T. 4. n. 2.
*Cracca ſylveſtica* RIVIN. T. 50. bene VOLC. RUPP. &c.
*Vicia ſylvatica maxima, altera, ſiliquis brevibus* PONTED. comp. Tab. p. 103.
Icones WEINM. T. 436 *d.* T. 437 *e.*
β Floribus albis JONQVET.
γ Foliis pictis WEINMANN T. 437 *b.*

I. B. circa *Tigurum*: ibidem *im Hökler* I. GESNER. C. B. in ſylva *Huningenſi*, & I. B. inter *Wyl* & urbem. RAI. in adſcenſu ad M. *Saleva* verſus *Genevam.* (Gottingae paſſim in ſylvis.)

Magna eſt ſimilitudo cum ſp. 4. in foliis ex ovato obtuſe acuminatis: Sed altior haec eſt, & folia majora, auriculae magnae, ſerratae, denticulis ariſtatis. Scapus floriger, quatuor unciarum. Flores multi, nutantes. Calyx glaber (qui priori hirſutus), caeterum ſimilibus breviſſimis dentibus. Flos etiam differt coloribus. Vexillum, lateribus elevatis, cordatum, ex violaceo purpureum: alae magnis auriculis triangularibus, apice ſolo purpureo: carina retrorſum auriculata, fiſſilis, obiter coeruleo colore tincta. Stamen decimum diſtinctum. Siliquae latae, breves, leves, incurvae, pendulae.

6. VICIA foliis ovatis, ſiliquis racemoſis pendulis.

*Viciae pulchrum genus multifolium, Galega quibusdam* I. B. II. p. 316. cum foliis nimis longis RAJ. p. 903*. SCHEUCHZ. It. VI. p. 463. & T. noſtr. XIV.
*Viciae pulchrum genus* SCHAEFF. delic Hal.
II. *Vicia Bathonienſis maxima ſylvatica* MERRET. p. 125. SUTHERL.
*Vicia ſpicata multiflora maxima* RAJ. p. 903. Syn. III. p. 322 HERMANN.

*Vicia*

*Vicia perennis multiflora, majore flore ex coeruleo & albido miſtis* MAGN. bot. app. p. 307. Hort. I. R. H.

*Vicia multiflora maxima perennis tetro odore floribus albentibus, lineis coeruleis ſtriatis* PLUKN. p. 387. T. 71. f. 1.

*Vicia pedunculis multifloris fulcris foliorum crenatis* LINN. Lap. n. 270. *ſtipulis* habet ROYEN. p. 365.

Paſſim per Helvetiam locis ſubalpinis, in dumetis & ad vias. Circa balneum *Weiſſenburg* eundo verſus molam ſerrariam deſertam. Inter *Aigle* & *Sepey*. SCHEUCHZER, & HUBER circa *Thermas Fabarias*, eundo verſus *Vettis*. I. GESNER im *Käferhölzlein*.

Formoſae plantae caules anguloſi, bipedales & ultra; auriculis profunde ſerratis, & ariſtatis; pinnis foliorum ad octo paria, pene ovatis, ſpinula ex nervo exeunte. Scapi florigeri numeroſi, ex omnibus alis, ſemipedales, ſpicam gerunt laxam florum pendulorum. Calyx ex albo virens, dentibus ſuperioribus brevioribus, ad ſe invicem converſis, imo longiori, omnibus longioribus & graciliſſimis. Vexillum album, emarginatum, lineis coeruleis virgatum. Alae longae, valde adhaerentes, ad carinam albae, exigua parte coerulea. Carina ampla, roſtro brevi & obtuſo, fiſſilis, apice coeruleo. Stamen decimum diſtinctum. Siliquae pendulae breves & latae, glabrae, polyſpermae.

7. VICIA foliis paucis, latiſſimis, ovatis, emarginatis, floribus ochroleucis, conferte racemoſis.

*Piſum ſylveſtre perenne* CLUS. Pann. p. 733. Hiſt. p. CCXXIX. THAL. p. 84. TAB. p. 497. C. B. SCHWENCKF. PLUKNET. p. 172.

*Piſum ſylveſtre* LOB. adv. p. 397. I. B. II. p. 309. *Pannonicum* CAM. Hort. p. 127.

*Piſum ſylveſtre nigrum maculatum* PARK. p. 1059. quod ad iconem.

*Piſi perennis alia ſpecies* H. OX. II. p. 47.

*Cracca flore ochroleuco* RIVIN. T. 52. bene RUPP. BUXBAUM.

*Aſtragalus ſylveſtris major* WEINMANN. T. 198.

*Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis cirrhoſis, foliolis ovatis, infimis ſeſſilibus* ROYEN. p. 365.

In Helvetia ſponte naſci LOBELIUS. Miſit etiam GESNERUS, ſed abſque natalis loci nomine.

Caulis ſpecioſae altitudinis, ramoſus. Auriculae pro foliorum portione minimae. Folia, quorum duae, aut certe vix ultra quatuor conjugationes, in eodem ramo ſunt, ex toto genere ampliſſima, fere Aſtragali vulgatiſſimi, ex ovalibus diminuta, obtuſo fine & emarginato, nervis parallelis inſcripta, tota glabra. Eorum, quae cauli proxima, ea ita lata ſunt, uti perfoliata videantur. Ex alis foliorum racemi florigeri, confertos gerentes longosque racemos florum retroverſorum, quibus breves, lataeque, ſiliquae ſuccedunt: Semina teretia. Calyx irregularis, ſuperne brevior, ſpinula inferna longiori & gracili.

8. VICIA foliis linearibus hirſutis, ſiliquis ſubhirſutis, racematim pendulis.

*Aphace* RUELL. p. 395.

*Vicia quaedam ſylveſtris* GESN. Coll. p. 113 *b. altera veluti Galega* DOD. p. 548. abſque icone.

*Aracus* TAB. p. 506. bene

*Vicia multiflora perennis nemorenſis ſive dumetorum* I. B. II. p. 314.

*Vicia multiflora* C. B. RAJ. p. 903. T. aut. de Par. p. 311. I. R. H. VAILL. &c.

*Vicia perennis multiflora ſpicata, coerulea, ſepiaria* H. OX. II. p. 61. T. 4. f. 1. non bene

*Cracca* RIVIN. T. 49. optime, RUPP. VOLC. DILL. &c.

Icones WEINM. T. 436 *a.* & *c.* T. 437 *c.*

*Vicia pedunculis multifloris, ſtipulis utrinque acutis integris* LINN. Cliff. p. 368. ROYEN. p. 364.

II. *Vicia ſylveſtris ſpicato flore* CLUS. Pann. p. 746. an MURALT. p. 736.

*Vicia ſylveſtris II.* EIUSD. Hiſt. p. CCXXXV. abſque icone.

*Vicia ſylveſtris ſpicata* C. B. Baſ. p. 96. certo, nam nomen *multiflorae* non habet inter Baſileenſes.

β Flore albo LOESEL. p. 184.

II. Alis albicantibus VAILL. Circa *ſ. Blaiſe* GAGNEB.

Vulgaris ad ſepes & inter ſegetes.

Caulis ad aliquot pedes adſcendit: ramoſus & multiflorus. Auriculae, qualis Lathyris, ſurſum & deorſum hamatae, non ſerratae. Foliorum pinnae plurimae, ad 12 paria, utrinque ſericea pube hirſutae, anguſtae, oris pene parallelis, fine obtuſo, ſpinula breviſſima. Scapi ex ſingulis foliorum alis, racemo longo, denſo, pendulo. Calyx ſpeciei 4. & 5. denticulis ſupremis breviſſimis; ſaepe totus violaceus. Flos purpuroviolaceus. Vexillum ſemierectum, lateribus ſurſum converſis, emarginatum.

natum. Alae paulo breviores, ovatae, ungue longo concolore, auriculis albis: Carina brevior, roſtro obtuſo, duabus maculis coeruleis notato, fiſſilis caeterum. Stamen decimum diſtinctum. Siliqua brevis, latiuſcula, tumida, ſtylo ſurſum recurvo. Semina multa, ad decem usque, globoſa, nigra.

Varietatem ſuaviter odoratam ad ripam lacus Silienſis legit HUBERUS.

9. VICIA foliis linearibus, ſiliquis obtuſis, polyſpermis.

*Vicia minima cum ſingularibus ſiliquis brevibus glabris* I. B. F. Boll. p. 155.

*Viciae ſ. craccae minimae ſpecies, cum ſiliquis glabris* I. B. II. p. 315. RAJ. p. 902. MAGN. Char. p. 284.

*Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris* C. B. Baſ. p. 97. P. I. R. H.

*Vicia minor ſegetum, cum ſiliquis paucis, glabris* H. OX. II. p. 64. T. 4. f. 16.

*Cracca minor ſiliquis gemellis* RIVIN. T. 53. RUPP.

*Vicia minima cum ſiliquis glabris* T. aut. de Par. p. 541. I. R. H. VAILL. &c.

In agris *Baſileae* & *Genevae* RAI. Sed frequentius in Germania.

Caulis humilis, infirmus. Foliorum pinnae ad quinque paria, prioris ſimilia, longa, anguſta, oris parallelis, fine lanceolato. Auriculae ſimplices, imae deorſum hamatae. Flores plerumque bini. Calycis ſegmenta ſuperiora brevia, reliqua, recta, longiora, latiuſcula omnia, ut in ſpecie 4. &c. Vexillum purpuro coeruleum, venoſum, alae albae, auriculatae. Carina brevior, roſtro lato, brevi, coeruleo ſaturo. Siliqua pene ovalis, obtuſa, brevis, glabra. Semina tria, quatuorve, nigra, ſiliquam pene articulatam faciunt.

10. VICIA ſiliquis hirſutis, pendulis, diſpermis.

*Vicia minima IV.* TRAG. p. 624.

*Craccae alterum genus* DOD. Cereal. p. 153. Hiſt. p. 542.

*Aracus ſ. cracca minima* LOB. Ic. II. p. 76.

*Arachus* LUGD. p. 480.

*Cracca minor* TAB. p. 507. bene RIV. T. 53. bene &c.

*Arachus altera* THAL. p. 14.

*Vicia parva cum pluribus ſiliquis ex uno pediculo* I. B. F. Boll. p. 158.

*Vicia parva ſ. cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis* I. B. II. p. 315.

*Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis* C. B. Baſ. p. 97. P. RAJ. p. 902. I. R. H. MAGN. Char. p. 284.

*Vicia minor ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis* H. OX. II. p. 63. T. 4. f. 15.

*Cicer pedunculis multifloris ſeminibus globoſis* LINN. Cliff. p. 370. ROYEN p. 389.

Vulgaris in ſegetibus.

Caulis pedalis & bipedalis, debilis, ramoſus. Pinnae multae, ad 8 paria, peranguſtae, fine reſecto, ſpinula eminente. Auriculae ſuperiores ſimplices, imae laciniatae, pene quadrifidae, dentatae. Capreoli valde intricati, ſcapus duarum unciarum: Flores bini ad quinos. Calyx ſimilis primis 3 ſpeciebus, omnibus dentibus longis, rectis, ſubhirſutis, flore tamen brevior. Flos in tota gente minimus. Vexillum plicatum, lineatum, ex coeruleo pallet. Alae concolores, breviſſime auriculatae. Carina brevior, ſimo, cyaneo, obtuſo, roſtro. Siliqua lata, mucronata, ſemina bina rotunda, nigra, maculata. LINNAEUS hanc plantam Lenti conjunxit, a qua differt ſemine rotundo, & calycis dentibus paulo brevioribus, ut utrumque genus quaſi media conjungat.

## *L E N S.*

TOURNEF. T. 210.

*CICERIS* ſp. LINNAEI n. 574.

Calyx breviſſimus, capillaribus ſegmentis floris longitudine. Vexillum amplum, alae auriculatae, paulo breviores. Carina unico ungue, roſtro lato, non acuminato. Stamen decimum latum. Siliqua brevis & latiſſima. Semina bina conpreſſa. Claviculis ſcandit, ex pinnarum intervallo prodeuntibus.

1. LENS FUCHS. p. 899. BRUNFELS. III. p. 214. TRAG. p. 628. GESNER Coll. p. 84*b*. LOBEL Ic. II. p. 74. TABERN. p. 501. I. B. II. p. 317. RAI. p. 904. RIVIN. T. 35.

*Lens minor* CAM. Epit. p. 211. non bene, ut Ervi ſit ſimilior, DOD. Hiſt. p. 526. PARKINS.

*Lens vulgaris* C. B. Baſ. p. 97. MAGN. Char. p. 285. I. R. H. VAILL. RUPP. &c.

*Lens vulgaris minor* MORIS. II. p. 59.

β Quomodo differt

*Lens* MATTH. p. 426. DOD. p. 526. LOB. Ic. II. p. 74.

*Lens major* GESN. Hort. p. 264. LUGD. TAB. p. 502. I. B. II. p. 317. RAJ. p. 904 RIVIN. T. 35. I. R. H. &c.

In agris ſeritur ubique, neque indigena eſt. Verum ſolent legumina in Floras recipi.

Caulis firmior, erectus, cubitalis. Folia pinnata, capreolo ſimplici ex coſta exeunte, parium ſex, ad novem, ovalia, aut elliptica, parallelogramma; fine obtuſo. Auriculae latae, non ſerratae, ſcapi nudi biflori, aut triflori. Calycis dentes hirſutuli. Flos dilute coeruleus; carina macula cyanea utrinque notatur.

Seminis uſus in cibis hominum ab omni tempore potiſſimus: durior tamen, ut inter cauſas Elephantiaſeos Aegypti endemiae a GALENO referatur. Jus etiam, aut leve decoctum, ad expellendas variolas in Germaniae quibusdam provinciis receptum eſt, eodemque ſcopo fotus laudat MORTONUS & CHOMELIUS. Contraria vero fuſe adfirmat SEPTALIUS *anim.* V. n. 59. & certe ſi analyſin reſpicias (GEOFROI III. p. 703.) nimis abundat vi alcalina. Farina tuſa, uti fere leguminum, duros tumores ad ſuppurationem cogit.

## *E R V U M.*

TOURNEF. T. 221. LINN. n. 575.

Calyx, uti Lentis, in longa capillaria ſegmenta fiſſus. Vexillum amplius, emarginatum, Alae ſubrotundae, multo breviores, auriculatae. Carina fiſſilis, obtuſo fine, paulo brevior. Siliqua oblonga, ſeminibus quatuor ita turget, ut intervalla conſtricta ſint, & tota articulata videatur, in uncum ſurſum reflexum terminata. Semina ex rotundis anguloſa. Non ſcandit.

1. ERVUM leguminibus pendulis LINN. Cliff. p. 370. ROYEN. p. 390.

*Orobus ſeu Ervum* CORD. Dioſc. p. 43 *b.*
*Orobus* MATTH. p. 432. LUGD.
*Ervum* CAM. Epit. p. 215. RIVIN. T. 61.
*Lens minor* CAM. Epit. p. 211. hujus ſimilior eſt.
*Orobus a Graecis dictus* GESN. Hort. p. 270.
*Mochus ſ. cicer ſativum* DOD. Cereal. p. 110. Hiſt. p. 524. bene
*Orobus receptus herbariorum* LOB. Ic. II. p. 72. eadem icon.
Et *Cicer Orobeum Theophraſti* ib. ic. propr.
*Ervum ſ. orobus* TAB. p. 506. non bene
*Ervum verum* CAM. Hort. I. R. H. &c.
*Orobus ſive Ervum multis* I. B. II. p. 321.
*Orobus ſiliquis articulatis ſemine majore* C. B.
*Orobus ſativus ſ. Ervum, ſemine anguloſo, ſiliquis inter grana & grana conjunctis* H. OX. II. p. 74.
Icones WEINM. T. 380. & T. 484. a. copioſe.

Bernae copioſe ſeritur, neque enim vera eſt indigena.

Caulis erectus, ramoſiſſimus, cubitalis. Foliorum pinnae ad decem paria, ovata, deinde anguſtius elliptica, reſecto fine, nervo in ſpinulam educto. Auriculae laciniatae. Scapi nudi, robuſti, biflori. Flores penduli, albidi: vexillum intus violaceis venis pingitur. Tuba ſimpliciſſima.

Farina ſeminis inter reſolventes recipitur.

## *O R O B U S.*

TOURNEF. T. 214.
LINN. n. 591.

Calyx Viciarum 4. 5. &c. tubulo inferius longiori, dentibus ſuperioribus brevibus, ad ſe invicem incurvis, inferioribus rectis & longioribus. Vexillum amplum, reflexum, erectum, emarginatum, propriis jugis alas continet. Alae paulo longiores carina, auriculatae, fine ovato, Carina alis pene aequalis, acuto roſtro. Siliqua longa, teres, fine acuto, deorſum curvo, ſemina reniformia, conpreſſa. Tuba fine latiuſculo ſpathulae forma. Folia pinnata nullo inpare, coſta in ſpiculum terminata.

1. OROBUS caule ſimpliciſſimo, foliolis pluribus ovatis acutis LINN. Cliff. p. 366. ROYEN. p. 366.

*Orobus Pannonicus I.* CLUS. Pann. p. 736. Hiſt. p. CCXXX. bene
*Arachi latifolii alia ſpecies* DOD. p. 543. eadem icon.

*Phaſiolus*

*Phaſiolus ſylvarum* LUGD. p. 472.
*Orobus ſylveſtris vernus* THAL. p. 80. ic. VI. optime
Αϛραγαλος *Dioſcoridis* COLUMN. φυτοβ p. 60. niſi inpediant flores nimis numeroſi.
*Orobus ſylvaticus purpureus vernus* C. B. Baſ. p. 97. RAJ. p. 912. I. R. H. MAGN. Char. p. 284.
*Galega nemorenſis verna* I. B. II. p. 343. &
*Galegae nemorenſi vernae valde ſimilis ſi non eadem* I. B. II. p. 344. ex COLUMNA.
*Orobus ſylvaticus perennis vernus ſiliquis erectis, flore purpureo* H. OX. II. p. 93. T. 8. f. 10.
*Orobus* RIVIN. T. 58.
β *Flore albo* RUPP. ROYER. p. 116.

Bernae, Baſileae, in ſylvis non rarus.

Radix nigra, fibroſa, ſcabra. Caulis pedalis, erectus, angulis alternis flexus, non ramoſus. Auriculae latiſſimae, deorſum hamatae, non ſerratae. Pinnarum duo & tria paria, nullo inpare, quae ex ovatis lanceolatae ſunt, ampliſſimae, & leves. Scapi quadrantales. Flores quaterni ad octo, in racemis laxis. Vexillum purpureum, alae coeruleae, carina ex viridi coerulea, fiſſili principio, auriculata, & cum alis articulata. Semina octo, novem, cylindrico ovata, maculata, in nigris, erectis, longis ſiliquis.

*2. OROBUS. . . .
I. *Galega montana* LUGD. p. 1139. *Dalech.* I. B. II. p. 343. PARK.
II. *Orobus Pannonicus IV.* CLUS. Pann. p. 741. Hiſt. p. CCXXXI.
*Arachus latifolius* DOD. p. 543. ex CLUSIO.
*Galegae nemorenſi vernae ſimilis flore albo* I. B. II. p. 344. RAJ. p. 913. Syll. exter. p. 196.
I. II. *Orobus ſylvaticus pallido flore* C. B. RAJ. p. 913. I. R. H. MURALT. p. 726.
*Orobus ſylvaticus annuus, ſiliquis erectis, flore pallido* H. OX. II. p. 93.
III. *Orobus alpinus latifolius* C. B. Prodr. p. 149. PARK. MOR. II. p. 93. RAJ. Syll. p. 196. Hiſt. p. 917. ZWING. p. 546. Eumdem eſſe didici ex herbis ſiccis.

I. B. in M. *Thuiri.* MURALTUS in montibus *Toggicis.*

Similis in univerſum priori, foliis, ſiliquis nigris, ſeminibus conpreſſis, floribus racemoſis. Sed color ex luteo pallet. An varietas? An alias habet notas diſcriminis? Non eſt ad manus.

3. OROBUS caule non ramoſo, foliis imis ovatis, ſupernis ellipticis acutis.
*Aſtragalus* CORD. Hiſt. p. 98. abſque icone.
*Aſtragalus ſylvaticus* THAL. p. 7. & Ic. I. bene, RAJ. p. 916.
*Chamaebalanus 2 vel ſylveſtris* LOB. Illuſtr. p. 169.
*Aſtragaloides, ſ. Aſtragalus ſylvaticus. Aſtragalo magno Fuchſii, vel Chamaebalano leguminoſae affinis planta* I. B. II. p. 334.
*Aſtragalus ſylvaticus foliis oblongis glabris* C. B. SIBBALD. p. II. T. I.
*Lathyrus anguſtifolius radice tuberoſa* LOES. p. 138. ic. 37. bene cum foliis ſummis acutis, uti THALIUS.
*Orobus ſylvaticus noſtras, ſiliquis propendentibus, radice tuberoſa* MORIS. II. p. 78.
*Orobus radice tuberoſa* RIVIN. T. 59. bene, cum foliis imis ovatis,
*Orobus ſylvaticus foliis oblongis glabris* T. aut de Par. p. 511. I. R. H. VAILL. MAPP.
*Orobus caule ſimpliciſſimo, foliolis pluribus lanceolatis oblongis* LINN. Cliff. p. 366. ROYEN. p. 366.

Bernae in ſylvis v. g. inter *Siechenhaus* & *Papiermühle* copioſe. In *M. Muteto* GAGN.

Radix perennis, tuberibus & filamentis innumerabilibus. Caulis non ramoſus, niſi ex vertice, erectus, pedalis, alis foliaceis percurritur. Auriculae, quales primo, Pinnarum paria tria, ima ovata, ſuperna longe & anguſte elliptica, & acuta. Scapi triflori & quadriflori. Flos purpureus, perinde mutabilis, uti primo, minor & ſimilis. Siliqua nigra, teres, ſed pendula. Calycis ſegmenta latiora, breviora.

In Scotia radix ob dulcem ſaporem, pro cibo & medicamento habetur, quo famem pariter & ſitim, & pectoris, morbos depellunt pagani.

4. OROBUS caule ramoſo LINN. Cliff. p. 366. ROYEN. p. 366.
*Orobus Pannonicus II.* CLUS. Pann. p. 737. Hiſt. p. CCXXX.
*Aſtragaloides* DOD. Hiſt. p. 551. ex CLUSIO, *altera herbariorum* LOB. ic. II. p. 78. eadem.
*Aſtragalus major Fuchſ.* I. B. II. p. 334.
*Orobus ſylvaticus viciae foliis* C. B. Baſ. p. 98. RAJ. Syll. ext. p. 195. I. R. H.
*Orobus ſylvaticus viciae foliis, ſiliquis propendentibus, floribus purpuraſcentibus* MORIS. II. p. 78.
*Orobus foliis viciae* RIVIN. T. 60. bene DILL. &c.
β Caulibus rubentibus I. R. H.

In M. *Muteto* & *Mönchenſtein*. Circa *Genevam* in colle *la baſtie*, ad ripam *Rhodani*, & in M. *Saléva*, frequenter I. B. GAGN. in ſylva *Pierabel*, prope *Neocomum*.

Radix longa, craſſa, dulcis. Caules erecti, cubitales, ab imo ad ſummum ramoſi. Foliorum pinnae ad 5 & ſex paria; robuſtae ſunt, ovatae, ſuperiores ex ellipticis acutae, nervo in ſpinulam educto, glauco colore. Auriculae minimae. Scapus trium unciarum: Racemi florum quatuor aut ſex pene ſimilium, purpureorum, & ſiliquae etiam ſimiles, teretes, longae, nigrae, ſed pendulae, ſeminibus conpreſſis, nigris, rhomboideis.

## PLANTAE INTER PAPILIONACEAS ET DIDYNAMIAS MEDIAE.

### *F U M A R I A.*

TOURNEF. T. 237. LINN. n. 566.
& *CAPNOIDES* T. T. 237.

Calyx aliis nullus, aliis bifolius, exiguus, caducus. Flos tetrapetalos, petalis modo firmius connatis, modo laxius. Vexillum longiſſimum, reliqua petala continet, fine lato ovali, ſulcato, in medio gibbo. Idem retrorſum in calcar producitur, breve, cylindricum. Alae paulo breviores, ſtrictae, fine tribus majoribus jugis, duobus minoribus plicato, cohaerente cum conpare altera ala, tubam conprehendunt. Carina ſulcata, vexilli longitudine, gracilis, extrema parte cava. In calcar ſquamula retro cedit ex altero ungue ſtaminum. Stamina nempe duo, lato ungue: ſingulum apices tres ſuſtinet longos & graciles, & ſiliquam comprehendunt. Ovarium variae figurae, tuba rotae ſimili, fungoſa.

1. FUMARIA caule ſimplici, bifolio radice cava, foliis inter flores integris.
*Holwurtz männlein* BRUNF. I. p. 47. ic. p. 48.
Et *Ariſtolochia rotunda* EIVSD. p. 49. DORST. p. 3 *b. cava* TRAG. apod. p. 305.
*Piſtolochia rotunda vulgaris* TRAG. p. 767. GESN. Hort. p. 248 *b*.
*Capnos ſ. Capnium Phragmites* CORD. L. IV. c. 110. qui primus negavit eſſe Ariſtolochiam.
*Chelidonia phragmites* EIUSD. Hiſt. p. 122.
*Ariſtolochiae rotundae vulgare genus radice cava* GESN. Hort. p. 248 *b*.
*Ariſtolochia phragmites* GESN. Coll. p. 60.
*Fumaria altera* MATTH. p. 1159. nimis frondoſe, CAM. epit. p. 891. optime, & *Piſtolochia Fuchſii* MATTH. p. 650.
*Radix cava* DOD. p. 327. CLUS. Pann. p. 242. LAUR. appar. p. 167.
*Radix cava major* CLUS. Hiſt. p. 271.
*Radix cava herbariorum* LOB. p. 759. eadem icon.
*Leontopetalon aliud in montibus umbroſis* CAESALP. p. 272.
*Fumaria bulboſa* I. TAB. p. 35. & II. EIUSD. p. 36. & III. p. 37. & IV. p. 38.
*Fumaria bulboſa radice cava flore purpuraſcente* I. B. III. P. I. p. 204.
*Fumaria bulboſa radice cava major* C. B. Baſ. p. 44. P. R AJ. p. 975. &c. *flore rubro dilutiore* I. R. H. & T. 237. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. GARID. p. 194. ic. 38.
*Fumaria tuberoſa major radice cava* H. OX. II. p. 261.
*Pſeudofumaria* RIVIN. Tetrap. Irreg. T. 72. bene
*Fumaria caule ſimplici, diphyllo, flore calyce deſtituto* LINN. Cliff. p. 351. ROYEN. p. 394.
β *Flore egregie rubente* I. R. H.
γ *Flore albo* GESN. Hort. & Coll. CLUS. AICHST. vern. ord. 2. T. 2. f. 4. I. B. TAB. p. 35. & alba II. EIUSD. p. 36. & alba III. EIUSD. p. 37. & alba IV. EIUSD. p. 38. I. R. H. &c.
δ *Flore ſubflaveſcente* I. R. H.
ε *Minor* THAL.

Ad ſepes & in dumetis verno tempore abunde, variis ludit coloribus.

Radix difformis, ſubrotunda, modo ſolida, modo cava, ut certo vidi. Caulis ex radice unicus, levis, erectus, non ramoſus, ſupra terram bifolius. Folia glauca, levia, tenera, minutatim diviſa, lobis ternis, lateralibus inaequaliter tripartitis, lobulis bifidis terminatis. Scapus floralis fert racemum laxum florum circiter duodecim, ad angulos rectos petiolo inſidentium: quibus interponuntur folia ſimplicia, ovato lanceolata. Flos vulgo purpuraſcit, & alarum pars plicata ſaturatiori colore eſt; Calcar floris longitudine. Vexilli pars extrema reflexa, cordata; uti extrema carina pariter bifida deſcendit. Siliqua oblonga, in uncum terminata

nata, bivalvis, difformis, turgens, ſeminibus pene duodecim, rotundis, compreſſis, ex valvarum commiſſione de craſſis funiculis pendentibus. Squama intra calcar redeuns, bifida, parieti adnata.

Vulneraria habetur ex erronea equidem appellatione; ſed non repugnante ſucceſſu LOBEL adv. p. 266. ut radicis pulvis ipſis oſſibus inſperſus carnes fungoſas conſumat HELD E. N. C. Cent. VI. obſ. 86. In febribus intermittentibus laudatur, ut alia amara ſolent BRESLAV. 1721. M. *oct.* In menſibus pellendis, forte ex vetuſto nominis Ariſtolochiae abuſu, commendatur. Miror certe Cl. LUDOVICI pro ejusdem, adeo valentis, plantae, ſuccedaneo admittere p. 218. In ſale fixo communis admiſtus eſt GMELIN. Petrop. V. p. 289.

2. FUMARIA caule non ramoſo, multifolio, radice bulboſa ſolida, foliis inter flores digitatis.

*Ariſtolochia rotunda non cava* TRAG. Apodix. p. 305.
*Ariſtolochiae rotundae vulgaris genus, radice non cava* GESN. Hort. p. 248 *b.*
*Radix cava minor* DOD. p. 327. non placet.
*Fabacea radice capnos altera* LOB. p. 759.
*Chelidonia capnitis . . . radice integra major* THAL. p. 33.
*Fumaria bulboſa ſ. tuberoſa minor* TAB. p. 39.
*Ariſtolochia vulgaris flore purpureo* AICHST. Hybern. T. 7. f. 2.
*Fumaria bulboſa radice ſolida, calcari & folio criſtato* I. B. III. p. 205. RAJ. p. 975.
*Fumaria bulboſa radice non cava major* C. B. RAJ. Syll. ext. p. 128. ZWING. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 200. MAPP.
*Fumaria tuberoſa minor, radice non cava* H. OX. II. p. 261.
β *Flore albo* HERM. BOERH. WALTH. &c.
γ Minor: nempe junior, nam iis, ſi albi fuerint, flores ſaepe vireſcunt.
*Radix cava viridi flore* LOB. adv. p. 339. ic. p. 760.
*Chelidonia capnitis, radice integra minor* THAL.
*Fumaria bulboſa radice cava, viridi flore dicta Lobelio* I. B. l. c.
*Fumaria bulboſa radice non cava minor* C. B. Baſ. p. RAJ. Syll. p. 128. ZWING. I. R. H. MAPP.
*Fumaria radix cava flore viridi dicta* H. OX. l. c.

Rarior. Prope *Ebrodunum. Genevae* ad ſepes LOBELIVS I. B. STAEHELINUS legit niſi fallor, circa *Riehen,* ubi ſedem minoris poſuerat C. B. qui *majorem* ad *novam domum*, in ſylvula, & in *Mönchenſteen* naſci dicit.

Radix ſolida, rotunda, avellana major. Folia plura, ad quatuor & ſex, & tenuius inciſa, flores minores. Folia ſcapi floralis, floribus interjecta, profunde digitata. Squama in calcar retrocedens, mucronata, non bifida, libera, parieti non adhaeret.

Differt adeo a priori, uti recte LUDWIGIUS in progr. de *minuend. ſpec. plant.* & MOEHRINGIUS *Comm. Noric.* 1740. *Hebd.* VI.

3. FUMARIA pericarpiis monoſpermis LINN. Cliff p. 352. ROYEN. p. 394.

*Fumus terrae* BRUNF. I. p. 99. DORST. p. 132. RUELL. p. 629.
*Fumaria* FVCHS. p. 338. TRAG. p. 110. CORD. Dioſc. L. 4. c. 110. GESN. Coll. p. 77 *b.* Hort. p. 259 *b.* MATTH. p. 1158. bene, CAMER. Epit. p. 890. DOD. p. 59. LUGD. RIVIN. Tetrap. Irr. T. 1. bene, BLAKW. T. 237.
*Fumaria vulgaris* CLUS. p. CCVIII. I B. III. P. I. p. 201. RAJ. p. 405. WEINM. T. 519. C.
*Capnos Fumaria* LOB. Ic. p. 757.
*Fumaria I.* TAB. p. 32.
*Fumaria officinarum & Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 43. T. aut. de Par. p. 82. &c. *flore purpureo* I. R. H. & T. 237. I. Q. V. R. ZANICH. p. 104. ic. 247.
*Fumaria vulgaris latifolia, ſiliquis curtis, non bivalvibus* H. OX. II. p. 261.
β *Flore palleſcente* I. R. H. TILL. GARID. BUXB.
γ *Flore albo* TAB. p. 32. I. R. H. TILL. GARID.

Quae rariſſima fuit GESNERI tempore, nunc ubique vulgaris eſt, ad muros, in hortis, & agris.

Radix fibroſa. Caules numeroſi, intricati, ramoſi, dodrantales, teneri, ſucculenti. Folia glauca, plana, tenuiter laciniata, ubique fere aeque lata, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis trilobis, lobulis trifidis & bifidis. Spicae denſae longae. Calyx dentatus, bifolius. Flos roſeus, vexillo integro, ſubrotundo fine, quem gibbus dividit viridis. Alarum finis & vexilli latera atropurpurea, roſtrum carinae ſubrotunde lanceolatum, & media pars anterior vexilli viridiuſcula. Siliqua globoſa, monoſperma. Squama craſſa, in calcar recedens, fine incurvato, libero: ſtamina duo lata, apice quaſi unico, tricuſpide.

 Tota

Tota amara eſt, ſucci plena; hinc ſaponacea, abſque morſu & calore, diuretica, reſolvens, & princeps inter *Spleneticas*, quae coagula hypochondriorum reſolvunt. In ſero lactis ad uncias ſex & duodecim infuſa, vel ſuccus, ad duas uncias datus, alvum leniter movet, ſanguinem, ut vocant, depurat, ſcorbuto reſiſtit, cutanea vicia tollit, viſcerum obſtructiones reſerat, abſque vehementia, maxime ſi motio corporis acceſſerit; hinc atrabilarios ſanaſſe viſa eſt BRASSAVOLAE p. 155. & verno tempore pro diaetetica potione recepta eſt, GEOFROI III. p. 501. &c. Succus inſpiſſatus dat cryſtallos nitri ſimiles BOERHAAV. *lect. m. ſ.*, unde non leve argumentum petitur indolis refrigerantis. Non laudat BUCHWALD in hypochondriacis, & deſtitutum ſe queritur a laudatiſſime medicamento p. 130.

* 4. FUMARIA lutea ſ. montana Geſn. MURALT. p. 590.

In M. *Glaronenſibus.*

An *Split* herbariorum? ſed nemo hactenus in patria ſponte naſcentem legit.

## *POLYGALA.*

TOURNEF. 79. LINN. n. 567.

Calyx quinquefolius: tria folia viridia, brevia, ſuperius, & duo infima: duo media petalodea, venoſa, ovata, acuta, perampla, quae perſiſtunt, virideſcunt & plano ovario utrinque adſident. Flos tripetalos, in tubum oblongum figuratus. Supernam tubi medietatem faciunt duo petala cava, extrema parte conjuncta, & plicata. Inferior pars tubi unum petalon eſt, carinae ſimile, ſurſum cavum, ſiliquam amplexum, idem deinde replicat duos margines, in cordis acutioris ſpeciem: ab extremo eo corde deſcendunt duae laminae profunde ſexfidae MALPIGH ic. 144. Siliqua compreſſa, cordiformis, bilocularis, dicocca. Tuba in duos hamos deſinit. Unguis unicus, in duo plana plicatus, educit octo ſtamina breviſſima.

1. POLYGALA foliis omnibus acutis.

*Polygalon* TRAG. p. 570.
*Polygala Tragi* THAL. p. 88.
*Polygala vulgaris major* CLUS. Pann. p. 315. Hiſt. p. 324.
*Polygala rubeis floribus* LOB. p. 417.
*Polygala major purpurea* TAB. p. 830.
*Polygala vulgaris, major* I. B. III. p. 387. RAJ. p. 1335. VAILL. T. XXXII. f. 1. eximie
*Polygala major* C. B. I. R. H. RUPP. &c.
*Polygala tetrapetala ſiliculoſa, bicapſularis, longo anguſto folio major* H. OX. II. p. 326.
*Polygala foliis lineari lanceolatis caulibus diffuſis herbaceis* LINN. Cliff. p. 352. ROYEN. p. 393.
β *Flore albo* CLUS. LOB. p. 417. TAB. p. 829. I. R. H.
γ *Flore coeruleo, Polygala vulgaris major II. coeruleo* TRAG. CLUS. LOB. l. c. TAB. l. c. I. R. H.
δ *Polygala nemoroſa, floribus verſicoloribus, albis, purpureis, coeruleis* MENZEL. pugill.

In pratis ſiccis & ſylvis.

Huic caules altiores, a ſex unciis ad dodrantem, erecti, pauciores. Folia ima, etſi latiora ſunt, non tamen rotunda, leviter amara. Spica florum, pariter uti ſequenti, longa. Flores ſimiles, reflexi, rarius albi, ordinario purpurei.

2. POLYGALA foliis imis ſubrotundis, ſuperioribus anguſtis acutis.

*Crucis flores* GESN. Coll. p. 72.
*Amarella* GESN. epiſt. p. 121.
*Polygala recentiorum* LOB. p. 416. non bene
*Flos ambarvalis* DOD. p. 253. eadem icon
*Polygala coerulea, purpurea, alba* TAB. p. 831. melius.
*Polygalon flore rubro & coeruleo* AICHST. vern. ord. 6. T. II. ic. 2. 3.
*Polyganon multis* I. B. II. p. 386.
*Polygala vulgaris* C. B. Baſ. p. 62. T. aut. de Par. p. 126. I. R. H.
*Polygala tetrapetala, ſiliculoſa, bicapſularis longo & anguſto folio minor* H. OX. II. p. 326.
*Polygala* RAJ. p. 1335.
*Polygala latifolia humilior, ſpicis brevioribus, floribus dilute purpuraſcentibus* ZANICH. p. 214. T. 38.
II. *Polygalae ſpecies foliis circa radicem rotundioribus ſapore perquam amaro* THAL. p. 88. C. B.
*Polygala myrtifolia paluſtris humilior & ramoſior* RAJ. Syn. III. p. 287. *
*Polygala buxi minoris folio flore coeruleo* VAILL. T. XXXII. f. 2.
Et *Polygala minor foliis circa radicem rotundioribus* EIUSD. ib. p. 161. n. 4.

In

In pratis, etiam alpinis.

Huic ex una radice caules plures, reclinati, & ſaepe procumbentes, vix quinque unciarum: folia prima ſubrotunda, firmula, paulatim anguſta, prioris ſimilia. Amaricies diuturna, & valida. Flores etiam ſpicati, ſed plerumque coerulei, aut ex coeruleo & albo varii.

Infuſum abſque noxa purgat GESNER l. c.

## *POLYGALOIDES.*

GUNDELSHEIM. apud IOHREN. in praef.
DILLEN Nov. gen. p. 152. T. IX.
*CHAMAEBUXUS*
TOURNEFORTII Memoir. de l'Acad. 1705.

Calyx trifolius, folia omnia latiuſcula, pene ovata, ſupremum retrorſum gibbum. Flos tripetalos. Petala duo ſuperiora, ex ungue ſuo paulatim lateſcunt in ovalem figuram, & reflectuntur, ut imum petalum deſerant, vera autem petala ſunt, decidua, non venoſa. Petalum infimum tripartitum, ſed cohaerens: alis & carinae floris papilonacei ſimile. Alae ſ. partes laterales, pares, tertia parte longitudinis floris liberae, paulo breviores carina, etiam ovatae. Carina roſtro obtuſo, ſupra mucronem roſtri ovalem appendicem erigit utrinque, quae conjunctae cavam caſſidem faciunt, quales ſaepe in papilionaceis reperiuntur. Ex initio roſtri ſtamima octo, oblongis filamentis: tuba incurva, proboſcidea, fine dilatato. Fructus ovalis, bifidus, conpreſſus, dicoccos, ſimilis priori. Apparet conferenti, quam diverſus ſit character a Polygala.

### 1. POLYGALOIDES.

*Chamaebuxus* GESN. Coll. p. 67 *b.* an & TRAGI p. 1070. breviſſime
*Fruticulus exiguus* CORD. ſylv. p. 221.
*Anonymos flore coluteae* CLUS. Pann. p. 47. Hiſt. p. 105. RAJ. Syll. ext. p. 64. Hiſt. p. 1732. HOFM.
*Anonymos folio pervincae* CAM. Hort. p. 17.
*Rhus myrtifolius Plinii* EIUSD. p. 141.
*Pſeudochamaebuxus* AICHST. Vern. Ord. 6. T. 12. f. 3. bene
*Chamaebuxus ſ. Chamaepyxos quibusdam* I. B. 1. p. 524.
*Chamaebuxus flore coluteae* C. B. VOLC. TIT. It. MUR. p. 461.
*Polygala Aſtragaloides vulgaris Buxi folio* BREYN. Prodr. II. p. 91.
*Colutea humilis buxifolia* MOR. Bleſ. p. 56.
*Polygala fruteſcens major folio Buxi* MENZ. Pugill. PLUKN.
*Polygala fruticoſa buxi folio flore flaveſcente* I. R. H. MAPP.
*Chamaebuxus flore coluteae flaveſcente* TOURN. Memoir. 1705. p. 312. 313.
β Floris macula *purpurea* CLUS. I. R. H. T. Memoires l. c. MAPP. &c.

Abunde in montanis Helvetiae: v. g. adſcenſu *Hauenſtein*, circa *Interlachen* &c. Ad *Silam* GESNER.

Caules ſemiproſtrati, lignei, ſemipedales & majores. Folia ſolida, ſicca, ovata, nervo ſpinulam educente: Flores ſolitarii inter folia prodeunt; Pediculi uniflori, vagina trifolia excepti. Color floris ochroleucos, & in extremis ſegmentis petali majoris, quae pro alis ſunt, eſt macula modo flava, modo purpurea, etiam in eodem caule utriusque coloris, quae extrema ſuperiora petala non raro pingit.

PLAN-

# PLANTAE PETALODEAE DICOTYLEDONES.

## ORDO VII.

## DYMEIZONES.

*DIDYNAMIAE* LINN. p. 167.
*RINGENTES* ROYEN. p. 288.

Huic ampliſſimae claſſi calyx tubuloſus eſt, apice inciſus, flos monopetalos, tubuloſus, anteriori parte tubi floris latiore, bifida, portionibus a ſe invicem recedentibus, ut faucem hiantem relinquant. Stamina ex tubo floris longiora duo, totidem breviora. Tuba unica, apice plerumque bifido. Fructus varius eſt, & intercedunt ſpecies nonnullae, quibus alterum par ſtaminum aut obſcurum eſt, aut nullum, quas tamen non permittit ſeparare naturalis affinitatis ratio.

### CLASSIS I.
### FRUCTU UNILOCULARI.

### *M O N T I A*

*MICHELI* T. 13. LINN. n. 58.
*CAMERARIA.* DILL. Eph. nat. Cur. Cent. VI. app. p. 92. 93. Nov. gen. T. 6. p. 114.

Calyx ſit duobus foliolis ovatis. Flos tripetalos, ſi cum LINNAEO petalum ſemi infundibuli forma in tria ovato oblonga inaequalia diviſeris, quod DILLENIO & MICHELIO ſimplex eſt, hinc obtuſe tridentatum, inde apertum. Stamina tria. Fructus ovalis, trivalvis, triſpermos, unilocularis. Ita ex LINNAEO, recentem enim plantam non vidi. VAILLANTIUS, non repugnante LINNAEO, florem pentapetalon vidit.

1. MONTIA LINN. Lap. n. 30. ROYEN. p. 199.
*Anagallis aquatica ſubrectior* I. B. III. p. 786.
*Alſine paluſtris minor folio oblongo* C. B. Prodr. p. 118.
*Alſine paluſtris portulacae aquaticae ſimilis* RAJ. p. 1035.
*Alſine formis paludoſa tricarpos floſculis albis inapertis* PLUKN. p. 20. T. 7. f. 5. non bene, VAILL. p. 10. cum charactere.
*Alſinoides annua verna* VAILL. T. 3. f. 4. optime.
*Cameraria aquatica* DILL. E. N. C. Cent. VI. app. T. X. *& major* DILL. Cat. Giſſ. p. 61. BUXB.
*Montia aquatica major* MICHEL. p. 18. T. 13. f. 1.
II. *Portulaca exigua, ſ. andrachnion arvenſe* CAM. Hort. p. 131.
*Portulaca arvenſis* C. B.
*Cameraria arvenſis* DILL. E. N. C. l. c. *& minor* DILL. Cat. Gieſſ. p. 46.
*Montia aquatica minor* MICHEL. T. 13. f. 2.
I. II. *Cameraria ſ. Portulaca arvenſis exigua* RUPP. p. 96.

STAEHELINUS *Michelfeldae,* ibidemque lectam miſit M. GAGNEBIN.

Caulis ramoſus, debilis, ſucculentus, humilis. Folia conjugata, progrediendo latiora, obtuſe lanceolata, aut ovata. Flores ex unifloris petiolis, penduli, exigui, albi, congeſti in racemum, qui ex ſuprema parte caulis prodit, infra tamen ſuprema folia.

### *L I N N A E A.*

*GRONOV.* LINN. n. 523.
*SERPILLIFOLIA* BUXBAUM Act. Petrop. II. p. 346.

Calyx primus, quadrifolius, fructum continet. Ex fructu petiolus adſcendit, qui ſecundum edit calycem quinquefidum: Intra eum flos eſt, campaniformis, ora obtuſe quinquefida. Stamina duo longiora, breviora totidem. Capſula unilocularis, triſpermos (trilocularem facit LINNAEUS in Char. & monoſpermum BUXBAUM) Tuba ſimplex, apice recurvo, globoſo. Recentem non vidi.

1. LINNAEA floribus geminatis LINN. Cliff. p. 320. ROYEN. p. 236.
*Campanula ſerpyllifolia* I. B. II. p. 816. C. B. Prodr. p. 34. cum icone deteriori PARK. WAGN. p. 273. RAJ. Syll. exter. p. 81. Hiſt. p. 741.*. H. OX. II. p. 456. I. R. H. RUBB. act. ſuec. p. 96. bene. SCHEUCHZ. It. II. p. 131. It. VI. p. 454.

*Nummu-*

*Nummularia Norvegica flore purpureo* Act. Hafn. II. p. 346.
*Nummularia Norvegica repens folio dentato floribus geminis* PETIV. Muſ. n. 787.
*Nummularia major rigidioribus & rarius crenatis foliis flore purpureo gemello* PLUKN. p. 264.
*Serpyllifolia* BUXBAUM l. c.
*Obolaria* SIGESBECK primit. p. 79.
*Linnaea* LINN. Lap. n. 250. T. 12. f. 4. ex RUDBECKIO.

In M. *Galanda* I. B. In umbroſis rupibus inter *Valentiam* & *Vettis* SCHEUCHZERUS. In *Gotthardo* M. CHERLER. In *Malojae* & *Septimi* locis ſylvoſis inferioribus I. GESNER.

Cauliculi ſteriles procumbunt, & longe repunt, radiculas exigentes per intervalla, florigeri eriguntur. Folia pene orbicularia, firma, ſubhirſuta, denticulis aliquot obtuſis inciſa. Scapi florigeri ex ſummis caulibus florigeris longi, nudi, biflori. Calycis inferioris duo foliola minora, duo majora, echinata. Flos nutans, extus albus, intus purpureus, odorus. Stamina alba, ex imo fundo floris.

## *L I M O S E L L A.*

*LINDERN* & LINN. n. 520.
*PLANTAGINELLA* DILL. Nov. ſpec. p. 113.

Calyx profunde quinquefidus, ſegmentis obtuſis. Flos ſenſibiliter difformis, duobus paribus ſegmentorum ſingulatim aequalibus, inpare minore, tubuloſus, ſegmentis brevibus, patentibus. Stamina quatuor, quorum duo longiora, ſub apicibus inflexa. Ovarium ovale, bivalve, polyſpermon, uniloculare, ſeminibus ad mediam placentam adfixis; tuba ex apice ovarii obliqua.

1. LIMOSELLA LINN. Lap. n. 249.

*Plantago aquatica minima* CLUS. p. CX. abſque icone. PARK. MERR.
*Plantaginella paluſtris* C. B. P. RAJ. Cat. Angl. p. 237. Hiſt. p. 1077. Syn. III. p. 278. H. OX. II p. 605. T. 2. inter Damaſonia, MAPP. p. 242.
*Spergula perpuſilla lanceolatis foliolis* LOES. p. 261. ic. 81.
*Alſine paluſtris exigua floſculis albis, foliis lanceolatis, plantaginellae aquaticae inſtar* MENZEL. pugill. T. 7. COMMEL. ind. holl. PLUKN. p. 20. T. 74. f. 4. VOLC. T. aut. de Par. p. 381. RAJ. in ſuppl. &c.
*Plantaginella* RUPP. p. 18.
*Menyanthoides vulgaris* VAILL. p. 126. FAB. v. p. 91. cum falſa deſcriptione.
*Limoſella annua* LINDERN. p. 156. T. V. *f.*

STAEHELINUS in rivulo prope *Rieben* an der *Holzmatten*. (Gottingae in orbitis aqua plenis viisque lutoſis.)

Ceſpes foliorum longe petiolatorum, fine elliptico vel ovali, flagella edit, quae novos ceſpites matri ſimiles regenerant. Flores ex ceſpite in ſcapis unifloris, quam folia brevioribus, albi, intus ad tubum ſubrubri, ſtaminibus nigris.

## *T O Z Z I A.*

MICHEL. p. 20. LINN. n. 504.

Calyx quadrifidus; denticulis lateralibus, uti in Euphraſia, cui maxime analoga eſt. Flos ex tubo cylindrico, bipartitur, labris duobus fere in eodem plano poſitis, parum difformiter hiantibus. Superius fit duobus brevioribus, ſubrotundis: inferius tribus longioribus. Stamina ex tubo floris quatuor, inaequalia, apicibus oblongis. Fructus ovalis, unilocularis, monoſpermos. Tuba cylindrica, ſimplex.

1. TOZZIA.

*Anonyma F. Gregorii radice Dentariae* COLUMN. II. p. 49. ic. p. 50.
*Euphraſia lutea radice ſquamata* C. B. Prodr. p. 111. RAJ. Syll. p. 124. WAGN. p. 276.
*Euphraſia lutea minor radice ſquamata* PARK. p. 1370.
*Euphraſia lutea Alſine folia radice ſquamate* H. OX. III. p. 431. ex COLUMN. RAJ. p. 773.* PLUKN. p. 142.
*Dentaria buguloides radice globoſa, ſquamis myodontoideis alpina* MENZEL. pugill. & T. IX. non male, niſi quod radix nimis rotunda ſit.
*Tozzia alpina, lutea, Alſines folio, radice ſquamata* MICHEL. p. 20. T. 16.

C. B. in montibus *Biennenſibus* & circa *Einſidlen*. SCHEUCHZER in M. *Kinzenhoren*, in alpp. *Glaronenſium* & *Uriorum*, in *Criſpalto* M. Ego in ſylvis M. *Feuerſtein*, in lapidoſis M. *Stockhorn* ad lacum *Stockernſee*, in adſcenſu ex area *Creux du Vent*. In *Furck-*

 *matt*

*matt* M. I. GESNER. GAGNEBIN. in M. *Chaſſeral* prope cryptam glacialem, *a la Comte bioſſe*: au haut *de la Comte Grede*, & in M. *Waſſerfall*.

Radix longa ſucculenta, alba, fit ſquamis imbricatim, & alterne adgeſtis, quarum planum minime craſſum eſt. Caules multi; ramoſi, quadrati, cubitales, cum foliis ſucculenti, ramis & foliis conjugatis. Pallida haec, circumſcriptione ex ovali acuminata, denticulis obtuſis crenata. Petioli florales ex alis foliorum, breves, uniflori. Flos flavus, inferioribus tribus ſegmentis maculatis. Semina ex rotundis conica, acuminata, obſcuri coloris.

## *O R O B A N C H E.*

TOURNEF. T. 81. LINN. 509.

Calyx quadrifidus, profunde inciſus & acute. Flos lato, craſſo, cylindrico tubo, bilabiatus, fauce manifeſta. Labium ſuperius modice erectum, fornicatum, bifidum, dentatum; inferius pendulum, trifidum; laterales lobi ſemicirculares, crenati: medius in duos tumores elevatur, ex quibus ſemicircularis crenata bractea dependet: ſolet autem circa Ovarium contabeſcere. Stamina incurva, duo longiora, duo breviora. Tuba proboſcidis ſimilis, fine rotunde bicolli. Ovarium ex ovato longe acuminatum, uniloculare, bivalve, ſeminibus ſcobiformibus, copioſiſſimis, in duo receptacula adgeſtis. Habitus perpetuo aphyllos.

1. OROBANCHE caule ramoſo LINN. Cliff. p. 321. ROYEN. p. 299.
*Orobanche III.* πολυκλωνος CLUS. Hiſt. p. 271.
*Orobanche* CAM. Epit. p. 311. nitide ZWING. p. 380. ic.
*Orobanche altera brevior & ramoſa* CAESALP. p. 342.
*Orobanche minor purpureis floribus ſ. ramoſa* I. B. II. p. 781.
*Orobanche ramoſa* C. B. P. Baſ. p. 25. PARK. H. OX. III. p. 502. RAJ. p. 1227. Syll. ext. p. 195. MURALT. p. 726.
*Orobanche ramoſa floribus purpureis* MAGN. Char. p. 239. I. R. H.
β. *Floribus purpuraſcentibus* I. R. H. GARID. MAPP. &c.
γ *Floribus coeruleis* I. R. H. GARID. VAILL. MAPP. &c.
δ *Floribus albidis* EORUMD.

*Baſileae* & *Michelfeldae* inter Cannabim. *Tiguri* videtur legiſſe MURALTUS.

Humilior eſt, vix dodrantalis, bulbo gracili, pene nullo, caulibus & ramis erectis. Spica longa, laxa. Flores minores, graciles, albi, vel pallide coeruleſcentes. Squama ſub flore brevis & lata.

2. OROBANCHE caule ſimplici, coeruleo, foliis ſub floribus brevibus.
*Orobanche flore ſubcoeruleo* CLUS. p. 271 *ſ. II. Cluſii* I. R. H. TILL. GARID.
*Orobanche magna purpurea Monſpeſſulana* I. B. II. p. 782.

STAEHELINUS *auf der Siſſacher Fluh*.

Radix craſſa, orbicularis, bulboſa. Caulis pedalis, non ramoſus, totus, una cum floribus, violaceus. Spica florum longa, & laxa. Flores ſtrictiores & longiores, pro ratione latitudinis, quam ſequenti.

3. OROBANCHE caule ſimplici, albido, foliis ſub flore longioribus.
*Orobanche* RUELL. p. 390. CORD. p. 46. a. non placet. CAESALP. p. 342. AICHST. Vern. ord. 7. T. 2. RIVIN. Irreg. monop. T. 88.
*Orobanche vera* GESN. Hort. p. 270.
*Limodoron ſ. Orobanche* DOD. Cereal. p. 171. Hiſt. p. 552.
*Orobanche major* CLUS. Pann. p. 242.
*Orobanche I.* CLUS. Hiſt. p. 270.
*Rapum Geniſtae* LOB. II. p. 89. (ſimilior Matthiolianae)
*Orobanche II.* TAB. p. 684. LUGD.
*Orobanche flore majore* I. B. II. p. 780.
*Orobanche major Garyophyllum olens* C. B. P. Baſ. p. 25. H. OX. III. p. 502. ZWING. T. aut. de Par. p. 122. I. R. H. &c.
*Orobanche ſ. Rapum Geniſtae* RAJ. Hiſt. p. 1227.
*Orobanche caule ſimpliciſſimo* LINN. Cliff. p. 321. ROYEN. p. 299.
β Minoribus floribus, albidis, ſpica denſiore.
*Orobanche* MATTHIOL. p. 536.
*Orobanche I.* TAB. p. 684.
*Orobanche flore minore* I. B. II. p. 781.

Abunde

Abunde in agris & pratis ſterilibus circa *Bernam*. *Baſileae* in ſalicetis ad *Birſam*, in M. *Muteto* &c. Circa *Ferriere* Mr. GAGNEBIN.

Radix bulbus eſt ſubrotundus, ſquamis imbricatis tectus, quales ad caulem, ſed paulo laxiores, reperiunaur. Caulis cum tota planta ſiccus, lignei coloris, pedalis & ultra, rectus, non ramoſus, ſubhirſutus. Spica junior, ut ſolet, denſa, adulta rarior. Flores craſſiores, quam prioribus, odore grato florum tunicae. Squama ſub flore quolibet floris longitudine.

* Flore majore croceo. Ad radicem M. *Grauenhorn* ſupra *Thermas Fabarias* SCHEUCHZER, Annon varietas?

## *SQUAMARIA.*

RIVINI LINN. n. 540.

*ANBLATUM* T. T. 481.

Radices ex ſquamis conpactae, & caulis aphyllos, uti Orobanchae. Calyx campaniformis, ſemiquadrifidus, ſupremis duobus ſegmentis majoribus. Flos monopetalos, ex longiuſculo tubo bilabiatus. Labrum ſuperius ſubrectum, conplicatum, ſimplex. Inferius tripartitum, ſegmentis lateralibus minoribus. Stamina baſi apicis plumoſa, ſepto duos apicis loculos evidenter diſtinguente. Tuba valens, deorſum incurva, apice lato, cavo. Ovarium ex ovato conpreſſum, in mucronem deſinens, uniloculare, ſeminibus circa unam placentam numeroſis, ſubrotundis.

1. SQUAMARIA RIVIN. monop. irr. T. 88. bene RUPP.

*Anblatum* CORD. p. 89 *b.* cum bona icone DOD. 553.
Αιγολεθρος GESN. epiſt. p. 115 *b.* Tab. Coll. p. 56 *b.*
*Anblatum Cordi* DOD. frum. p. 173. T. aut. de Par. p. 287.
*Dentaria* MATTH. p. 964. bene, BLAKW. T. 430. BUCHWALD.
*Dentaria major* CAM. epit. p. 705. *ſive* Αφυλλος *I.* CLUS. Pannon. p. 452. Hiſt. p. CLX.
*Arachidna* CAESALP. p. 342.
*Amblatum Cordi ſ. dentaria major* THAL. p. 7.
*Squamata ſ. dentaria major* AICHST. Vern. Ord. I. T. I. f. 1. bene
*Anblatum Cordi ſ.* αφυλλον. I. B. II. p. 783.
*Orobanche radice dentata major* C. B. P. H. OX. II. p. 503. RAJ. p. 1229. Syll. ext. p. 195. SCHEUCHZ. It. I. p. 45.
*Dentaria major* αφυλλος *Orobanchae facie* BARREL. ic. 80.
*Dentaria aphyllos* ZWING. p. 382.
*Anblatum flore e rufo candicante, ſ. Anblatum Cordi* T. Coroll. 48. IOHR. LIND.
II. *Orobanche radice dentata, altius radicata, foliis & floribus atropurpureis* MENZ. H. OX. III. p. 503.
β *Minor* CLUS. C. B.

GESNERUS Tiguri *auf dem Höckler* legit, & im *Käferholz* SCHEUCHZERUS. Interlaci in umbroſis ſylvis copioſe provenit.

Caules aphylli, ſquamis adſperſi, ovalibus, ſerratis, dodrantales, ex una radice multi. Flores in ſpicam uno verſu diſpoſitam, quam amplae ſubrotundae purpuraſcentes ſquamae diſtinguunt. Calyx hirſutus, albidus, ſegmentis purpureis. Floris galea purpurea, barba albicat.

Ad epilepſiam BUCHWALD p. 102. quem effectum alii Dentariae tribuunt.

## *PINGUICULA.*

TOURNEFORT. T. 74. LINN. n. 14.

Calyx campanulatus, quinquefidus, cujus tria ſegmenta ſubrotunda adſcendunt, duo deſcendunt, acute exſecta. Flos tubo valde ventricoſo, diſformis, deorſum ex ipſo fundo calcar emittit, tunc finditur in labrum ſuperius cordatum, ſive in duo ſubrotunda ſegmenta fiſſum; & inferius tribus ſectum latioribus, etiam rotundis. Fauces amplae, piloſae. Fructus ovatus, unilocularis, polyſpermos, circa unicam placentam. Tuba ſimplex, ſine infundibuli formi, plicato. Stamina tantum duo, ſed bifida: duo apices veri, diſciformes, a tuba teguntur, duo inferiores ſpongioſi, quaſi abortivi, deſtituuntur veris capſulis.

1. PINGUICULA calcare gracili, cylindrico, violaceo flore.

*Pinguicula* GESN. fract. p. 64. CLUS. p. 310. Pann. p. 360. cum bona icone. CAM. Hort.
*Pinguicula vel liparis* GESN. Hort. p. 272 *b.*
*Cucullata* LUGDUN. p. 1206.

*Pinguicula Geſneri* I. B. III. p. 546. RAJ. p. 751. I. R. H. MAGN. Char. p. 233.
*Sanicula montana flore calcari donato* C. B. P. TIT. it. MURALT. p. 563.
*Pinguicula ſ. ſanicula Eboracenſis* PARK. p. 532. bene.
*Viola paluſtris, Pinguicula, vel* ιονυγρον *Dodecatheon Plinii Geſneri* MORIS. II. p. 477.
β Major.
*Pinguicula flore majori coeruleo* BURS. Act. ſuec. p. 508.
*Pinguicula flore amplo, purpureo, calcare longiſſime* RAJ. p. 752. I. R. H.
*Pinguicula nectario cylindraceo longitudine petali* LINN. Lap. n. 11. ROYEN. p. 304.

Vulgaris ſive prior circa *Bernam* naſcitur ultra *Seelhofen:* circa *Jvorne*, ſupra *Nods*, *Tiguri* in M. *Uetliberg*. Inter *Lenz* & *Brienz* Rhaetiae. Mr. GAGNEBIN legit *au bec de loiſeau*, qui duabus leucis diſtat a *Ferriere d' Erguel* &c. ſemper in pratis udis aut umbroſis ſylvis. Major in monte *Thuiri* a me lecta eſt, & in *Gotthardo.*

Folia ad terram ſtrata, ovalia, aut elliptica, pinguiſſimo glutine oblita, marginibus introrſum plicatis, extus ſubhirſuta. Scapi aliquot, aphylli, triunciales & ultra, uniflori; flores nutantes, in priori obſcurius, in altera eleganter violacei, calcare ſtricto cylindrico, dimidii floris longitudine brevius in vulgari, longius in *β*.

2. PINGVICVLA calcare lato, conico, flore albo.
*Pinguicula flore albo* CLUS. Pann. p. 311. Hiſt. p. 360.
*Pinguicula minima flore albo* MERRET. p. 94.
*Pinguicula flore albo minore calcare breviſſimo* RAJ. Hiſt. p. 752. PLUKN. I. R. H. RUDBK. p. 99.
*Pinguicula nectario conico petalo breviore* LINN. Lap. n. 11. T. XII. f. 3.
I. B. & MORISON priori conjungunt.

In alpinis abunde. In M. *Waach*: in herbidis M. *Hengſt*; HVBERVS ex M. *Lunae* I. B. ex M. *Thuiri.*

Similis eſt per omnia; ſed flos albus, labii inferioris medio ſegmento duabus maculis luteis notato: calcar latius, conicum, album, ſine flavo, aut rubro.

Vulgaris ſpecies alvum ducit, & eo ſcopo in ſyrupum decoquitur in *Wallia* RAI.

## *L E N T I B U L A R I A.*

RIVIN. VAILL.

## UTRICULARIA LINN. n. 15.

Calyx ſit duobus, caducis, ovalibus, foliis. Flos monopetalos, bilabiatus, fauce ampla. Labium ſuperius integrum, media eminentia in duas quaſi cavitates diviſum. Inferius peramplum, tumet in duo juga quaſi labra, ex quibus petalodes barba deſcendit, latiſſima, ſemicircularis, medio ex arcu paulo productior. Retrorſum eadem calcar breve, incurvum, conicum projicit. Stamina duo, ex imo floris fundo orta, ad ſe invicem conflexa, apicibus adunata. Ovarium ex ſphaerico conpreſſum, tuba brevis, apice craſſiuſculo. Intus agmen ſeminum, in ſphaerulam conpreſſorum, circa communem placentam.

1. LENTIBVLARIA RIVIN. T. 78. DILL. nov. gen. p. 115.
*Meon aquaticum quod Lentibularia dici poteſt* GESN. Coll. p. 90.
*Millefolium aquaticum flore luteo galericulato* LOB. p. 791. I. B. III. p. 783. PARKINS.
*Foeniculum aquaticum galericulatum* TAB. Teut. p. 189. abſque icone, AMBROS. LIND.
*Millefolium aquaticum lenticulatum* C. B. Baſ. p. 43. LOES. SUTHERL. HOFM. IOHREN. praef.
*Millefolium paluſtre galericulatum* RAJ. Cant. Cat. Ang. Hiſt. p. 1322. cum deſcriptione, MERR. PLUKN. H. OX. III. p. 622.
*Linariae affinis paluſtris, millefolii folio lenticulato, flore luteo* MAGN. Hort. p. 120.
*Lentibularia vulgaris* T. aut. de Par. p. 479. VAILL. Bot. p. 114. MAPP. p. 165.
*Lentibularia major* VAILL. Mem. de Acad. des ſcienc. 1719. p. 28. T. 2.
*Lentibularia* GESN. RIVINI. RUPP. p. 192.
*Utricularia nectario conico* LINN. Lap. n. 14. ROYEN. p. 364.

Bernae in foſſis inter *Wittighofen* & viam *Worbenſem*. *Mibhelfeldae* I. B. & C. B. *Genevae*, in paluſtribus I. B. Circa lacum felinum, & circa S. *Gallen* I. GESNER.

Longi caules, & folia inſtar illuviei aquae innatant, capillaria, alterne ramoſa, ramulis ſubdiviſis, omnibus longis, gracilibus, non dentatis. Ad alas diviſionum ſeſſiles adſunt veſiculae lenticulares, cavae, purpuraſcentes, per aetatem nigrae. Ex cauliculis horizontaliter natantibus erigitur extra aquam ſcapus aphyllos, dodrantalis & ultra, in apice racemum ferens florum quinque aut ultra. Calyx lividus. Flos luteus, tumoribus labri inferioris aurantiis.

CLAS-

## CLASSIS II. FRUCTU BILOCULARI.

### *ANTIRRHINUM.*

LINN. n. 514.
ANTIRRHINUM T. T. 75.
ET LINARIA TOURNEF T. 76.

Calyx quinquefolius, ſuperioribus laciniis longioribus. Flos difformis fauce floris ſuperius & inferius elliptice in palatum ellipticum tumente, quorum ſuperius inferiori incumbit & congruit, ut floris tubus naturaliter clauſus ſit; labro ſuperiori reflexo bifido, inferiori tumido mento in barbam trifidam producto, cujus media pars minor eſt, tubo craſſo, & ſub oſculo, quo flos ovarium recipit, in calcar producto, quod modo longius eſt, modo brevius. Stamina ex imo flore, non eminent. Tuba apice craſſeſcit. Fructus ovalis, bilocularis, varie aperitur, tribus, aut duobus foraminibus.

1. ANTIRRHINUM foliis alternis quinquelobis.

*Cymbalaria* BRASSAV. p. 234. MATTH. p. 1124. bene, CAM. Epit. p. 860. bene, LVGD. C.B. RAJ. p. 759. ZWING. p. 919. RIVIN. T. 85.
*Cymbalaria Italica folio hederae* LOB. p. 615.
*Cymbalaria foliis hederaceis flore coeruleo* AICHST. Aeſt. Ord. VI. T. 5. f. 2. MUR. p. 528.
*Cymbalaria floſculis purpuraſcentibus* I. B. III. p. 685. ZANICH. p. 77. ic. 252. RUPP.
*Linaria folio glabro ſubrotundo, hederae folio Clematitis* H. OX. II. p. 503.
*Linaria hederaceo folio glabro ſeu cymbalaria vulgaris* I. R. H. MAGN. Char. p. 237.
*Antirrhinum foliis alternis cordatis, quinquelobis* LINN. Cliff. p. 323. ROYEN. p. 295.
β *Flore albo* PONTED. Anthol. p. 245.

In muris *Baſileae*. *Tugii* frequentiſſimam legi. *Tiguri* MUR.

Inſigniter reptat, & late muros tegit ceſpitibus caulium, qui per intervalla radiculas demittunt. Folia alterna, reniformi circumſcriptione, obiter quinqueloba. Flores in petiolis unifloris, ex foliorum alis ortis. Calyx purpureus, foliolis pene aequalibus. Tubus floris intus albus, fauces flavae; & villoſae, galeae duo lobi ſubrotundi, barbae mentum bifidum, flaveſcit, deſcendentes bracteae, uti galea, purpuraſcunt. Calcar gracile, incurvum, purpureum.

Humectat & adſtringit, refrigerat, ſed leniter, cum herbaceo ſit ſapore, cum modica amaricie coniuncto, & dimidia parte ſuccus ſit. Ad ſcabiem WELSCH *miſtom.* p. 60. Vulnerarium mite eſſe ZWINGER diſſ.

2. ANTIRRHINUM foliis imis conjugatis, ſuperioribus alternis, ovalibus.

*Veronica femina* FUCHS. p. 167. MATTH. 694. CAMER. Epit. p. 462. LUGD.
*Veronica femina Fuchſii ſ. Elatine* DOD. p. 42.
*Elatine Dioſcoridis* &c. LOB. p. 407. non bene
*Elatine I.* TAB. p. 715.
*Elatine folio ſubrotundo* C.B. Baſ. p. 75. RAJ. p. 759. ZWING. p. 849.
*Elatine mas folio ſubrotundo* I. B. III. p. 371.
*Linaria hirſuto folio ſubrotundo, flore ex herbido flaveſcente* H. OX. II. p. 503.
*Elatine* RIVIN. T. 85.
*Linaria ſegetum Numulariae folio villoſo* T. aut. de Par. p. 110. I. R. H. GARID. &c.
*Antirrhinum foliis alternis ovatis* Cliff. p. 323. ROYEN. p. 295.

In arvis non rara, circa *Mathod, Bernam*, *Baſileam*, *Badae*. Circa *Mandach*, & in M. *Zürichberg* I. GESNER.

Caules humi projecti, multi, ad magnos angulos ramoſi, rectis virgis. Folia hirſuta, mollia, ex ovalibus acuminata, raris, & exiguis, denticulis: ima conjugata, ſuperiora alterna. Calyx latifolius, ut folia ſe contegant, & quaſi auriculis excedant ſuper commiſſiones. Flos breviſſimus, tubo pene nullo. Floris labium ſuperius brevius, atropurpureum, inferius luteum, tum labra tumida, tum deſcendens barba. Calcar longum, conicum, acutiſſimum. Linariam eſſe, primus ſenſit JUNGIUS.

3. ANTIRRHINUM foliis imis conjugatis, ſuperioribus alternis, ad baſin hamatis.

*Elatine* MATTH. p. 1012. ſpecimen valde ramoſum, CAM. Epit. p. 754. bene
*Elatine altera* LOB. p. 490. TAB. p. 715. DOD. p. 42.
*Verbaſculum quroumdam* LUGD. p. 1303.
*Elatine femina folio anguloſo* I. B. III. p. 372.

*Elatine folio acuminato* ZWING. p. 849. *flore luteo* C. B. Baſ. p. 75.
*Elatine folio acuminato, in baſi auriculato, flore luteo* EIUSD. P. RUPP. &c.
*Linaria hirſuto folio, acuminato, in baſi auriculato* H. OX. II. p. 503.
*Linaria elatine dicta folio acuminato* RAJ. p. 759.
*Linaria ſegetum Nummulariae folio aurito & villoſo, flore luteo* T. aut. de Par. p. 111. I. R. H. GARID.
*Elatine ſ. veronica femina* BLAKW. T. 170.
*Antirrhinum foliis alternis haſtatis* LINN. Cliff. p. 323. ROYEN. p. 295.
II. *Flore coeruleo* C. B. I. R. H.

Cum priori.

Similis eſt, habitu & flore, macilentior tamen, magis villoſa, foliis imis ſagittatis, non raro uno aut altero praeterea dente accedente, deinde unus, tandem & alter hamus ſagittae deficit.

Folia amariſſima ſunt. Pro vulneraria habetur. Ulcus cancroſum narium ea ſanatum fuiſſe LOBEL. adverſ. ipſamque lepram p. 197. In vetuſtis crurem ulceribus ſuccum ſalutarem expertus eſt GARIDEL.

4. ANTIRRHINUM caule procumbente, foliis verticillatis, quaternis, floribus racemoſis.

α Humilior, flore minore, neque aureo rictu, foliis ſaepe quinis.
An *Linariæ IIII. Moravica II.* CLUS Hiſt. p. 322. ſpica nimis denſa, flores nimis parvi.
*Oſyris purpurocoerulea repens* LOB. Adv. p. 410.
*Linaria minor Dalechampii* LUGD. p. 1151. videtur
*Linaria parva purpurea foliis ſine ordine diſpoſitis* I. B. III. p. 460. RAJ. p. 757. Syll. p. 167. (omiſſa ſunt verba *ſine ordine*)
*Linaria coerulea repens* C. B. PLUKN. I. R. H. MURALT. p. 651. ZWING.
*Linaria coerulea procumbens* H. OX. II. p. 501.
β Paulo major, rarioribus foliis, quaternis, flore paulo majori, ejusque labro medio aureo.
*Sedum parvum coeruleo flore, quod eſt Linariae ſpecies* GESN. Epiſt. p. 89. 92.
*Linaria in alpibus minor floſculis coeruleis* GESN. Hort. p. 265. Nihil inpedit, quin etiam prior ſit varietas.
*Linaria Pannonica II.* CLUS. Pann. p. 309. bene
*Linaria III. ſtiriaca* EI. Hiſt. p. 322.
*Linaria Pannonica* TAB. p. 824.
*Linaria purpurea parva* I B. III. p. 460. RAJ. Syll. ZWING.
*Linaria quadrifolia ſupina* C. B. SCHEUCHZ. It. I. p. 42. It. IV. p. 338. cum deſcriptione WAGN. I. R. H.
*Linaria quadrifolia coerulea procumbens* H. OX. II. p. 500.
*Antirrhinum foliis ſaepius quaternis, linearibus, caule diffuſo, floribus racemoſis* ROYEN. p. 297.
II. *Linaria hiſpanica IIII.* CLUS. Hiſt. p. 321.
*Linaria foliis carnoſis cinereis* C. B. I. R. H.

Priorem varietatem HUBERUS in *Albula* M. invenit, DALECHAMPIUS ad ſaxa ripae fl. *Arve.* Ibidem I. B. & in M. *Thuiri.* Poſteriorem SCHEUCHZERUS in *Sureneneck, Joch, Waldnacht*, ad pedem M. *Titliſperg.* Ego paſſim in arenoſis, ad alveos torrentium & inter deciduos lapides: v. g. ſupra aedes balnei *Weiſſenburgenſis* eundo verſus ſcaturiginem, in adſcenſu ad *Neunenen, Scheidek*, in *Gemmio* &c.

Proſtrati caules, vix dodrantales. Folia glauca, graciliter elliptica, terna & quaterna in verticillo. Flores in ſummis ramis inter folia conferti, quaſi ſpicam faciunt, longiſſimi, ſpecioſi. Calcar longiſſimum, conicum. Labrum utrumque violaceum, ſed mentum aurantium. Galea ſtricta, uti tubus floris, & longa. Apices inſignes aurei.

5. ANTIRRHINUM foliis linearibus adſcendentibus, ſpica longa, calcare toto flore longiori.

*Linaria lutea montana Geniſtae tinctoriae foliis* C. B. RAJ. p. 754. PLUKN. SCHOL. BOT. ZWING. p. 959.

In M. *S. Bernhardi* C. B.

Specimen meum, quod ex Burſerianis eſt, videtur caule erecto fuiſſe, & habitu vulgaris ſpeciei n. 6. Folia acuta, ſimilia; flos vero minor, flavus, longiſſimo calcare, florem ipſum ſuperante, faucibus admodum piloſis.

6. ANTIRRHINUM foliis linearibus, adſcendentibus, congeſtis, ramis ſpica florali denſa terminatis.

*Scheiſſkraut* BRUNFELS. II. p. 43.
*Herba urinalis* DORST. p. 148.

*Oſiris*

*Oſyris* FVCHS. p. 545. MATTH. p. 1209. CAMER. Epit. p. 930. RUELL. p. 640.
*Oſyris linaria* TRAG. p. 357. LUGD.
*Linaria* GESN. Coll. p. 86. CAESALP. p. 350. RIVIN. T. 82.
*Linaria vulgo dicta* GESN. Hort. p. 265.
*Linaria prima* DOD. purgant. p. 182.
*Oſyris linaria ſ. urinaria* LOB. Ic. p. 406.
*Oſyris major* TABERN. p. 126.
*Linaria lutea vulgaris* I. B. III. p. 456. RAJ. p. 752. BLAKWALL. T. 115.
*Linaria vulgaris lutea flore majore* C. B. Baſ. p. 62. P. H. OX. II. p. 499. T. aut. de Par. p. 23. I. R. H. & T. 76. VAILL. ZANICHELL. ic. 174.
*Linaria vulgaris* AICHST. aeſt. ord. I. T. 14. f. 3. *noſtras* PARK. IC. REG. n. 128.
*Antirrhinum foliis lanceolato linearibus, confertis, caule erecto, ſpicis terminatricibus ſeſſilibus, floribus imbricatis* ROYEN. p. 297.

Ubique ad foſſas, & locis ruderoſis.

Caulis ab uno pede ad tres, in pinguioribus ramoſiſſimus, firmus, erectus. Folia notiſſima, linearia, glauca, nervo medio diviſa, adſcendentia, congeſta. Flores in ſummis ramis in breves ſpicas colliguntur. Calyx dentibus longis, acutis, pene aequalibus. Calcar incurvum, conicum, dimidio flore longius. Flos ſubcitrinus, medio tumore labri inferioris tinctius flavo, labio ſuperiori valde ſtricto & replicato. Stamina in puncto contactus duorum loculorum inſeruntur. Fructus ovalis, ſemina rotunda ex nucleo fiunt, & ala foliacea.

Sapor ſalſus eſt: inter elementa abundat oleum empyreumaticum GEOFROI III. p. 731. Vires emollientes ſunt, cum vi reſolvente, putrefaciente. Intus ſumta alvum movet & urinam, ad Icterum etiam confirmatum utiliſſima LOBEL. neque tamen praeter rem monet BLAIRIVS nimis acrem eſſe, quae intus admittatur: Nam & ipſa claſſis analogia conſentit, & recepta medicorum conſuetudo, qui ad ſolos externos uſus eam revocant. Unguentum ad haemorrhoides celebratur CHESNEAU *Obſ.* L. 3. c. XI. TOURNEF. &c. eademque facit cataplaſma.

7. ANTIRRHINUM foliis longis, obtuſis, viſcidis, caule erecto, ramoſiſſimo, calcare brevi.

*Antirrhini genus flore coeruleo* GESN. Coll. p. 59.
*Antirrhinum tertium* MATTH. p. 1198. CAM. Epit. p. 922. LUGD.
*Antirrhinum alterum minimum repens* LOB. p. 406.
*Antirrhinum minimum* THAL. p. 9. I. B. III. p. 464.
*Antirrhinum arvenſe minus* C. B. Baſ. p. 62. HOFM. RAJ. p. 760. ZWING. p. 955.
*Linaria minima foliis hirſutis, floribus obſolete fuſci coloris* H. OX. II. p. 502. &c.
*Linaria arvenſis minima* RIVIN. T. 84. DILL.
*Linaria pumila vulgatior arvenſis* T. aut. de Par. p. 283. I. R. H. &c.
*Antirrhinum foliis lanceolato obtuſis, alternis, caule diffuſo ramoſiſſimo* LINN. Cliff. p. 324. ROYEN p. 295.
β Foliis reflexis HERM. Hort. p. 379.

Vulgare ad muros & in agris.

Tota planta pinguis eſt & villoſa. Caules ramoſi, ad dodrantem alti. Folia ſubtus ſaepe purpuraſcunt, longa, dilatata, obtuſe lanceolata. Flores ex alis foliorum, in petiolis unifloris. Calyx fit obtuſis foliis, difformiter poſitis, ut tria ſuperiora a duobus inferioribus hiatu diſtent, haec autem pro calcare diſcedant. Flos exiguus, calcare brevi, vix lineam longo, tubo & labro ſuperiori violaceo, mento & barba luteolis. Fructus fere ovalis, duobus foraminibus aperitur.

8. ANTIRRHINUM floribus ſparſis ſeſſilibus, calyce brevioribus, calcare deſtitutis.

*Antirrhinum minus* GESN. Hort. p. 247.
*Antirrhinum aliud arvenſe* GESN. Coll. p. 59.
*Antirrhinum quartum* MATTH. p. 1199. CAM. Epit. p. 923. LUGD.
*Antirrhinon* CORD. p. 72. LONIC. p. 353.
*Antirrhinum ſylveſtre ſ. minus* DOD. coron. p. 87. 88.
*Antirrhinum ſylveſtre Phyteuma* EIUSD. Pemp. p. 182. bene
*Antirrhinum minimum* LOB. p. 405. ex DOD. I. B. F. Boll. app.
*Antirrhinum rubrum arvenſe* THAL. p. 9.
*Os Leonis alterum* CAESALP. p. 351.
*Antirrhinum ſylveſtre* AICHST. aeſt. ord. I. T. 9. f. 3.
*Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre* I. B. III. p. 464. RAJ. p. 760.

*Antirrhi*

*Antirrhinum arvenſe majus* C. B. Baſ. p. 62. T. aut. de Par. p. 246. I. R. H. MAGN. Char. p. 236. MURALT. p. 649. ZWING. p. 955.
*Antirrhinum arvenſe minus* H. OX. II. p. 505.
*Antirrhinum arvenſe* RIVIN. T. 81. optime.
*Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calicibus longiſſimis lateralibus* LINN. Cliff. p. 324. ROYEN. p. 294.
β Flore albo HERM. BOERH. I. R. H.

C. B. *Baſileae.* I. B. *Genevae* verſus *la Baſtie* MURALTUS Tiguri. (Gottingae trans *Leinam* in agris ſecalinis.)

Caulis erectus, ſtrictus, dodrantalis. Folia anguſta, mollia, longiſſime decreſcunt. Flores pauci, ſeſſiles, ſparſi. Calyx, qualis prioris, peramplus, flore longior. Flos totus purpureus, ſed mentum flavum. Tubus floris, ſub oſculo ovarium recipiente, in breviſſimum calcar retrorſum educitur. Fructus tribus foraminibus aperitur, quorum unum eſt in loculo ſuperiore, tribus incumbens ſquamis inferius eminentibus: in inferiori hinc duae, inde una ſquama ad ſe invicem inclinantur, inter utrumque vero loculum ſtylus prodit non deciduus.

9. ANTIRRHINUM calycis foliolis brevibus, ovatis, floribus ſpicatis, calcare deſtitutis.

*Antirrhinum II.* MATTH. p. 1197. CAM. Epit. p. 921. LUGD.
*Antirrhinum majus* GESN. Hort. p. 247.
*Antirrhinum* DOD. Pempt. p. 182. bene TAB. p. 851. LUGD. p. 1340. RIVIN. T. 81.
*Antirrhinum vulgo caput canis* &c. LOB. p. 404. adv. p. 175.
*Antirrhinum magnum* DOD. LUGD. p. 1341.
*Cynocephalus Plinii Dal.* LUGD. p. 830.
*Os leonis vulgo* CAESALP. p. 351.
*Antirrhinum flore rubro* AICHSTETT.
*Antirrhinum vulgare* I. B. III. p. 463. RAJ. p. 760. I. R. H. & T. 75. GARID. p. 35. & ic. 7.
*Antirrhinum majus alterum folio longiore* C. B. P.
*Antirrhinum majus longiore folio* H. OX. II. p. 504.
*Antirrhinum foliis lanceolatis, petiolatis, calycibus breviſſimis, racemo terminatrici* LINN. Cliff. p. 324. ROYEN. p. 294.
II. Quomodo differt
*Antirrhinum I.* MATTH. p. 1196.
*Antirrhinum* CAM. Epit. p. 920.
β Flore albo MARANTA. p. 61. AICHSTETT. &c.

*Bernae* ad muros & maceries, ſed ex ſemine projectitio. Sponte circa *Bellinzonam Lepontiorum* reperit HUBERUS. Ex muris caſtris *Neocomenſis.*

A priori manifeſto differt, caule altiori, ad tres pedes, foliis latioribus, floribus congeſtis, in ſpicam nudam, calyce quinque brevibus ſubrotundis foliis facto, flore multo breviori: flore ampliori, ſpecioſae magnitudinis; Fabrica fructus incurvi paulum diverſa eſt, cum ſquamae ſuperioris oſtii duae inferiores ſint, una ſuperior, inferiorum una major, media, recta protenſa. Semina anguloſa, informia, undique aſpera, atra.

## *D I G I T A L I S.*

TOURNEF. T. 73. LINN. n. 496.

Calycis folia quinque inaequalia, ſuprema minora, ima maxima. Flos (MALPIGH. ic. 134.) lato tubo, & deorſum ventricoſo, parum difformis, terminatus ore patulo, cui quatuor ſegmenta ſunt, ſupernum emarginatum, lateralia minora, imum longius, & amplius, figura varia. Stamina incurva omnia, ſed longiora magis, conjunctioni loculorum inſerta. Tuba triquetra, fine lanceolato. Ovarium piriforme, incurve ovale, cum duabus, pro more, placentis, ſtylum longum retinet.

1. DIGITALIS foliis calycinis ovatis acuminatis ROYEN. p. 292.

*Digitalis purpurea* FUCHS. p. 893. DOD. Coron. p. 41. Pempt. p. 169. LOB. ic. p. 572. ex DOD. TAB. p. 568. GESN. Hort. p. 291 *b.* I. B. II. p. 813. RAJ. p. 767. T. aut. de Par. p. 432. I. R. H. & T. 73. A. E. F. K. L. M.
*Digitalis Fuchſii* GESN. Coll. p. 74. *flore purpureo* Hort. p. 256 *b.*
*Campanula ſylveſtris ſ. digitalis flore purpureo* TRAG. p. 888. cum icone.
*Virga regia major flore purpureo* CAESALP. p. 348.
*Digitalis flore rubro* AICHST. aeſt. ord. I. T. 2. f. 2.
*Digitalis purpurea folio aſpero* C. B. H. OX. II. p. 478. ZWINGER &c.

*Digita-*

*Digitalis* RIVIN. T. 103. BLAKWALL T. 16.
β Flore albo WEINMANN. T. 464 *a.* MAPP. &c.

C. GESNER ait „circa *Curiam Rhaetorum* reperiri. Circa *Mülhuſium* I. G.

Caulis hirſutus, erectus, parum ramoſus, tripedalis. Folia alterna, ampla, petiolata, ex ovatis & ellipticis longe lanceolata, villoſa, mollia, margine ſerrato. Spica longa, rara, florum ad unum latus diſpoſitorum, nutantium. Calycis folia ovalia. Color in flore purpureus, tubo albicante, interne purpureis maculis vario. Segmenta floris rotundiora. Semina pene quadrangula, ab altero latere ſulco diviſa.

Pro vulneraria habetur LOBEL. & ad ſtrumas commendatur inponenda. Sed acris eſt, & vomitus, alvumque ciet RAI. ut inter venenatas cenſeatur BOERHAAVIO. Extus contuſam herbam, aut unguentum ex floribus, ad podagram, ad ſtrumas, & hachitidem Angli laudant: noſtris officinis ignota eſt.

* DIGITALIS anguſtifolia folio ferrugineo inter Helveticas recenſetur a I. C. BAUHINO, neque repugnaverim, cum in M. *Vogeſo* ſupra Mülhuſium reperiatur. Nihil tamen ultra de loco natali innotuit.

2. DIGITALIS foliis calycis linearibus acutis, flore venoſo, maculoſo.

*Digitalis lutea* FUCHS. p. 894. non placet, THAL. TAB. p. 567. melius, LUGD. de BRY. WEINMANN. T. 463 *d.*
*Campanula ſylveſtris ſ. digitalis flore pallido* TRAG. p. 888.
*Digitalis flore majore pallidiore* GESN. Tab. Coll. p. 74.
*Digitalis Fuchſii flore luteo majore* GESN. Hort. p. 256 *b.*
*Digitalis tertia* DOD. p. 169.
*Virga regia major flore pallido* CAESALP. p. 348.
*Digitalis lutea flore majore, folio latiore* I. B. II. p. 813.
*Digitalis flore luteo* AICHST. aeſt. ord. I. T. f. 3.
*Digitalis lutea magno flore* C. B. Baſ. p. 70. RAJ. Syll. p. 116. Hiſt. p. 768. H. OX. II. p. 479. I. R. H. MURALT. p. 586. ZWINGER.

In montanis minime rara, v. g. in adſcenſu M. *Hauenſtein* ſupra *Balstal*, circa *Weiſſenburg*, verſus *Wimmis* &c. In M. *Uetliberg* copioſe MUR.

Caulis non ramoſus, ut priori, rectus, tripedalis, cum foliis hirſutus. Folia amplexicaulia, ſeſſilia, pariter longe lanceolata, margine obiter ſerrato. Flores in ſpicam raram, uno verſu etiam diſponuntur, colore ex herbaceo luteo, intus ex ſanguineo maculoſi & venoſi. Calycis folia lanceolata, & floris ſegmenta acutiora. Valvulae ſemiovatae, durae, acutae. Semina hinc convexa, inde ſulcata, acuta, exigua.

3. DIGITALIS foliis calycis linearibus, acutis, flore puro.

*Digitalis minori flore vulgatior* GESN. Coll. p. 74.
*Digitalis Fuchſii floribus luteis minor* EIUSD. Hort. p. 256 *b.*
*Digitalis quarta* DOD. p. 169.
*Virga regia* CAESALP. p. 348.
*Digitalis flore minore, ſubluteo, anguſtiore folio* I. B. II. p. 814.
*Digitalis major lutea, vel pallida, parvo flore* C. B. Baſ. p. 70. RAJ. p. 768. T. aut. de Par. p. 433. ZWING. I. R. H. MAGN. Char. p. 231.
*Digitalis lutea minore flore* H. OX. II. p. 479.
*Digitalis flore luteo minore* RIVIN. T. 104.
II. *Digitalis lutea* LOB. Adverſ. p. 245. *parva* ic. p. 573.
*Digitalis lutea anguſtifolia parva* C. B.

Similibus locis cum priori, non rara. In adſcenſu M. *Suchet* &c.

A priori differt foliis glabris, durioribus, anguſtioribus: floribus in ſpicam denſiorem congeſtis, minoribus, non maculoſis. Floris ſegmenta omnia acuta, & triangularia. Fructus & ſemina prioris.

## *G R A T I O L A.*

RIVIN. MAGNOL. LINN. n. 833.

A Digitali differt laciniis extremi tubi magis reflexis, amplioribus, ſubrotundis; Staminibus tantum duobus apices ferentibus, tubo flori adnexis, cum duo alia libera, & ſterilia ſint LINN. Folia conjugata.

1. GRATIOLA GESNER. Coll. p. 80. MATTHIOL. p. 697. bene, CAMER Epit. p. 464. DODON. ic. vet. II. p. 355. Purg. p. 119. Pempt. p. 361. 362. optime, LUGD. I. B. II. p. 434. RAI. Syll. p. 139. Hiſt. p. 1885. ZWINGER. p. 970. RIVIN. T. 105. BLAKWALL. T. 411. ROYEN. p. 292.

*Limneſium ſ. Centauroides* CORD. Dioſc. p. 86. cum icone GESNERIANA.
*Eupatorium Meſvae* GESN. Hort. p. 258.
*Gratiola ſ. Gratia Dei* LOB. ic. p. 435.
*Gratiola flore albo & Gratia Dei* AICHST. vern. ord. 6. T. 15. f. 2.
*Gratiola centauroides* C. B. P. MURALT. p. 675. MAGN. Char. p. 231.
*Digitalis minima gratiola dicta* H. OX. II. p. 479. T. aut. de Par. p. 266. I. R. H.
β *Flore albo* MAPP. p. 94.

*Ebroduni* frequentiſſima, inter arcem & lacum, & in pratis, ut ſint, quae inutilia fiant ob copiam pabuli inidonei. Circa *Anet*: Circa *Boudri* prope patibulum &c. Aufm *Riedt bey der Enge* I. GESNER.

Caulis teres, erectus, ramoſiſſimus, pedalis. Folia conjugata, ſeſſilia, acute elliptica, acute circumſerrata. Flores ex alis foliorum, in petiolis unifloris. Calycis folia acuta, lanceolata. Flos gracilior, tubo longo, ad extremitatem ſurſum reflexo, pallidus eſt, ſegmenta faucium purpurea, fauces lanugine lutea comantur.

Sapor amariſſimus, nauſeoſus eſt. Salibus variis abundat GEOFROI III. p. 531. Dudum inter purgantia recenſita eſt, teſte CORDO, & PONTANO diſcipulo CORDI, & HEROLDO apud MATTH. Epiſt. p. 203. & equos debilitare vi valida MATTHIOLUS ait, p. 212. C. GESNERUS doſin fixit expertus, in ſubſtantia ad ſcrupulum & ſemidrachmam *Epiſt.* p. 22 *b.* 38. 94. *Epiſt. ad* I. B. p. 147. in infuſo ad drachmam unam, BOULDUC paulo plus exhibet, pulverem nempe radicis a triginta, ad ſexaginta grana *Comm. Pariſ.* 1705. p. m. 247. qua doſi vomitum movere, & perinde uti Hypocacoanha Dyſenteriis prodeſſe teſtatur Addit TOURNEFORTIUS „ in lacte infundendam eſſe, cum in vino nimis calefaciat. In hydrope medico noſtrati familiaris eſt. Sed ibi, ſi labes viſcerum adfuerit, mortem praecipitat BOERH. *lect. Bot.* Vide malum eventum apud BUCHNERUM *Miſcell.* 1728. p. 870. BLAIRIUS omnino diffidit medicamento de maligniori indole ſuſpecto Dec. VI. p. 276. neque concedit CHOMELIUS, niſi in clyſtere pugillum unum. Sed praeterea vulneraria eſt, externo uſu, celebris circa *Ebrodunum*, ruſticorum curationibus: experimento confirmata CAESALPINI L. 5. c. 96. ut acute olim HOFMANNUS vim ſiccantem ejus & adſtringentem olfecerit.

*2. GRATIOLA alpina I. B. III. p. 435. RAI. p. 1885.

In M. *Braulio Rhaetorum.*

„ Caulis vix ſeſcuncem altus: Folia longa ad unciam; ſapor nullus eminet. Mihi tota ignota eſt, & ex Rhaeticis alpibus vulgarem adtulit HUBERUS.

* GRATIOLA *minor, herbula fruticoſa ſubdulcis* GESN. Tab. Coll. p. 80. Quid?

## *SCROPHULARIA.*

TOURNEF. T. 74. LINN. n. 494.

Calyx quinquefidus, ſegmentis inaequalibus, quorum ſupremum minimum eſt, ima maxima. Flos difformis, tubo brevi, lato, fauce ampliter patula. Labium ſuperius recta porrectum, bifidum, ſegmentis ſubrotundis, ſibi incumbentibus. Labium inferius trifidum; laterales partes breves, ex tubo floris continuantur, media ſemielliptica contra tubum floris ad acutiſſimum angulum reflectitur. Ex ortu labii ſuperioris ſquama bifida carnoſa antrorſum prodit. Stamina craſſa, incurva, apices uniloculares. Tuba fine breviter bifido, incurva. Fructus ſubrotundus, bivalvis, placenta pentagona circumdatur. Semina in duobus loculis plurima.

1. SCROPHULARIA foliis conjugatis, ex elliptico decreſcentibus, caule & ramo paniculatis nudiſque ſpicis terminatis.

*Scrophulariae majoris altera ſpecies* GESN. Hort. p. 286.
*Ocymaſtrum majus* TRAG. p. 184. abſque icone.
*Clymenum in aquoſis* GESN. Hort. p. 254. *b.*
*Scrophularia femina* CAM. Epit. p. 867. prima icon. ZWING. p. 923.
*Betonica aquatilis* DOD. p. 50. bene.
*Betonica aquatica major ſeptentrionalium* LOB. p. 533.
*Betonica aquatica* TAB. p. 544. minus bene, LUGD.

*Scrophu-*

*Scrophularia major* CAES. p. 349.
*Scrophularia maxima radice fibroſa* I. B. III. p. 421. cum icone aliena.
*Scrophularia aquatica major* C. B. Baſ. p. 68. RAJ. p. 764. T. aut. de Par. p. 300. I. R. H.
*Scrophularia aquatica major caule fimbriato* LOES. p. 248. ic. n. 75.
*Scrophularia radice fibroſa* H. OX. II. p. 482.
*Scrophularia aquatica* BLAKW. T. 86.
β *Minor* LOB. Teut. p. 633. C. B. HOFM. ELSH. BUXB. LIND. IOHR. MAPP. minime videtur differre.
*Scrophularia, paluſtris non foetida ſ. aquatica minor* PLUKN. Amalth. p. 190.

Ubique in aquoſis.

Radix longe fluitat, & innumerabilia filamenta longa, & alba, demittit. Caules alti, ad ſex pedes, rectiſſimi, quadrangulis alis ex angulis prodeuntibus. Folia Betonicae, ex ellipſi lente in mucronem decreſcunt, margine non profunde ſerrato. In iconibus veterum ima unam alteramque pinnam acceſſoriam habent, ſed eae ſunt omnino prima folia ramorum. Supremos ramos ſpicae laxae & aphyllae ubique terminant, factae ex floribus racemoſis, in petiolis multifloris. Galea atropurpurea, intus adhaerentem habet ſquamam cordiformen, craſſulam, obſcure purpuream. Segmenta barbae viridia, miſta ſpadiceo, aut purpureo. Calycis ſegmenta ſubrotunda, ora alba, anguſta. Fructus conicus, in duas acutas valvas diſſilit: placenta magna, rugoſa, ſemina anguloſa.

Folia trita faetent, amara ſunt: vires habent vulnerarias. Hanc Liquitajam eſſe Braſilienſium, qua addita nauſeoſus ſapor Sennae corrigatur, viribus non debilitatis, MARCHANTIUS per experimenta didicit *Comm. Paris.* 1701. p. m. 275. in quem LOCHNERUS commentatur EPH. NAT. CUR. Cent. VII. obſ. 65. Vulnerariam eſſe dudum LOBELIUS.

2. SCROPHULARIA foliis cordatis, conjugatis, caule & ramis ſpica nuda paniculata terminatis.

*Braunwurz* BRUNF. I. p. 213.
*Scrophularia* EIUSD. p. 215. DORST. p. 265 *b.* MATTH. p. 1130. CAM. Epit. p. 866. DOD. p. 50. RIVIN. T. 106. &c.
*Galeopſis* FUCHS. p. 194. CAES. p. 349.
*Ocimaſtrum* TRAG. p. 184.
*Urtica labeo* GESN. Ind. quadr. p. 142.
*Clymenum cum nodis in radice* GESN. Hort. p. 254 *b.*
*Scrophularia major* GESN. Coll. p. 106. Hort. p. 280. LOB. p. 533. LUGD. RAJ. p. 764. BLAKW. T. 87.
*Scrophularia major ſ. caſtrangula* TAB. p. 542.
*Scrophularia vulgaris & major* I. B. III. p. 421.
*Scrophularia nodoſa foetida* C. B. Baſ. p. 68. T. aut de Par. p. 143. I. R. H. ZANICH. p. 142. ic. 303. MAGN. Char. p. 232
*Scrophularia radice nodoſa foetida* MORIS. II. p. 482.
*Scropularia mas* ZWING. p. 922.
*Scrophularia foliis cordatis racemo terminatrici* LINN. Cliff. p. 322. ROYEN. p. 293.
β Foliis ad nodos *ternis*, caule *pentagono* PONT. Comp. Tab. p. 68.
γ Foliis & floribus viridibus, RAJ. Syn. III. p. 283. *

Ad vias, & foſſas, non aquoſas. Varietatem γ *Goettingae* reperi.

A prima differt radice tuberoſa, multiformi; caule non alato, licet quadrangulari, foliis circa pediculum exſciſſis. Color in galea purpureus, viridior in barba, & ſquamula galeae ſimilis.

Folia amara, & foetida ſunt; Reſolvit, aperit, ulcera repurgat: Ex radice emplaſtrum fit ad coecas haemorrhoides, ex foliis putrefactis ad ſcabiem TRAGUS, CRATO, Conſil. L. III. Similia in ulceribus antiquis ipſe foliorum pulvis facit, qui perinde, ut radix, intus ſumtus haemorrhoidum dolores dicitur tollere HENR. ab HEERS &c. Verum neque in ſcrophulis, neque in dolentibus haemorrhoidibus fidam reperiſſe virtutem teſtatur BUCHWALD. p. 260. Non alia planta vulnera in obſidione Rupellenſi ſanata fuiſſe ait CHOMELIUS.

3. SCROPHULARIA foliis conjugatis cordatis, profunde inciſis, petiolis multifloris, ex alis foliorum prodeuntibus.

*Lamium II. Urticae folio* CLUS. Pann. p. 594. 595. cum bona icone.
*Lamium Pannonicum II. exoticum* CLUS. Hiſt. p. XXXVIII.
*Scrophularia montana maxima* COLUMN. p. 191.

*Scrophularia lutea magna, amplis foliis* I. B. II. p. 422.
*Scrophularia flore luteo* C. B. Prodr. p. 112. cum icone, PARK. RAJ. p. 765. RIVIN. T. 106. bene, I. R. H.
*Scrophularia annua folio lamii flore luteo* H. OX. II. p. 482. PLUKN. &c.
*Scrophularia montana maxima latifolia* BARREL. ic. 273.
*Scrophularia foliis cordatis oppoſitis, pedunculis lateralibus ſolitariis multifloris.* LINN. Cliff. p. 322. ROYEN. p. 293.

*Biſchoffszellae* in *Turgoja* D. SCHERBIUS legit, & ad I. GESNERUM miſit.

Folia profundius inciſa, latiora, ut longitudo non multum cedat latitudini, cum toto habitu hirſuta. Flores racemoſi, in petiolis multifloris, ex alis foliorum, non in ſpicam nudam. Calycis folia ex ellipticis acuta, quae prioribus obtuſa ſunt; flos ex viridi pallet. Caetera priorum.

4. SCROPHULARIA foliis pinnatis, ramis paniculata ſpica terminatis.
*Herba foliis Pyrethri, caule cubitali, flore & ſemine ſcrophulariae* CORD. ſylv. p. 221.
*Ruta canina* CLUS. p. CCIX. LOB. II. p. 55. TAB. p. 136. LUGD.
*Duae fruticoſae in alpibus, minor* CAESALP. p. 349.
*Scrophularia tertia Dodonaeo tenuifolia; Ruta canina quibusdam vocata* I. B. III. p. 423.
*Scrophularia, ruta canina dicta, vulgaris* C. B. Baſ. p. 68. I. R. H. ZANICHEL. p. 242. ic. 212.
*Planta caule craſſo* &c. MENZ. Ingolſt. p. 114. n. 101.
*Scrophularia altera ruta canina dicta* PARKINS. RAJ. Hiſt. p. 766.
*Scrophularia major, ruta canina vulgo dicta* MORIS. II. p. 483.
*Scrophularia foliis pinnatis, racemo terminatrici nudo, pediculis bifidis* LINN. Cliff. p. 322. ROYEN. p. 294.
II. Huc Icon monſtroſa *Sideritidis tertiae* MATTH. p. 1000. ob fructus (vide CAM. Hort. p. 159. & C. B. ad LUGD. p. 48.) Quae tertia LUGD. *altera* TAB.
β *Scrophularia minor, ruta canina dicta* H. OX. II. p. 483. I. R H.

Major abundat ad litora. Lacus *Juratenſis* verſus *Valorbe.* Baſileae ad *Wieſam,* ad *Birſig* fluv. ad *Rhenum* eundo ad *Grenzach.* Circa *Genevam* RAI. In *Combe bioſſe* prope M. Chaſſeral GAGNEBIN. Minor ad *Arolam* inter *Arberg* & *Worben.*

Caulis rectus, cubitalis, quadrangulus, ramoſus. Folia ima tantum inciſa, ſuperna tenuiter diviſa, pinnata, nervo lato, pinnis alternis latiuſculis, ſemipinnatis, denticulis exiguis, modo acute, modo rotunde terminatis, & in progreſſu lateſcentibus. Flores in ſummis ramis in ſpicam nudam, paniculatam, laxam, uti primis ſpeciebus. Calycis ora argentea ſplendens, ſegmenta ſubrotunda. Floris tubus atropurpureus, aut albus: galeae laciniae atropurpureae, barbae margo roſeus. Apices magni, purpurei, polline aureo. Ovarium breve, ad fundum fiſſile, placenta craſſa, rugoſa.

## *PEDICULARIS.*

*PEDICULARIS* ſpec. TOURN. & LINN.

Hoc nomine trado plantas, quibus calyx monophyllos, in quinque plerumque inaequalia ſegmenta, per ambitum modo ſimplicia, modo dentata & criſtata, dividitur, flos ex tubo valde hiat, galea ſuperior in roſtrum abit, quod modo longius eſt, modo breve & obtuſum; & labium inferius pene aequabiliter in tria ſegmenta ſubrotunda finditur, ut tamen medium minus ſit. Fructus ex ovato conicus, conpreſſus. Semina anguloſa. Stamina duo majora in galea conſpicua, & tuba galea longior.

### ORDO I.
### I. ROSTRO GALEAE LONGO, ACUTIORI
### I. CALYCE CRISTATO.

1. PEDICULARIS alpina, foliis alternis, pinnatis, pinnulis pinnatis, floribus ochroleucis roſtratis, in ſpicam congeſtis SPEC. de *Pedic* n. 11. & T. XV.
*Alectorolophus major* CLUS. Pann. p. 707.
*Alectorolophus alpina I.* EIUSD. Hiſt. p. CCX.
*Filipendula montana* DOD. p. 56. ex CLUS. TAB. p. 141. AMBR. PARK.
*Oenanthe ſ. Filipendula altera montana* LOB. Adv. p. 326. ic. p. 730. ex CLUS. LUGD. p. 784.
*Oenanthe alia Myconi* LUGD. p. 786. mala icon, ſi haec eſt.

*Pedicu-*


Tab.XV.pag.620.
Pedicularis Alpina foliis alternis bis pinnatis floribus ochroleucis roſtratis in ſpicam congeſtis.
C. F. Fritsch. Sculp. Götting

*Pedicularis bulboſa* I. B. III. p. 438. non bene, RAJ. p. 771. *. HERM. SCHEUCHZ. It. V. p. 425. cum bona deſcriptione. It. I. p. 46. cum malis ſynonymis.
*Filipendula montana flore pedicularia*e C. B. ex CLUS. WAGN. MUR. p. 669.
*Filipendula montana major albida* PARK. p. 436. in textu.
*Pedicularis alpina purpurea major, radice Oenanthes vel Aſphodeli* MOR. III. p. 42. Color erroneus ex male lecto CLUSIO. irrepſit.
*Alectorolophus montana flore albo* BARREL. ic. 469. *luteo* BOCCON. Muſ. di Fiſ. p. 315. T. 8.
*Pedicularis alpina major albida radice Oenanthes vel aſphodeli* PLUKN. p. 283.
*Pedicularis alpina aſphodeli radice purpuraſcente flore* I. R. H. MAGNOL. Hort.
*Pedicularis caule ſimplici foliis lanceolatis ſemipinnatis ſerratis acutis* LINN. Lap. n. 242. T. 4. f. 1. E foliis eſt minus diſſectis, propior iconi I. B. ſed ima deſunt, neque videtur differre ROYEN. p. 299.
II. *Filipendula alpina* LUGDUN. p. 1138. TIT.
*Pedicularis alpina lutea* C. B. PARK. RAJ. p. 771. I. R. H. TILL.
*Pedicularis alpina, flore luteo, radice nigra*, MOR. III. p. 427. non autem I. B.

Copioſe floret circa moles glaciales vallis *Grindeliae*, & in *Gotthardo* M. Suam ex alpibus *Toggicis* MURALTUS. Circa thermas *Valeſias*, I. GESNERUS.

Radix fit numeroſis bulbis, oblongis, teretibus, pene lignoſis, in unum caput collectis. Folia ad terram copioſa, eleganter expanſa, pinnata, numeroſiſſimis paribus, ad viginti. Pinnae & ipſae ita profunde dentatae, ut ſemipinnatae ſint, pinnulis ipſis uno & altero dente notatis. Caules non ramoſi, dodrantales, pene nudi, hirſuti. Flores in ſpicam denſam, foliolis diſtinctam, quae vix ultra calyces eminent. Color ipſis ochroleucos.

2. PEDICULARIS alpina, foliis alternis, pinnulis inciſis, floribus ſparſis, roſtratis, purpureis, SPEC. *de pedicul.* n. XII. T. XVI.
An *Alectorolophus Alpinus minor* CLUS. Pann. p. 707.
*Alectorolophus alpina III.* EIUSD. Hiſt. p. CCX. Videtur ex loco natali, rarioribus foliis, calyce criſtato.
An *Pedicularis alpina, purpurea, ſtrigoſior, ſpica oblonga, incana, floribus alternatis, & per intervalla poſitis* BURS. Act. ſuec. p. 405? ſed noſtra non poteſt nomen *ſpicatae* admittere.
*Pedicularis alpina filicis folio minor* C. B. MOR. I. R. H. TIT. TILL. ex CLUS.

Ad viam regiam *Gotthardi* M. quae nuper diffractis rupibus munita eſt.

Radix fibris conſtat teretibus, in caput collectis. Caules pene nudi, parum ramoſi, dodrante minores. Folia pauca, ad terram nulla, pinnata, nervo, lato, pinnis profunde inciſis, ſeptem, aut octo parium. Ex alis foliorum longi petioli uniflori. Calyx ſubhirſutus. Flos ſplendide purpureus.

3. PEDICULARIS foliis pinnatis, pinnulis obtuſis dentatis, galea roſtrata. T. VIII. GAGNEBIN ex alpibus *Cottiis*: addit ſe eamdem legiſſe ſupra *Villeneuves* Bernenſium. Caulis hirſutus, durus, erectus, non ramoſus, dodrante minor. Folia pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis uno alterove dente notatis, obtuſis, tota craſſa & pulpoſa. Flores in ſpicam rariorem congeſti, foliis minime diſtinctam. Calyx criſtatus & amplus. Flos ſpecioſus, Galea longa falcata, acute terminata. Labium inferius ellipticis ſegmentis diviſum. Videtur purpureus fuiſſe.

## ORDO II.
## II. GALEA OBTUSA BREVIORI.
## I. CALYCE CRISTATO.

4. PEDICULARIS caule ramoſo, erecto, calyce bifido.
*Pedicularis campeſtris prior ſpecies* TRAG. p. 249. cum bona icone.
*Fiſtularia procerior in paluſtribus Hollandiae* DOD. p. 556.
*Quaedam in alpibus* CAESALP. l. 8. c. 38. p. 300.
*Ruta pedicularia Pedicularis* TAB. p. 690.
*Pedicularis Danica maxima* LOB. Illuſtr. 147.
*Pedicularis pratenſis purpurea* C. B. Baſ. p. 49. haec enim, non altera, *Michelfeldae* naſcitur, & eadem eſt, procul dubio, planta MURALTI prope lacum *felinum* p. 612.
*Pedicularis purpurea aquatica recta & procera* BURS. act. ſuec. p. 504.
*Pedicularis Tragi* MERRET. p. 91.
*Pedicularis paluſtris rubra elatior* RAJ. p. 700. SUTHERL. SIBB. COMMEL. ZWING. TOURN. T. aut. de Par. p. 294. I. R. H. & T. 77. A. D. E. H. I. K. L. MORIS. III. p. 428. VAILL. &c.
*Pedicularis* RIVIN. T. 91. optime DILL. SPEC. pedic. n. VI.

 β *Flore*

β *Flore albo* TAB. in text p. 1183. RAJ. TOURN. DILL. &c.

γ *Flore viridi* ELSHOLZ. MENZ.

Haec in *Helvetia* non rara eſt; *Michelfeldae* in paluſtribus. *Bernae* ubique in pratis udis, circa *Seelhofen*, *Gumlingen* &c. In alpinis etiam humilior provenit. Flore albo reperi circa *Seelhofen*, & ſupra *Gurnigel*, & flore roſeo ibidem.

Radix unica, craſſa, depacta. Caulis ad terram ramoſus, pedalis & altior, rectus. Folia plurima pinnata, nervo lato, pinnarum paribus ad viginti uſque, oblongis, profunde dentatis, ut ſemipinnata videantur. Plerumque fuſco colore tinguntur. Flores ex alis foliorum petiolati, in ſupremo caule raram ſpicam faciunt. Calyx ſubhirſutus, ventricoſus, conpreſſus, bifidus, ſegmentis criſtatis. Flos purpureus, craſſo tubo, galea obtuſa, cis finem ſpinulam educente, fauce valde hiante, barba tripartita, ſubrotundis ſegmentis. Ungues piloſi. Tuba paulum eminet. Ovarium calyci aequale, lato & difformi rictu hiat, pene ovale; ſemina ovata, minime marginata.

5. PEDICULARIS caule ramoſo, procumbente, floribus ſparſis, obtuſis.

*Alectorolophus* DOD. ic. vet. II. p. 52.

*Fiſtularia* EIUSD. p. 556. bene.

*Alectorolophi III. varietas* CLUS. Pann. p. 710. & icon p. 709.

*Alectorolophi III. genus alterum* EIUSD. Hiſt. p. CCX. CCXI. cum icone ex DODONAEO.

*Pedicularis* LOB. p. 748. ibidem, RAJ. Cant. MERR.

*Pedicularis, quibusdam criſta Galli, flore rubro* I. B. III. p. 476. MENZ.

*Pedicularis pratenſis purpurea* C. B. quod ad ſynonyma, ELSH. SUTH. SIBB. HERM. ZWING. p. 893. cum icone, T. aut. de Par. p. 294. I. R. H. &c.

*Pedicularis pratenſis rubra vulgaris* RAJ. p. 770.

*Pedicularis purpurea paluſtris ſeu pratenſis vulgaris humilior* MORIS. III. p. 427.

*Pedicularis minor* RIVIN. T. 91. DILL. nov. ſpec. p. 40.

β *Flore albo* CLUS. Hiſt. p. CCXI. I. B. C.B. LOES. HOFM. MORIS. T. &c.

Paſſim circa *Ferrieres* vulgaris eſt GAGNEBIN.

A priori facile differt, caule humili, procumbente, ramis patulis, foliis minoribus, pinnatis, ſed paucioribus pinnis, & late cum nervo confluentibus; floribus fere ſeſſilibus, longioribus, ſtrictioribus, pallidius purpuraſcentibus, ad fauces maculoſis; calyce quinquefido, dente imo minimo, reliquis criſtatis: Reliqua fere conveniunt.

Adſtringentem eſſe, vulnerariam, ulcera ſanioſa ſiccare olim DODONAEUS. Noſtro tempore ad ſimiles uſus, etiam interne, cum Arnica praedicant MOEHRINGIUS in *hiſtoriis medicis* & OVELGÜN E. N. C. Vol. V. obſ. 158. Suſpecta fuerat I. BAUHINO, uti tota claſſis non eſt abſque ingrata acrimonia.

## ORDO III.
## II. GALEA OBTUSA.
## II. CALYCE NON CRISTATO.

6. PEDICULARIS caule erecto, non ramoſo, pinnis foliorum retroverſis, imbricatis.

An *Alectorolophi alpini majoris varietas floribus pallidis* CLUS. Pann. p. 707. ob radices, Aſparagi ſimiles.

Quae *Alectorolophus II. floribus pallidis* EIUSD. Hiſt. p. CCX.

*Filipendula montana altera floribus pallidis* C. B.

*Filipendula montana altera* RAJ. p. 771. MURALT. p. 669.

*Pedicularis alpinae purp. majoris varietas foliis mollioribus pallidis* MORIS. III. p. 429.

*Pedicularis altera aſphodeli radice* I. R. H. TILL.

*Pedicularis caule ſimplici, foliis ſemipinnatis obtuſis, laciniis imbricatis crenatis* LINN. Lap. n. 244. T. II. f. 2. SPEC. de pedic. n. VIII. T. XVI.

II. An *Herba aſplenio perſimilis* GESN. deſcr. fract p. 65. breviſſime

*Pedicularis alpina folio ceterach* C. B. videtur, WAGN. I. R. H. SCHEUCHZ. It. V. p. 427. cum deſcriptione, an RUDBEK. p. 99.

In M. *Pilati* SCHEUCHZER. Copioſe legi in adſcenſu *die Leitern*, qua pervenitur ad cacumen M. *Neunenen*. Suam MURALTUS in alpibus *Glaronenſibus*. In M. *Lützliſalp* & *Sattel Abbatiſcellanorum* GESNER.

Radix fit aliquot bulbulis teretibus, longiſſimis. Caulis non ramoſus, rectus, triuncialis, Folia glauca, ad terram multa, ad caulem ſparſa, pinnata, pinnis adeo congeſtis, ut mutuo ſe contegant, retroverſis, per oram acute ſerratis, cum nervo, & inter ſe in extremo folio, confluentibus. Flores ſubrecti, caulem terminant.

Calyx



f. 1. Pedicularis Alpina foliis alternis pinnatis pinnulis inciſis floribus ſparſis purpureis; roſtratis.

f. 2. Pedicularis Alpina foliis alternis pinnatis floribus atro rubentibus in ſpicam congeſtis.

f. 3. Pedicularis Alpina caule ſimplici foliis ſemipinnatis obtuſis laciniis imbricatis crenatis


f. 2. Pedicularis Alpina foliis bis
pinnatis floribus ochroleucis
in ſpicam cõngeſtis.
f. 1 Pedicularis Alpina floribus
purpureis ſpicatis foliis
pinnatis conjugatis
C. F. Fritsch Sculp. Gotting

Calyx quinquefidus, non criſtatus. Flos praelongus, labio ſuperiori ſpinula deſtituto, rictu peramplo, barba trifida, ſubrotundis ſegmentis: totus dilute luteus eſt, ſumma galea ferrugine notata. Tuba eminet. Si a calyce liceret notam ſumere, haec, & ſequentes ſpecies, ſimplicibus, neque criſtatis, ſegmentis differrent a prioribus. Sed repugnat analogiae ſpeciei I. & 2. quae tamen calyce & ipſae diverſae ſunt.

7. PEDICULARIS alpina, foliis alternis, pinnatis, floribus ex atro rubentibus in ſpicam denſam congeſtis SPEC. *de pedic.* n. X. T. XVI.

An *Pedicularis alpina purpurea major* SCHEUCHZ. It. V. p. 426. Non repugnat.

Ad glacialem molem, ex qua *Rhodanus* ſcaturit, neque alibi. An eadem, quam GESNERUS ait naſci *auf der alten Alp*, & *Wagenluken*.

Radix lignea, tranſverſa, fibroſa. Caulis unicus, non ramoſus, rectus, cubitalis. Folia pinnata, pinnis omnibus confluentibus, longis, ellipticis, continuo dentatis, parium fere ad ſedecim. Spica brevis & denſa. Flores in tota familia minimi, colore triſti ex ſanguineo, Scrophulariae, galea obtuſa, abſque ſpinulis; rictus non maximus. Stamina flava, ex flore eminent, quod in hac familia rarum eſt.

Folia & ſpicam hujus ſpeciei icon CLUSIANA exprimit, dicta ad n. I. ſed radice differt & colore.

8. PEDICULARIS foliis alternis, pinnis pinnatis, foliis ex ſpica florigera longe eminentibus. Icon eſt T. XVII. Conf. SPEC. de Pedic. n. IX.

*Pedicularis major alpina* LUGD. p. 1138. PARKINS.
*Pedicularis major Dalechampii* I. B. III. p. 438. RAJ. p. 770.*
*Pedicularis alpina filicis folio, major* C. B. MOR. III. p. 427. WAGNER. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 26. It. VII. p. 516. certo.
II. *Pedicularis alpina flore luteo, radice nigra* I. B. III. p. 438. omnino, SCHEUCHZ. It. V. p. 426.

Non rara ad lapidoſa alpium: in adſcenſu *Gemmii*, *Neunenen*, *Stokhorn*, *Waach. Auf dem Sattel* & *hinter dem Oehrli Abbatiſcellanorum* I. GESNER.

Radix unica, craſſa, praelonga. Caulis pedalis & ultra, rectus, latus, non ramoſus. Folia pauca, vel ad truncum, vel humi, multa ſub ſpica, & inter flores, hirſuta, ſubtus pallida, triangulariter decreſcunt. Nervus non folioſus, durus: pinnae ad viginti paria, longiſſimae, pinnatae: pinnulae dentatae, peracutae, confluentes. Spica denſa, foliis longe eminentibus diſtinguitur. Calyx hirſutus, turgidus, inaequaliter ſectus. Segmentum medium barbae latius. Totus flos ochroleucos, hirſutus; galea valde obtuſa.

9. PEDICULARIS alpina, floribus purpureis ſpicatis, foliis pinnatis, verticillatis SPEC. n. V. T. XVII.

An *Alectorolophi alpini majoris varietas, floribus purpureis* CLUS. Pann. p. 707. Sed ait, ſe circa *Gentilly* legiſſe, cum noſtra in planitiem non deſcendat.
*Alectorolophus alpina II. floribus purpureis* CLUS. p. CCX.
*Filipendula montana altera floribus purpureis* C. B.
*Pedicularis alpinae purpureae* n. 12. *varietas foliis mollioribus, floribus purpureis* MORIS. III. p. 427. Omnes ex CLUSIO.
*Pedicularis alpinae folio Ceterach altera ſpecies* SCHEUCHZ. It. V. p. 426. certo.

Reliquis vulgatior, ubique in pratis alpinis naſcitur.

Radix lignoſa, ſimplex. Caules ex una radice multi, dodrante humiliores, non ramoſi. Folia ad terram multa, ad caulem verticillata, bina, quaterna, mollia, pinnata, pinnis ad decem paria, ellipticis, ſerratis, nervo lato; nigricant plerumque. Spica denſa, lata, foliis diſtincta, ſed quae floribus breviora ſint. Calyx albus, viridibus venis diſtinctus, dentibus mediis bifidis. Flos laete purpureus, labio inferiori amplo, medio ſegmento anguſtiori. Stamina alba, ferrugineis apicibus.

## *A L E C T O R O L O P H U S.*

*CRISTA GALLI* RIVINI.
*RHINANTHI* Sp. LINN. n. 511.

Calyx peramplus, lateraliter latus, ſupra & infra apertus, conpreſſus, inciſus quatuor dentibus ſimplicibus, triangularibus. Flos ſatis ſimilis Pediculari, galea bifida, ſubtus late appendiculata. Apices lanugine barbati. Fructus conpreſſus, in calyce adoleſcit. Semina conpreſſa, fere ſemilunaria, ala tenuiori marginata. Folia conju-

conjugata. RHINANTHVS ſ. ELEPHAS fructu, calyce, flore, eoque manifeſtiſſime peculiari, abunde differt.

1. ALECTOROLOPHUS calycibus hirſutis, foliis inter flores latioribus.

*Criſtae galli genus in montibus alterum* CAESALP. L. 8. c. 37.
*Pedicularia lutea* TAB. p. 791. bene.
*Criſta Galli mas* I. B. III. p. 436. cum deſcriptione, RAJ. p. 769.
*Major varietas Alectorolophi, ſ. criſta Galli Dodonaei* HOFMAN.
*Pedicularis lutea pratenſis elatior & majoribus foliis* MORIS. III. p. 426.
*Pedicularis pratenſis lutea erectior calyce floris hirſuto* T. aut. de Par. p. 294. I. R. H. VAILL.
*Criſta Galli* DILL. Gieſſ. p. 80.
*Criſta Galli major & elatior calyce floris hirſuto, rictus limbo violaceo* RUPP. p. 194.

In Helvetia non rara. *Bernae* ad vias, & in agris.

Caulis plerumque ramoſus, cubitalis. Folia ex ellipticis longe decreſcunt, nervo medio, & lateralibus inter ſe parallelis, conſpicuis, ambitu rotunde crenato, pilos habent breves, colore ſunt ſublivido. Flores in ſpicam diſtincti foliis latioribus, albicantibus, quae floribus breviora ſubponuntur. Adpendices ſ. ſpinulae herbaceae galeae, modo coeruleae, modo pallidae, flos ipſe flavus: barba ad fauces maculoſa, medio ſegmento latiore, transverſim elliptico.

2. ALECTOROLOPHUS calycibus glabris, foliis inter flores latioribus.

*Criſtae gallinarum* RUELL. p. 437.
*Verbenaca recta* CORD. p. 66.
*Pedicularis campeſtris 2. ſpecies* TRAGI p. 250. abſque icone.
*Alyſſon pratenſe ſ. Ruellii* GESN. Coll. p. 57 *b.*
*Criſta Galli* DOD. Cereal. p. 219. 220. Hiſt. p. 555. 556. *herbariorum* LOB. p. 529. eadem icon.
*Criſtae genus in montibus* CAESALP. p. 341.
*Criſta Galli femina* I. B. III. p. 436. DILL. nov. ſpec. p. 44.
*Pedicularis pratenſis lutea vel criſta Galli* C. B. Baſ. p. 50. H. OX. III. p. 426. T. aut. de Par. p. 204. I. R. H. & T. 77. B. F. D. M. N. O. P. PONT. p. 78.
*Pedicularis ſ. criſta Galli lutea* RAJ. p. 769.
*Alectorolophi ſ. criſtae Galli varietas minor* HOFMAN.
*Criſta Galli pratenſis humilior coma fuſca* RUPP. p. 194.
*Criſta Galli* RIVIN. T. 91.
*Rhinanthus corollae labio ſuperiore breviore* LINN. Lap. n. 248. Cliff. p. 325. ROYEN. p. 298.
β Varietas macilentior, ramoſior, foliis peranguſtis.
*Criſta Galli anguſtifolia montana* C. B. Prodr. p. 86. P. PARK. RAJ. p. 771. * MORIS. III. p. 427.
*Criſta galli montana anguſtifolia ſerotina* RUPP. p. 194.
*Pedicularis major anguſtifolia ramoſiſſima, flore minore luteo, labello purpureo* DILL. Syn. RAJ. III. p. 284. *
*Pedicularis anguſtifolia montana* I. R. H. MAPP.

Prior ubique in pratis humidis, adpendicibus galeae ariſtatis, modo coeruleis, modo pallidis. Altera ſupra *Biennam* in pratis altioribus & ſylvis *It. Helvet.* n. XIX.

Humilior eſt, foliis anguſtioribus, evidentius ſerratis, calycibus glabris, florum colore flavo tinctiori.

Inutilis eſt, ſegetes & prata corrumpit, exoſa agricolis. VRATISLAVIENSES panem coeruleum reddere, non noxium tamen facere teſtantur *Act.* 1718. M. *Jul.*

## *S T A E H E L I N I A.*

SPEC. de pedic. n. 2. 3.
*BARTSIA* LINN. n. 965.

Inter Alectorolophum & Melampyrum media eſt. Habitus prioris; flos magis ad poſterius accedit, ob tubum longum, lateſcentem, rictum floris minimum, ſegmenta barbae parva, fructum minime conpreſſum ex ovato conicum. Differt a Melampyro galea emarginata, ſtaminibus barbatis, calycis ſegmentis brevibus, quibus cum Alectorolopho convenit, ſeminum figura ſolida, anguloſa, & abſentia bractearum diverſae fabricae inter flores.

1. STAEHELINIA.

*Clinopodium alpinum* PONAE p. CCCXLIII. Ital. p. 207. habitum exprimit, non optima PARKINS. RAJ. p. 554. ubi male ad *Acini* pulchram ſpeciem refertur.

*Chamae-*

*Chamaedry vulgari falſae aliquatenus affinis alpina & Clinopodium alpinum Ponae* I. B. III. p. 289. cum icone meliori, RAJ. Syll. ext. p. 302.
*Teucrium alpinum coma purpuro coerulea* C. B. TIT. It. MURALT. p. 637.
Et *Clinopodium alpinum hirſutum* C. B. utrumque ex Pona, MORIS Prael. p. 382. PLUKNET.
*Pedicularis alpina purpurea, Teucrii folio* MORIS. III. p. 428.
*Pedicularis alpina Teucrii folio purpuraſcente coma.* I. R. H. RUDBEK. p. 99.
*Euphraſia caule ſimplici, foliis cordatis, ſeſſilibus, obtuſe ſerratis* LINN. Lap. n. 246.
*Bartſia foliis oppoſitis, cordatis, obtuſe ſerratis* CLIFF. p. 325. ROYEN. p. 298.
II. *Teucrium alpinum inodorum magno flore* C. B. Prodr. p. 116. pro nova, PARKINS. RAJ. p 626.*. WAGN. SCHEUCHZ. It. I. p. 50. It. IV. p. 341. It. V. 428. cum mala deſcriptione fructus, It. VII. p. 519.
III. *Crataeogonum foliis brevibus, obtuſis, Weſtmorlandicum* RAJ. Cat. Angl. p. 83. Hiſt. p. 773.
*Euphraſia ſ. Crataeogonum foliis brevibus obtuſis Weſtmorlandicum* PLUKN. p. 142. T. 28. f. 1. non bene.
*Euphraſia erecta foliis brevibus & obtuſis, Veronicae, Weſtmorlandica* MORIS. III. p. 431. T. 24. f. 9. non bene.
*Pedicularis Anglica foliis brevibus obtuſis* TOURN.
*Euphraſia rubra Weſtmorlandica foliis brevibus obtuſis* RAJ. Syn. III. p. 285. * cum bona deſcriptione.

Vulgaris eſt in omnibus lapidoſis jugis *Jurae*, & alpium, non altiſſimis.

Radix perennis; caulis non ramoſus, vix dodrantalis, erectus, obſcure purpureus. Folia cordata, ſed ſeſſilia, hinc vix conſpicue exſculpta, brevia, obtuſa, nervoſa, ſubrotunde crenata, luridi coloris. Flores in ſumma planta in ſpicam folioſam congeſti, breviter petiolati, obſcure violacei. Calyx hirſutus. Tubus floris craſſus, ventricoſus, hiatus exiguus, cum galea, paululum longior, barbae incumbat; Brevis illa, fornicata, emarginata, uti Alectorolopho. Barba trifida, ſegmentis brevioribus, quam Pediculari, plerumque contracta. Sub apicibus pili pallidi, copioſi. Valvae per medium ſemiſepto diſtinguuntur. Tuba globulo donata, longe eminet.

Cum prior, ni fallor, monuerim, hanc plantam novum generis nomen mereri, primus idem inpoſuerim, ſpero Botanicos idem ſervaturos, in memoriam STAEHELINI, amici olim VAILLANTII, qui in minimarum plantarum notitia non multos pares habet, & hoc ipſum opus ſungorum, & adfinium, deinde rariorum indigenarum plantarum aliquot centuriis auxit & ornavit.

## *MELAMPYRUM.*

TOURNEF. T. 78. LINN. n. 507.

Calyx quadrifidus, dentibus gracili mucrone terminatis. Flos pene *Staeheliniae*, paulatim lateſcens, galea cava, ſimplici, acuta, non emarginata, longiori, recta porrecta, rictu amplo, barba tridentata, & inter dentes eminente, fructu ex quadrangulari ovato, acuto, tetraſpermo, ſeminibus teretibus. Folia conjugata.

1. MELAMPYRUM ſpica brevi & denſiſſima, foliis inter flores criſtatis, apice reflexis.

I. *Melampyrum luteum linariae folio* C. B. Prodr. p. 112. MORIS. III. p. 429. T. 23. f. 4.
II. An *Criſta* CAESALP. p. 340.
*Melampyrum luteum anguſtifolium* C. B. P. Baſ. p. 67. PARKINS. MILL.
*Melampyrum criſtatum flore albo* (& purpureo) I. B. III. p. 440. bene I. R. H. &c.
*Melampyrum criſtatum* RAJ p. 775. ZWING. RIVIN. T. 80 optime.
*Melampyrum anguſtifolium criſtatum ſpica quadrata, floſculis ex luteo palleſcentibus noſtras* PLUK. p. 249. T. 99. f. 2.

C. B. in *Muteto* M. & *Waſſerfall.* Ego inter *Mathod* & *Orbe*, & paſſim in dumetis agri *Aventici.* Circa *Genevam* RAI. in montibus ſylvoſis. Mr. GAGNEBIN in ſegetibus circa *Sonvillier* verſus *Charboniere.*

Caulis erectus, ramoſus, pedalis. Folia minime ſerrata, fere linearia, longa, & anguſta. Summi rami terminantur denſiſſima ſpica florali. Eam faciunt folia latiſſima, in carinam plicata, criſtata, margine profunde & acutiſſimo ſerrato, mucrone deorſum flexo, quorum quodvis ſuum florem comprehendit. Ejus tubus in ortu purpureus eſt, barba lutea, galea modo alba, modo purpurea.

2. MELAMPYRUM ſpica denſa, longiori, foliis inter flores laciniatis, adſcendentibus.

*Braun Fleiſchblumen* BRUNF. II. p. 58.
*Trifolium majus*, EIUSD. III. p. 47. commode
*Triticum vaccinum* TRAG. p. 662. GESN. Coll. p. 112 *b.* DOD. p. 541. cereal. p. 149. LUGD.
*Parietaria ſylveſtris III.* CLUS. p. XLIV. Pann. p. 605. cum bona icone.
*Melampyrum, triticum vaccinum Tragi, Cordi, & Dodonaei,* LOB. p. 37.
*Melampyri V. ſpecies* THAL. p. 79. & forte VI. EIUSD.
*Melampyrum, triticum nigrum, ſ. bovinum* TAB. p. 241.
*Melampyrum multis triticum vaccinum* I. B. III. p. 439. RAJ. p. 774.
*Melampyrum coma purpuraſcente* C. B. Baſ. p. 67. MORIS. III. p. 428. ZWING. p. 852. cum icone majori. PLUKN. T. aut. de Par. p. 288. I. R. H. MAGN. Char. p. 238.
*Melampyrum arvenſe* RIVIN. T. 79. bene.
*Melampyrum foliis laciniatis laxe ſpicatis* ROYEN. p. 298.
β Coma alba MAPP. &c.

In ſegetibus circa *Baſileam*, *Biennam* &c. abunde.

Caulis erectus, valde ramoſus, firmus, cubitalis. Folia lingulata, longiſſime lanceolata, ſuperius ad originem inciſa. Spicae denſae; folia inter flores laciniata, purpurea. Labium ſuperius in ambitu piloſum, ex albo ferrugineum. Inferius ferrugineum, fauces flavae. Staminum apices connaſcuntur, ad baſin barbati. Fructus ovalis, acuminatus. Semina pediculata, hinc convexa, inde cava.

Semen panem coeruleo colore (TRAGI) & ingrato ſapore inficit (CLUS.). Vaccis non diſplicet ADVERS. p. II.

3. MELAMPYRUM ſpica laxiſſima, foliis inter flores laciniatis, patentibus

*Parietaria Lipſienſium* TRAG. p. 193. ſolum nomen.
*Coma coerulea* GESN. ad I. B. P. 95.
*Parietaria ſylveſtris I.* CLUS. Pann. p. 602. Hiſt. p. XLIV. bene.
*Parietaria ſylveſtris* CAM. Hort. p. 117. cum deſcriptione.
*Melampyro affinis, Parietaria coerulea quorumdam* I. B. III. p. 440.
*Melampyrum coma coerulea* C. B. RAJ. p. 775. Syll. ext. p. 180. H. OX. III. p. 429. T. 23. f. 5.
*Melampyrum luteum coma coerulea* BARREL. ic. 769. n. I. bene.
*Melampyrum ſylvaticum* RIVIN. T. 80. RUPP. MAPP.
β *Coma alba* HOFM. BARREL. ib. n. 2. SIEGESB. flor. p. 73.
γ *Coma purpurea* SIEGESBECK.

Nondum in *Helvetia* vidi, quae *Gottingae* in lignis caeduis frequentiſſima eſt. Sed continetur in herbario NEUHAUSIANO, in quo nullas exoticas vidi, adeoque videtur circa *Biennam* naſci.

Caulis diffuſus, cubito altior. Folia latiora, ex ovatis lanceolata: Spica vera nulla, ſed flores alis foliorum inſident ſolitarii, folia ſuprema in origine profunde dentata ſunt, pene ciliata, breviora, pene cordata, & violaceo laetiſſimo colore tinguntur, qui in umbroſis in album languet. Flores autem plerumque propinqui ſunt, foliis longioribus minus diſtincti, ut ſpicam imitentur. Flos flavus, tubi ortu aurantio, qui color etiam in labio inferiori eſt. Calyx villoſus. Stamina barbata.

4. MELAMPYRUM floribus ſparſis, ſeſſilibus, binatis, foliis ſuperioribus inciſis.

*Parietaria ſylveſtris II.* CLUS. Pann. p. 603. Hiſt. p. XLIV. ſed mala icon floribus ſpicatis, qui noſtro inter folia proveniunt.
*Melampyrum Dod.* I. II. III. IV. THAL. p. 79.
*Crataeogonum* LOB. p. 36. LUGD. ex CLUSIO.
*Milium ſylvaticum I. Alſine ſylvatica* TAB. 242.
Et *Milium ſylvaticum II.* EIUSD. p. 243. Ob flores: vix enim agnoſcas, cum non male Odontiten referat.
*Parietaria ſylveſtris* AICHST. aeſtiv. ord. 12. T. 2. f. 2.
*Satureja lutea Dal.* LUGD. p. 899.
*Melampyrum ſylvaticum flore luteo, ſive Satureja lutea ſylveſtris* I. B. III. p. 439. RAJ. p. 775.
*Melampyrum luteum latifolium* C. B. Baſ. p. 67. MORIS. III. p. 429. T. aut. de Par. p. 117. I. R. H. MAGN. Char. p. 238. MAPP. & eiusd. *rictu albo* ib.
*Melampyrum montanum* RUPP. p. 193.
*Melampyrum foliis lanceolatis florum paribus remotis* LINN. Lap. n. 240.

β *Flore*

β *Flore albo, labio inferiori duabus luteis maculis diſtincto* RAJ. Syn. III. p. 286.*. T. aut. de Par. p. 492. VAILL.

γ Foliis variegatis ex albo & virdi VAILL.

δ Anguſtifolium LINDERN.

In ſylvis abiegnis omnibus.

Caulis debilior, humilior, dodrantalis. Folia petiolata, rariora, longe ex lingulatis lanceolata, ſuperiora ad originem aliquoties profunde laciniata, ſuprema trifida ſunt, haſtata, hamis ſurſum reflexis. Flores ex alis foliorum ſparſi, binati, in petiolis unifloris, uno verſu diſpoſiti. Tubus floris albus, galea lutea, pubeſcente margine, tumoribus barbae tinctius flavis. Apices cohaerent.

5. MELAMPYRUM floribus ſparſis ſeſſilibus, binatis, foliis omnibus indiviſis.

An haec, ob anguſta folia, *Hyſſopus lutea Dal.* LUGD.
*Melampyrum luteum alpinum* BURSER. l. c. p. 504.
*Melampyrum latifolium floribus parvis luteis* CELSII LINN. Lap. n. 240. HALLER. It. Hercyn. n. IX.
*Staehelinia flore flavo* COMM. NOR. 1735. p. 92.

In ſylvis alpium & *Jurae* ubique.

Simile priori, differt habitu magis ſurculoſo, teneriori, etſi potius altius adſurgat, flore triplo minori, croceo toto, magis patente, barba evidentius trifida, & in primis, quod nulla omnino folia dentata ſint. Cl. LINNAEUS pro varietate habet prioris ſpeciei. Verum neque a loco ea pendet, ad utraque ſpecies eodem loco naſcatur, neque videntur proportiones ad accidentia referendae eſſe. Noſtrae vero flos ad folia rationem habet triplo minorem quam prior.

## *ODONTITES.*

RIVIN. T. 89. 90. DILL. nov. gen.

Ab *Euphraſia* differt galea cava, inciſa, ſed indiviſa, & ſtaminibus extra florem ſe efferentibus, & fructu ovali, compreſſo, obtuſo, obſcure emarginato.

1. ODONTITES foliis inter flores ſerratis.

*Odontides* RUELL. p. 457.
*Euphraſia altera* DODON. p. 55.
*Euphraſia* 2 DOD. LOB. p. 496. LUGD.
*Aliud genus criſtae flore purpureo* CAESALP. p. 340.
*Odontites* TAB. p. 242. RIV. T. 89. RUPP.
Et *Milium ſylvaticum I.* TAB. ib. tum II. EIUSD. p. 243. multo hujus, quam Melampyri, ſimiliores ſunt.
*Ericoides rubra* THAL. p. 40.
*Euphraſia parva purpurea* I. B. III. p. 433.
*Sideritis pratenſis rubra* LUGD. p. 1121.
*Euphraſia pratenſis rubra* C. B. Baſ. p. 67. RAJ. p. 772. MORIS. III. p. 431. ZWINGER.
*Pedicularis ſerotina purpuraſcente flore* I. R. H. T. aut. de Par. p. 125. MAGN. Char. p. 239.
*Euphraſia foliis lanceolatis* LINN. Cliff. p. 326. ROYEN. p. 299.
II. *Euphraſia ſylveſtis major purpurea* COLUMN. ic. p. 202. BARREL. ic. 276. *latifolia* COLUMN. p. 201.
*Euphraſia Italica latifolia altera* C. B. RAJ. p. 773. Syll. p. 124. H. OX. III. p. 431.
β Foliis tenuioribus, floribus pallidioribus MENZEL.
γ Flore albo VAILL. MAPP.

Vulgatiſſima locis humidis.

Caulis ad cubitum adſcendit, ramoſiſſimus; Folia uti adfinibus conjugata, & cruciata, mollia, hirſutula, inferne glabra, nervoſa, ambitu oblonge elliptico, raro & non profunde dentata. Flores in ſpicas longas, raras, ad unum latus reſpicientes. Floris tubus in medio contractior: galea plicata, hirſutula, in ipſa plica hilo inciſa, barba aequaliter trifida, his dilute rubentibus. Stamina cum tuba ex flore eminent, ſub apicibus barbata. Semina ovata, acuta, ſtriata in fructu obtuſe ovali. Tota planta fuſca eſt.

2. ODONTITES foliis inter flores integris.

*Aliud genus criſtae flore luteo* CAES. p. 340.
*Euphragia flore luteo* CAM. Hort. p. 59.
*Ericoides luteum* THAL. p. 39.

*Euphragia ſylveſtris major lutea anguſtifolia* COLVMN. in icone p. 203.
*Euphraſia lutea, montana, anguſtifolia, major altera* EIUSD. in deſcr. p. 204.
*Sideritis pratenſis lutea* LUGD. p. 1121.
*Coris Monſpeſſulana lutea* I. B. III. p. 433.
*Euphraſia pratenſis lutea* C. B. Baſ. p. 67. RAJ. Syll. ext. p. 124. Hiſt. p. 773. H. OX. III. p. 432. ZWING. p. 867. MUR. p. 588.
*Odontites flore luteo* RIVIN. T. 90. bene RUPP.
*Pedicularis ſerotina lutea* I. R. H. VAILL. &c.
β *Flore vario* PONTED. Tab. p. 71.

Multo rarior priori. C. B. ad patibulum in dumetis. I. B. circa *Leurach.* In ſylva ſupra *Frienisperg* SCHUH. In collibus gramineis *Valleſiae* inter *Sedunum* & *Sideram* olim reperi. MURALTUS indicat in ſylvis. In M. *Legerberg* ſupra *Badam* I. GESNER

Folia anguſtiora, inferiora aliquantum denticulata, ſuperiora minime; & quae inter flores ſunt, anguſtiſſima, non dentata. Flores colore flavo; ovaria minora:

3. ODONTITES foliis omnibus linearibus.
*Pedicularis tenuifolia* PLATER in herb. ſicc.
*Pedicularis annua, lutea, tenuifolia, viſcoſa, pomum redolens* GARID. p. 351. ic. 80.

Lecta in M. *Leitern* Valeſiae, in ſylvula, inter *Farn*, & *Jnnen*, quae imminet praecipitio.

Caulis ex gracili radice rectus, pedalis, ab imo ad ſummum ramoſus, totus cum foliis rubiginoſis pilis obſitus. Folia conjugata, gracilia, Linariae, ſub floribus vero ſingulo flore duplo longiora. Flores in longas ſpicas, uti Odontiti, ex breviſſimis petiolis. Calyx campaniformis, ſemiquadrifidus, laciniis ſimplicibus. Labium ſuperius latum, ſubrotundum, in eo gemelli apices, ſtaminibus non barbatis. Labium interius Euphraſiae aut Odontitis, laciniis gracilibus, emarginatis. Tuba ſimplex longe eminet. Spica praeterea multo laxior, minus unilateralis, & ſtamina non videntur ex flore eminere: etſi ex unico ſpecimine a I. G. miſſo, cum mea exciderint, nihil liceat definire.

## *E U P H R A S I A.*

TOURNEF. T. 78.
*EUPHRASIAE* LINN. n. 512. ſpecies.

Calyx quadrifidus, in capillares ſpinulas aequales exit. Flos tubo cylindrico, limbo bilabiato, galea retrorſum revoluta, explanata, bifida, ſegmentis etiam emarginatis, tribus barbae ſegmentis, ſingulis pariter emarginatis. Stamina flore breviora, galea continentur, ſub apicibus barbata. Fructus ovatus, conpreſſus, ſuperne emarginatus, polyſpermos. Folia conjugata.

1. EUPHRASIA foliis ovatis acute dentatis LINN. Lap. n. 247. Cliff. p. 325. ROYEN. p. 299.
*Euphragia* DORST. p. 116 *b.* CAM. Epit. p. 767. BLAKW. T. 427.
*Euphraſia* FVCHS. p. 246. GESN. Coll. p. 76. MATTH. p. 1022. (ad ramoſum ſpecimen) DOD. p. 54. TAB. p. 862. bene, I. B. III. p. 432. RAJ. p. 771. RIVIN. T. 89. bene
*Euphraſia argentinenſium* TRAG. p. 328.
*Euphraſia ſ. Euphroſyne ocularis* LOB. p. 496.
*Eufragia altera* CAES. p. 339.
*Euphragia major* THAL. T. 40.
*Euphraſia ramoſa pratenſis flore albo* AICHST. Aeſtiv. Ord. frut. T. 13. f. 3. MAPP.
*Euphraſia officinarum major & ramoſior foliis minoribus* C. B.
*Euphraſia officinarum* C. B. Baſ. p. 67. H. OX III. p. 430. T. aut. de Par. p. 194. I. R. H. & T. 78. ZANICH. p. 97. ic. 246. MAGNOL. Char. p. 233.
II. *Floribus purpureo coeruleis totis,* AICHST. l. c. f. 4. VAILL. ZANICH. p. 98. Ad lacus *Sylvae planae* ripam SCHEUCHZ.
*Euphraſia major flore amplo ex coeruleo purpuraſcente* VAILL. p. 51.

Nihil vulgatius in pratis humidis.

Caulis ramoſus, dodrantalis, & ultra; etiam ſimplex. Rami conjugati, & folia ſeſſilia, ex ovalibus acuminata, mucrone obtuſo, acute dentata, ſubtus nervoſa, hirſutula. Flores ex alis foliorum, pene ſeſſiles, in ſumma planta congeſti, quaſi ſpicati. Flos amplus, albus, galea purpuraſcente, lineata, barba alba, ad originem macula flava, & lineis aliquot ſignata: ſemina alba, ovata, ſulcata.

Amara

Amara eſt, & ad oculorum mala mire laudatur (HILDAN. Epiſt. 59.) ſuccus inprimis (ALLEYNE) cum aqua nullius momenti ſit BUCHWALD p.120. Sed merito c. HOFMANNUS, ex eo vero GARIDELLUS, tunc demum valere, quando oculi pituita laborant, caeterum calidam eſſe, quae cum vino infuſa, oculisque admota, amicum LOBELII pene excoecaverit.

β An *Euphragia minor* THAL. p. 40? Non videtur

*Euphraſia minor* DILL. nov. ſpec. p. 53. (ſed majoris calyx pariter quadrifidus eſt) *non ramoſa* MAPP. p. 101.

*Euphraſia officinarum* VAILL. p. 51.

In ſterilibus gramineisque montium.

Humilior eſt, duarum unciarum altitudine, plerumque non ramoſa; flore exiguo, albo, aut purpureo. Sed hae notae non videntur ſufficere ad novam ſpeciem efficiendam, cum tota planta, in eadem ratione decreſcat, & malignior locus natalis evidens ſit cauſa humilitatis.

II. *Euphraſia in alpibus Helvetiorum parva flore luteo* C. B.

*Euphraſia alpina minima floſculis luteis* BURSER. l. c. p. 508.

*Euphraſia lutea minima alpina ſubrotundo folio nigricante* BOCCONE Mus di Piant. p. 64. f. 60.

*Euphraſia minima lutea* EIUSD.

*Euphraſia alpina parva luteis floribus* I. R. H.

*Euphraſia alpina luteo flore* MURALT. p. 713.

*Euphraſia Helvetiorum parva luteis floribus* SCHEUCHZ. It. I. p. 36.

*Euphraſia pratenſis lutea* SCHEUCHZ. It. II. p. 133. (malum nomem)

*Euphraſia quaedam alpina parva* EIUSD. It. IV. p. 334.

In *Gotthardo, Gemmio* &c. MURALT in alpp. *Glaronenſibus* & *Toggicis*.

Elegans varietas vix uncialis, ramoſa, aut non ramoſa, abſque admiſto albo colore, galea tota purpurea, barba tota flava, cum aliae plantae in alpibus decolorentur, albaeque fiant.

2. EUPHRASIA tenuiſſime diſſecto anguſto folio BOCCONE Muſ. di Piant p. 54. T. 60. RAJ. III. p. 401. I. R. H. TILL.

In ſupercilio orientali praecipiti areae *creux du vent.*

Omnia vulgaris, ſed folia ſemuncem longa, linea non latiora, argute ad nervum uſque denticulata.

Neque de hac ſatis certus ſum diverſam eſſe a prioribus.

## *AGERATUM.*

TOURNEF. T. 422.

*ERINUS* LINN. Coroll. n. 965.

Calyx quinquefolius, campaniformis. Flos, ex tubo cylindrico, pene infundibuli formis, limbo plano, quinquefido, leviſſime difformis, duobus ſegmentis ſuperioribus ab inferioribus magis diſtantibus, omnibus emarginatis. Ovarium ex ovali bicolle, acuminatum. Tuba brevis, bifida. Semina multa exigua.

1. AGERATUM.

*Moſchatellina alpina* GESN. apud I. B.

*Ageratum purpureum* LUGD. p. 1184. non male, I. B. III. P. I. p. 144. IONQ. p. 5. RAJ. Syll. p. 53. Hiſt. p. 1055. (inter pentapetalas)

*Ageratum alpinum ſerratum* C. B. SCHEUCHZ. It. IV. p. 328. TILL. *glabrum flore purpuraſcente* I. R. H. BURGGR. lex. p. 346.

*Hyſſopoides montana flore pentapetaloide, violae purpureae colore & odores, Agerati foliis* MOR. III. p. 613.

*Lyſimachiae purpureae affinis Agerati foliis glabris* PLUKN. p. 237.

*Ageratum ſerratum alpinum ſ. purpureum* MURALT. p. 701.

*Erinus* LINN. Cliff. p. 320. ROYEN. p. 301.

β *Flore albo* BARREL. ic. 1192. bene I. R. H. TILL. &c.

γ Varietas *villoſa* HORT. BLES. IONQ. p. 5. I. R. H. PLUKN.

δ Hujus varietas *flore albo* I. R. H.

In ſubalpinis ſaxoſis abunde, etiam in *Jura* v. g. M. *Dolaz, Saleve, Thuiri* & rupibus, juxta quas ex *Vogelberg* deſcenditur in *Waſſerfall.* Flore *albo* circa *Weiſſenburg* frequens eſt.

Caules multi, procumbentes, non ramoſi, duriuſculi. Folia ad terram in roſulas congeſta, ad caulem alterna, progrediendo lateſcunt, dentibus rectis, per latiorem

 termi-

terminum ſerrata, ſubhirſuta. Flores alterni, in ſummitate congeſti, petiolati. Flos purpureus, venoſus, ſtamina in tubo floris latentia. Odor gratus & tenuis.

# PLANTAE FLORE MONOPETALO DIFFORMI.

## DUOBUS STAMINIBUS LONGIS, DUOBUS BREVIORIBUS

*DIDYNAMIAE* LINN.

## CL. III.

## GYMNOTETRASPERMAE.

CAESALP. L. XI. C. 14. BOERHAAVE p. 151. BLAIR. Dec. IV.

His naturalis character eſt, calyx pene ſemper unifolius, quinquefidus; flos ex tubo lateſcente hians, fiſſus in ſuperiorem integram, aut emarginatam, partem, erectam, & imam deſcendentem, ſaepiſſime trifidam, abſque calcare: Tuba apice bifido, altero hamo recto, altero curvo. Semina in calyce quatuor, nuda. Folia conjugata, cruciata. Flores alis foliorum inſidentes, ſaepiſſime coronam circularem circa caulem efficiunt, unde nomen *Verticillatarum*.

## ORDO I.

## FLORE UNILABIATO JUNG. Phytol. c. XVII. &c.

His galea nulla eſt, & tubus floris ibi vel integre reſectus, vel breviſſimus, emarginatus. Loco galeae ſtamina ex flore erumpunt, in arcum flexa, & Tuba.

### *C H A M A E D R Y S.*

*CHAMAEDRYS* TOURNEF. T. 97.
& TEUCRIUM TOURNEFORTII T. 93.
TEUCRIUM LINNAEI n. 467.

Calyx campaniformis, ora quinquefida, denticulis ſupremis majoribus, imis tantum inciſione ſeparatis, rectioribus. Floris tubus incurvus, deorſum gibbus, ſuperne brevis, reſectus, inferne in quinquepartitum petalon educitur. Hujus partes aliae minores ſunt, auriculae, duorum parium, quorum primum erigitur, alterum rectius antrorſum inclinatur. Media pars latior, ſurſum cava, ſubrotunda, circumſerrata. Stamina longe eminent, apices globoſi. Tuba inter ſtamina media.

1. CHAMAEDRYS procumbens, foliis ſolidis, ovatis, rotunde crenatis.
Varietates diſtinxerunt Auctores, praeter omnem veri ſpeciem. Ecce aliquas.
α Altior, & durior.
*Triſſago ſ. Chamaedrys* MATTH. p. 818. Epit. p. 567. non placet.
*Chamaedrys major repens* DOD. p. 43. neque haec, C. B. P. H. OX. III. p. 422. I. R. H. ZANICH. p. 58. ic. 97. male, MURALT. p. 659. ZWING.
*Chamaedrys major* LOB. p. 591. cum icone minoris DOD., CLUS. Pann. p. 610. RAJ. Hiſt. p. 527. Syll. ext. p. 92.
*Chamaedrys vulgaris major* CLUS. Hiſt. p. 351. abſque icone
*Chamaedrys major I.* TAB. p. 378.
II. Varietas hujus flore *albo* C. B. SCH. BOT. SENK.
III. *Albo & rubello* in eadem planta C. B. I. R. H. TILL. SENK. *de Lil. conv. n.* 10.
VI. Flore albo, maculis rubellis.
V. Varietas villoſa.
*Chamaedrys major II.* TAB. p. 378.
VI. *Chamaedrys alpina fruteſcens folio ſplendente* MAGNOL. Hort. p. 52. cum icone I. R. H. TILL.
β Varietas minor, vulgatior
*Chamaedrys repens minor* DOD. p. 43. C. B. Baſ. p. 72. P. H. OX. l. c. T. aut. de Par. p. 69. I. R. H.
*Chamaedrys quercula minor, Triſſago ſ. Trixago* LOB. ic. p. 491. cum icone, quam DODONAEUS pro majore dedit.
*Chamaedrys vulgaris ſ. ſecunda* CLUS. Hiſt. p. 51. ex DOD.
*Chomaedrys quercula minor Triſſago* TAB. p. 377.
*Chamaedrys vulgaris* PARK. RAJ. Syll. ext. p. 92. Hiſt. p. 527.

II. *Flore*

II. *Flore albo* CLUS. B. B. TILL. VAILL. MUNTING. GESN. Hort.
III. Villoſa.
*Chamaedrys alpina hirſuta repens* SCH. BOT. H. OX. III. p. 422. RAJ. III. p. 382.
*Chamaedrys alpina villoſa* I. R. H. *Delſpergae*
α. β. Unicam proponunt, qui ſequuntur.
*Chamaedrys vera* TRAG. p. 204. GESN. Coll. p. 67 *b.* *mas* FUCHS. p. 869.
*Chamaedrys* RUELL. III. c. 56. CORD. Hiſt. p. 125 *b.* GESN. Hort. p. 253. CAESALP. L. XI. c. 40. AICHSTETT. Vern. Ord. 8. T. 9. f. 3. RIVIN. T. 10. bene
*Chamaedrys vulgo vera exiſtimata* I. B. III. p. 288.
*Teucrium foliis ovatis inciſo crenatis petiolatis floribus laxe verticillatis* LINN. Cliff. p. 302. ROYEN. p. 307.
*Chamaedrys Triſſago* BLAKW. T. 80.
Varietates habet WEINM. T. 361. *b. c. d. e. f.*

In Helvetia ad oras viarum minime rara. Circa Bernam reperi inter *Rubigen* & *Münſigen.* In lapidoſis ad pedem Jurae M. major vulgatiſſima eſt, minor in planioribus; *Scaphuſiae* (MUR.), *Baſileae* &c.

Caules projecti, ramoſi, multi congeruntur, a quatuor unciis ad pedem, firmuli, obtuſe quadranguli, & pene teretes. Folia firma, petiolata, ovata, parte ulteriori profunde crenata, prima integra, nitide virent, inferne pallida, raro glabra, plerumque ſubhirſuta. Flores ex alis foliorum breviter petiolati, duo, tres ad quinque in ſummis ramis, quibus folia minora non ſerrata ſubſunt, habitum ſpicatum imitantur. Calyx ventricoſus, modo obſcure purpureus, modo viridis, apicibus in ſpinulas molles exeuntibus, intus villoſus. Flos naturaliter dilute purpuraſcens: fauces, & primae auriculae ſubhirſutae. Semina ſubrotunda.

Sapor foliorum amarus eſt, cum adſtrictione. Hinc infuſo vinoſo febrifuga vis, ad intermittentes, dicta RIVERIO, & P. ALPINO, & efficacior ipſa cortice aliquando conperta CHOMELIO p. 462. tum ſtomachica, & ad cachexias, chloroſesve valida. Pulvis foliorum ad podagram, decoctum ſexaginta diebus continuis ad Arthritidem utiliter propinatur, Caeſari CAROLO V. olim commendatum VESAL. *de rad. Chin.* p. m. 48. & laudatum ab experto PAOLO BOCCONE *Oſſ. di Fiſ.* p. 118. Sed cavendum eſt morbis, quibus cauſa calida eſt BOERH. Ad ſputum ſanguinis ſucci diuturnum uſum laudat CRATO *Epiſt.* L. V. p. m. 301.

2. CHAMAEDRYS foliis ellipticis, ſerratis, mollibus, verticillis inter folia paucifloris.

*Scordium* RUELL. p. 556. FUCHS. p. 776. GESN. Coll. p. 106. MATTH. p. 842. bene CAM. Epit. p. 588. DOD. p. 126. CAES. p. 456. TABERN. p. 761. AICHST. Vern. Ord. 8. T. 9. f. 2. I. B. III. p. 292. C. B. P. RAJ. p. 576. ZWING. p. 737. RIVIN. T. 11. MAGN. Char. p. 103. ZANICHELL. p. 240. ic. 140. BLAKW. T. 475.
*Trixago paluſtris* GESN. Ind. quadr. p. 134.
*Scordion* TRAG. p. 885. CORD. Dioſc. p. 58. qui primus *Wittebergae* invenit deperditam plantam (ELLINGER *in carmine*), quam laudem male FELISSERIO tribuit LOBELIUS adverſ. p. 210.
*Scordion verum* GESN. Hort. p. 279 *b.*
*Scordium ſ. Trixago paluſtris* LOBEL. ic. p. 497.
*Scordium alterum* HILDAN. *Cent.* II. *Obſ.* 93.
*Chamaedrys paluſtris allium redolens* MOR. III. p. 423.
*Chamaedrys paluſtris caneſcens ſ. ſcordium officinarum* T. aut. de Par. p. 414. I. R. H. GARID. &c.
*Teucrium foliis ovato lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, foliis ſaepius binis* CLIFF. p. 302. ROYEN. p. 306.
II. *Majus* TAB. p. 762.

In paludoſis Helvetiae frequens, maxime inter *Moratum* & *Anet*, ad viam. Sed *Bernae* etiam naſcitur inter *Wittighofen* & viam *Worbenſem.*

Caules ramoſiſſimi, procumbentes, ramis erectis, pedalis & ultra. Folia mollia, hirſuta, longius elliptica, magnis dentibus crenata. Flores in alis foliorum duo ad quinque, nullibi ſpicati, petiolati, colore pallide ex coeruleo purpuraſcente. Medium ſegmentum barbae amplum, longius, & minus rotundum, & utrinque prope originem fiſſum.

Odor ſingularis, validus, non ingratus, quaſi theriacalis, ſapor amarus. Hinc in infuſione ſudores movet, exanthemata propellit: & antiquitus ad peſtem laudatum eſt; eodem QUAKELBENUS, BUSBEQUII medicus, domeſticos ſuos in peſtis initiis conſtitutos, ſervavit L. III. p. m. 111. In pectoris morbis a pulmonis ulceribus celebre noſtratibus medicamentum eſt. Sed ad vermes puerorum etiam laudatur, & equo-

& equorum morbum epidemicum verminoſum hoc medicamento ſuperaſſe dicitur BRASSAVOLA. p. 219. A. cachexia & anaſarca liberatos uſu Scordii recenſet KLEINKNECHT. *de ſcord.* p. 69. Extractum pariter ſudores movet, & tinctura Sylviana. Alexipharmacam STAHLII tincturam ingreditur. A Scordio celebris illa confectio Diaſcordii magnam partem virium habet, qua nihil in laxitate ventriculi & inteſtinorum praeſtantius eſt, doſi unius drachmae. Externo uſu gangraenas retardat potentiſſime, vitamque reddit membris ſemimortuis BOERHAAVE. Cadavera in loco, ubi Scordium copioſe naſcebatur, non conputruiſſe, antiqua eſt hiſtoria GALENI *Antid.* L. I. c. 12. Analyſin chemicam habet I. A. WEDEL *de ſcord.* p. 14.

3. CHAMAEDRYS foliis cordatis, ſcapis florigeris nudis, ſpicatis, longiſſimis.

*Scordion alterum majus* GESN. Ind. p. 110.
*Salvia ſylveſtris* TRAG p. 15. licet flori galeam adpingat. LONIC. TAB. p. 372.
*Scorodonia* CORD. Hiſt. p. 91. THAL. RIVIN. T. 12. bene RUPP. DILL. BLAKW. T. 9.
*Scordium majus Plinii* GESN. Hort. p. 279 *b*.
*Salvia agreſtis ſ. ſphacelus* DOD. p. 291. LUGD.
*Scordion alterum Plinii* LOB. ic. p. 497. CAM. Hort.
*Alia brevior & fruticoſior* CAES. p. 443.
*Scorodotis ſ. ſcordium foliis ſalviae* I. B. III. p. 293.
*Scordium alterum ſ. ſalvia agreſtis* C. B. Baſ. p. 72. P. &c. *ſylveſtris* MUR. p. 733.
*Scorodonia ſ. ſalvia agreſtis* RAJ. p. 576. MAGN. Char. p. 103.
*Chamaedrys elatior ſalviae folio flore ochroleuco* MOR. III. p. 423.
*Chamaedrys fruticoſa ſylveſtris meliſſae folio* I. R. H. VAILL. &c.
*Teucrium foliis cordatis crenatis petiolatis ſpicis laxis ſecundis* LINN. Cliff. p. 301. ROYEN. p. 306.
β Folio variegato I. R. H. TILL.

In montanis Helvetiae minime rarum, v. g. in ſylvis circa *Kohlholz*, in cacumine montis *Pantigerhubel* ad auſtrum: ad viam *Ebrodunenſem* qua deſcenditur a *Riſſaulaz* ad *Ivonans*, ſupra *la Motte*. In *Albio* M. GESNER & ſupra *Egliſou* in ſylvis MVRALT.

Caules quadranguli, duri, erecti, ſuperius ramoſi, tripedales. Folia pene glabra, rugoſa, atroviridia, rotunde inciſa, ex cordatis elliptica, lente decreſcunt. Rami ex alis foliorum florigeri, foliis nudis, longiſſima ſpica ex paucifloris verticillis terminantur, quos minima folia diſtinguunt. Dens calycis ſuperior a reliquis valde diſtinctus. Flos ochroleucos.

Odor Scordii debilior: folia amara: Aperit cum vi adſtringente, vulneraria. In hydrope infuſum utile eſt TOVRNEF.

4. CHAMAEDRYS foliis integris anguſtis, ellipticis, ſubtus incanis.

*Guldinkraut* ARET. p. 235.
*Polium majus* CORD. Dioſc. p. 58. CORD. Hiſt. p. 124 *b*. cum egregia icone GESNERIANA.
*Polium noſtrum* GESN. Coll. p. 98.
*Polium alterum vel minus* EIUSD. Hiſt. p. 273 *b*.
*Polium* EIUSD. Epiſt. p. 93.
*Polium alterum* MATTH. p. 841. male, CAM. Epit. p. 587. melius LUGD.
*Polium lavandulae folio femina recentiorum* LOB. ic. p. 488.
*Polii adhuc alia exilior ſpecies* CAES. p. 438.
*Polium femina* TAB. p. 365.
*Polium Lavendulae folio* C. B. Baſ. p. 63. P. MOR. III. p. 356. T. aut. de Par. p. 518. I. R. H. VAILL. MAGN. Char. p. 104. LIND. p. 143. ZANICH. p. 214. ic. 150. n. 1.
*Polium vulgare Germanicum longiore folio* I. B. in Prodr. Hiſt. p. 87. nam in ipſo opere deficit.
*Polium montanum Lavendulae folio* PARK. RAJ. Syll. p. 206. Hiſt. p. 525. PARK. MAPP.
*Polium album ſecundum* MORIS. III. p. 356.
*Ajuga folio integro* RIVIN. T. 15. bene RUPP.
*Teucrium foliis lanceolatis integerrimis petiolatis, ſpicis laxis ſubrotundis* LINN. Cliff. p. 302. ROYEN p. 305.
II. *Polium montanum I.* CLUS. Pann. p. 629. abſque flore
*Polium VII. albo flore* EIUSD. Hiſt. p. 363. cum icone LOBELIANA.
*Polium montanum album* C. B. RAJ. p. 542. *. I. R H. MVR. p. 690.
II. *Polium montanum II.* CLVS. Pann. p. 630.
*Polium VIII.* CLVS. Hiſt. p. 363. cum dicat ad lacum *Lemanum* naſci.
*Polium montanum repens* C. B. RAJ. p. 525. *. I. R. H.
*Polium montanum minimum ſupinum* LOB. p. 488.
III. *Polium campeſtre* TAB. p. 365.
*Polium foliis & facie Lavendulae* AICHST. Aeſt. Ord. XI. T. 12. f. 11. non bene
*Polium Lavandulae folio anguſtiori* I. R. H. MAPP.

In

In Helvetia non rara. Copioſe inter *Valeire* & *Moncharand* in ſiccis, tenui gramine tectis, in ſabuloſis *Valeſiae*, in vallibus per quas Baſilea itur ad *Delſperg*: C. B. ad *Birſam* in arenoſis; ad pontem *VViesſae*, circa *Michelfelden* &c. Tiguri ad *Silam* fl. Circa *Neufchatel*, *Vallangin* &c.

Radix craſſa, lignea, ramoſa. Caules plurimi, repentes, lignoſi, ramoſi. Folia firma, elliptica, gracilia, viridia, inferne incana. In ſummis ramis ſpica brevis, paucis foliis miſta. Calyx campaniformis, non ventricoſus, longis ſpinulis ariſtatus. Flos albidus, aures primae fuſco lineatae. Medium ſegmentum barbae paulo profundius inciſum quam Scordio, & pene tripartitum. Sed non placuit ob hanc ſolam notam ſeparare. Semina obſcuri coloris, ex ovatis acuminata. Odor gratus, aromaticus.

An ad hoc genus pertinet

*Symphytum petraeum* MATTH. p. 960. non vero CAM. Epit. p. 699. qui confundit cum Coride, hujusque dat iconem, a qua ſeparat eam C. B. *Matthioli* LOB. adverſ. p. 198. CLUS. p. CLXXIV. obiter, LUGD. p. 1174. TAB. p. 560. ZWINGER. p. 816.
*Symphytum petraeum foliis Thymi* C. B.

LOBELIUS prope M. S. *Bernhard*.

In icone CAMERARII hirſuta ait LOBELIUS folia inordinata, linearia, acuta: Caules ex magna radice plurimi proſtrati, pedales (LOBEL.) Flores ſpicati ramos terminant. Calyx campaniformis, in quinque peracuta ſegmenta fiſſus: flos ipſe unilabiatus, novemfidus, qualis fere folii eſt, purpureus LOBEL. coeruleus CAMER. Semina nigra, anguloſa.

5. CHAMAEDRYS foliis pinnatis, pinnis obtuſe trifidis.

*Chamaedrys vera femina* FUCHS. p. 870.
*Altera Dioſcoridis Chamaepitys* TRAG. p. 79.
Et *Chamaecypariſſus agreſtis* EIUSD. in icone.
*Iva illa arvenſis* GESN. Coll. p. 83.
*Chamaedrys altera* MATTH. p. 819. CAM. Epit. p. 568.
*Chamaepitys altera* DOD. purg. p. 428. Hiſt. p. 46.
*Chamaepitys III.* DOD. purg. p. 431. optime.
*Chamaedrys laciniatis foliis* LOB. p. 385. PARK. RAJ. p. 528. Syll. p. 92. T. aut. de Par. p. 70. I. R. H. MAGN. Char. p. 102.
*Chamaedrys femina quibusdam* CAESALP. p. 457.
*Iva Muſchata* TAB. p. 385.
*Botrys verticillata* I. B. III. p. 298.
*Botrys Chamaedryoides* C. B. Baſ. p. 42. P. MURALT. p. 655. &c.
*Chamaedrys minor annua laciniatis foliis* MORIS. III. p. 423.
*Chamaedrys minor repens* ZWING. p. 734. male.
*Iva Moſchata folio multifido* RIVIN. T. 14. DILL. 125. conf. nov. gen. p. 102.
*Teucrium foliis aliquoties trifidis, floribus verticillatis* LINN. Cliff. p. 301. ROYEN. p. 306.
β *Flore albo* CORNUT. p. 229. VAILL.

Inter ſtipulas in agris Helvetiae. *Bernae* inter *Wabern* & *Seelhofen*. Circa *Mathod* abunde. Circa *Scaphuſiam* MUR. Prope *Renam* GAGNEBIN.

Caulis ramoſiſſimus, vix unquam pedalis. Folia mollia, hirſuta, laciniata, pinnata, nervo lato, pinnis utrinque trium parium, obtuſe trifidis, qualis & media impar eſt. Flores ſeni, octoni, in foliorum alis ſedent. Calycis ampli, & ventricoſi dens ſuperior, major, a reliquis valde remotus. Flos dilute purpureus: medium ſegmentum maculatum, alae anteriores trifidae; unde occaſio novi generis faciendi. Semina ex rotundis reniformia, aſpera, & reticulata ſuperficie.

Odor gratus, vinoſus, aromaticus.

## *B U G U L A.*

*BUGULA* TOURNEF. T. 98.
& *CHAMAEPITYS* T. 98.
*AIUGA* LINN. char. n. 466.
& *TEUCRII* Sp. LINN. in Hort. Cliff.

A *Chamaedry* & prioribus manifeſtiſſime differt alarum tantum uno pare, medio ſegmento lato, emarginato, labii ſuperioris aliquo veſtigio bifido. *Bugulam* vero a *Chamaepity* diſtinguere nequeo.

1. BUGULA foliis trifidis, floribus ſparſis in alis foliorum.

*Iva* RUELL. p. 576.
*Chamaepitys* GESN. Ind. p. 21.
*Chamaepitys tertia* FUCHS. p. 886. male, TRAG. p. 50. non bene.
*Chamaepitys vera* CORD. Dioſc. p. 61.
*Chamaepitys prima* CORD. Hiſt. p. 109. DOD. purg. p. 429. optime, Hiſt. p. 46.
*Chamaepitys* GESN. Coll. p. 68. MATTH. p. 940. CAM. Epit. p. 679. bene, RIVIN. T. 14.
*Chamaepitys ſpecies vna* GESN. Hort. p. 253.
*Ajuga luteo flore* CLUS. Pann. p. 637. Hiſt. p. CLXXIV. obiter.
*Ajuga ſ. Chamaepitys mas Dioſcoridis* LOB. p. 382.
*Chamaepitys, vulgo Iva* CAESALP. L. XI. c. 43.
*Chamaepitys major, Abiga, Iva Arthritica* TAB. p. 385.
*Chamaepitys major* AICHST. aeſt. ord. frut. T. 1. f. 3.
*Chamaepitys vulgaris odorata, flore luteo* I. B. III. p. 295.
*Chamaepitys lutea vulgaris, folio trifido* C. B. Baſ. p. 93. P. H. OX. III. p. 425. T. aut. de Par. p. 326. I. R. H. MAGN. Char. p. 102. ZANICHELL. p. 60. ic. 253.
*Chamaepitys vulgaris* PARK. RAJ. p. 573. ZWING. p. 799. ex CAMERARIO.
*Teucrium foliis ſimpliciter trifidis* LINN. Cliff. p. 301. ROYEN. p. 306.
β *Flore roſeo* CLUS. I. R. H.

In agris Helvetiae planioris. Circa *Zunach* GESNERUS. *Baſileae* C. B. ad *Wieſam* & circa *Riehen* I. B. verſus *Dornach*. Ego verſus S. *Jacob*. Circa *Mathod* vulgatiſſima. Verſus *Valeire*, Genevae I. B.

Caulis humilis, dodrante minor, ſaepe triuncialis, erectus, etiam ramoſus, totus foliis tectus; cum toto habitu hirſutus. Folia ſaepe caule non multo breviora, ima integra, deinde tridentata, ſuprema pene ad baſin trifida, anguſtis laciniis, & integris. Flores duo vel tres in alis foliorum ſeſſiles. Calyx latus & brevis: dentes tres ſuperiores breves. Tubus floris valde brevis. Alae fuſco vel rubro lineatae; barba media flava, rubro guttata. Apices aurei.

Tota planta reſinoſa, adtactu viſcida, odore aromatico. Hinc emmenagoga creditur, & longo uſu ad arthritidem valere, & ad vulnera. In febribus decoctum apud Mauros in frequentiſſimo uſu eſt. SHAW *travels* p. 264. Ad mictum cruentum ſunt qui laudent. Boves & oves putreſcentes hac herbula ſanatas vidit BRASSAVOLA p. 193.

2. BUGULA foliis ovatis, inter flores ſtipatis, flagellis repens.

*Conſolida media* BRUNF. I. p. 95. bene, FUCHS. p. 391. GESN. Coll. p. 69 *b*. MATTH. p. 962. valde ampla icon & erecta, CAM. Epit. p. 702. non bene, AICHST. Vern. ord. 1. t. 6. f. 1.
*Bugle* RUELL. p. 501.
*Brunella* DORST. p. 237. LONIC.
*Brunella coerulea prior* TRAG. p. 309. ic. p. 311.
*Verbenaca ſupina* GESN. Coll. p. 113. Hort. p. 285.
*Bugula* DOD. Ic. vett. p. 166. pempt. p. 135. ex MATTH. RAJ. p. 575. RIVIN. T. 75. T. aut. de Par. p. 321. I. R. H. MAGN. Char. p. 104. ZANICH. p. 43. ic. 241.
*Bugula flore coeruleo* CLUS. Pann. p. 609. Hiſt. p. XLIII.
*Bugula, Prunella, & Conſolida media Fuchſii & Matthioli* LOB. p. 475. icon DOD.
*Alterum genus Chamaeciſſi* CAESALP. L. XI. c. 36. p. 453. cum bona deſcriptione.
*Conſolida I.* TAB. p. 554. & II. EIUSD. p. 555. ex MATTH.
*Conſolida media, quibusdam Bugula* I. B. III. p. 432.
*Conſolida media pratenſis coerulea* C. B. ſed intelligit ſequentem &c.
*Bugula* *διϲϲοκαυλις* RENEAULME p. 124.
*Bugula ſylvatica vulgaris coerulea* H. OX. III. p. 391.
*Bugula minima glabra, flore aureo* BARREL. n. 337.
Et *Bugula media flore coeruleo* EIUSD. ic. 338.
*Bugula conſolida media* BLAKW. T. 64.
*Teucrium foliis ovatis, crenatis, caule ſimpliciſſimo, ſtolonibus reptatricibus* LINN. Cliff. p. 301. ROYEN. p. 306.
β *Flore purpureo vel carneo* FUCHS. C. B. Baſ. p. 77. MORIS. &c.
*Bugula carnei coloris* CLUS. Pann. p. 609. Hiſt. p. XLIII. deſcriptio, non icon.
γ *Flore albo* TRAG. LOB. CLUS. &c.
δ *Flore aquate coeruleo* I. R. H. VAILL. PONTED. Anth. p. 259.

Coerulea vulgatiſſima eſt: rubra non rara, ad viarum aggeres: alba in montibus, v. g. *Feuerſtein*.

Caulis

Caulis princeps erigitur, totus foliis tectus, non ramoſus, quadrangulus, ſemipedalis. Ex eo in ambitum ſparguntur plurimi caules procumbentes, raris foliis veſtiti, novis daturi floribus caulibus originem. Folia ovalia, leviter hirſuta, obiter magnis crenis dentata, ima late petiolata, inter flores vero latiora, pene rotunda, non dentata, ſeſſilia, ſaepe rubro colore tincta, multo villo miſta. Verticilli octiflori & ultra, arcte in ſpicam congeſti. Calyx fere regularis, campanulatus. Flos ex albis & cyaneis venis varius, labio ſuperiori breviſſimo, cordato, barbae medio ſegmento pariter cordato: apices aurei, fauces intus lanuginoſae. Semen ovale, rugoſum.

Amara eſt, detergens, leniter adſtringit, vulneraria habetur, & ad anginas utilis. ETTMULLERUS ad pulmonum etiam aliaque interna ulcera laudat.

3. BUGULA foliis anguloſe dentatis, caule ſimplici. 820

MATTHIOLI LOBELII DODONAEI & TABERN. icon hanc ſpeciem propius exprimit.
*Conſolida media major* THAL. p. 28.
*Conſolida media Genevenſis* I. B. III. p. 432. RAJ. p. 535. Syll. ext. p. 104.
φυλλοχνοις RENEALM. p. 125. cum bona deſcriptione, in qua ſtaminum inaequalitatem minime praetervidit.
*Conſolida media pratenſis coerulea* C. B. in Horto ſicco.
*Bugula hirſuta Genevenſis* MORIS. III. p. 391.
*Bugula coerulea alpina* PARK. PLUKN. p. 73. T. 18. f. 3. non bene.
*Bugula montana* RIVIN. T. 75.
*Bugula ſylveſtris villoſa flore coeruleo* T. aut. de Par. p. 402. I. R. H. &c.
*Bugula alpina maxima* SCHEUCHZ. in icone.
II. *Conſolida media coerulea alpina* HOFM. RAJ. VOLC. non autem I. B. ſiquidem ipſe eam diſtinguit, MURALT. p. 661. ZWING. p. 816. cum icone.
β *Flore carneo* CLUS. T. aut. de Par. WEINM. T. 707 *e*.
γ *Flore ſuaverubente* I. R. H. &c. WEINM. l. c. *b*.
δ *Flore albo* T. aut. de Par. I. R. H. WEINM. *d*.
ε *Foliis inter flores rubris.*
*Bugula alpina minor rubrifolia, flore ex coeruleo purpuraſcente* SCHEUCHZ. It. V. p. 424.

Coeruleo flore in omnibus pratis; albo & rubro reperi in pratis montanis inter *Pantiger-Hubel* & *Thorberg-Alp.*

SCHEUCHZERIANA ab Auctore in valle *Engſtlana* reperta eſt, tum in Rhaeticis alpibus; a HUBERO in *Furca* M. a me in M *Scheidek* deſcenſu verſus *Haſli*.

Diverſiſſima eſt, ſtolonum defectu, caule elatiori, pedali, toto cum foliis villoſo, foliis magnis dentibus inciſis, tanquam trilobatis, acuminatis, etiam inter flores dentatis.

4. BUGULA alpina maxima, SCHEUCHZERI in *valle domeſtica*, eundo ex *Raezuns* verſus *Tuſciam*, procul dubio varietas eſt prioris.

## ORDO II.
## FLORE GALEA PRAEDITO.
## I. TRIFIDA

## *CASSIDA.*

TOURNEF. T. 84.
*SCUTELLARIA* LINN. n. 493.

Calyx bifolius. Superius folium caſſidi ſimile, inferius planum, utrumque recta linea terminatur, quaſi reſectum. Galea fornicata, caſſidi ſimilis, acceſſoria, habet alas quaſi emarginatas, ſurſum inclinatas, ut ſolent in Unilabiatis. Barba tripartita, nempe alis peculiaribus, & media parte emarginata. Tubus floris ex origine deſcendit, tum reflectitur.

1. CASSIDA foliis cordatis, longe decreſcentibus, ſerratis, floribus gemellis. 796

*Ignota circa lacum felinum* GESN. Coll. p. 82 *b*.
*Judaicae herbae alia ſpecies* DOD. p. 93. bene.
*Lyſimachia galericulata* LOB. Ic. p. 34. cum icone propria minus bona, *Lobelii* CLUS. p. LIII.
*Gratia Dei altera* EIUSD. p. 265.
*Tertianaria* TAB. p. 375.

*Sideriti congener tertia* THAL. p. 104.
*Tertianaria, aliis Lyſim tchia galericulata* I. B. III. p. 435.
*Lyſimachia coerulea galericulata, vel Gratiola coerulea* C. B. Baſ. p. 71. P. RAJ. p. 572.
*Seutellaria paluſtris repens coerulea* H. OX. III. p. 406.
*Scutellaria* RIVIN. T. 76.
*Caſſida paluſtris vulgatior flore coeruleo* T. aut. de Par. p. 185. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 82.
*Scutellaria foliis cordatolanceolatis, crenatis* LINN. Lapon. n. 239. Cliff. p. 316. ROYEN. p. 310.
β *Flore albo* C. B. RUPP. I. R. H. MAPP.
γ Quomodo differt
*Scutellaria latifolia flore minore* RIVIN. T. 77?

In aquoſis minime rara, ad margines foſſarum.

Caules quadranguli, marginibus eminentibus ramoſiſſimi, cubitales, fragiles. Folia circa petiolum excavata, ex ellipticis longiuſcule decreſcunt, rotunde circumſerrata. Flores ſemper bini, petiolati. Galea dilute coerulea, barba alba, media parte maculoſa. Stamina ſub apicibus barbata.

Amara eſt, allium olet, & viribus ſuis ad Scordium accedit.

## II. GALEA SIMPLICI VEL TANTUM FISSA SEGMENTIS NON DIVARICATIS.

## *BRUNELLA.*

TOURNEFORT. T. 84. LINN. n. 492.

Calyx bilabiatus, ſuperiori labro quaſi reſecto, breviter tridentato, dentibus ariſtatis, inferiori bifido, ariſtato. Flos ſurſum ex calyce erumpit tubo ventricoſo. Galea magna, fornicata, linea media eminente leniſſime inciſa. Barba reflexa verſus caulem, tripartita, alis ſubrotundis, medio ſegmento ſemicirculari, crenato.

1. BRUNELLA foliis dentatis, ſpica folio minore.
*Brunella* TRAG. apodix. p. 302. FUCHS. p. 621. DOD. p. 136. RIV. T. 29.
*Prunella vulgaris* TRAG. p. 301. non bene, MORIS. III. p. 363.
*Prunella coerulea altera* TRAG. p. 309.
*Prunella vulgo dicta* GESN. Coll. p. 98 *b*.
*Conſolida minor* MATTH. p. 963. CAM. Epit. p. 703. (foliis ſerratis)
*Symphytum petraeum, conſolida minor Matth.* LOB. p. 474.
*Prunella* CAESALP. p. 453. RAJ. p. 551.
*Prunella, conſolida minor* TAB. p. 553.
*Prunella officinarum* AICHST. vern. T. 1. f. 2.
*Prunella flore minore, vulgaris* I. B. III. p. 428. LINN. Lapon. n. 238.
*Brunella major, foliis non diſſectis* C. B. Baſ. p. 77. T. aut. de Par. p. 60. I. R. H. ZANICH. p. 40. ic. 242.
*Brunella bracteis cordatis* LINN. Cliff. p. 316. ROYEN. p. 314.
*Prunella, Brunella* BLAKW. T. 24.
β *Minor* RIV. T. 29.
γ *Hirſuta* PONT. Tab. Bot. p. 91. n. VI.
δ *Flore purpureo.*
*Brunella IV.* TRAG. p. 309. 310. THAL. PARK. RAJ. HERM. MUNT. I. R. H. VAILL.
ε *Flore albo*, quam legi in *Saleva* M. & circa *Renan* GAGN.
*Prunella II.* TRAG. Confer. DOD. THAL. C. B. Baſ. p. 77. TAB. ic. p. 553. RAJ. PONTED. Anthol. p. 254. &c.
ζ *Lureo flore*, PONTED. comp. p. 90.
An differt *Brunella purpurea paluſtris, ſtrigoſa & elatior* TILL. T. 172.

Ubique in humectis.

Caulis erectus, ſemipedalis, & pedalis. Folia ex ovatis longe decreſcunt, mucrone obtuſo, margine obiter dentato, ſubhirſuta. Flores in ſpicam arctam congeſti, quae diſtinguitur foliis late cordatis, mucronatis, conplicatis. Spica folio minor. Calyx & folia inter flores lateraliter piloſa. Flos naturaliter ex purpura coeruleus.

Sapor herbaceus, ſubamarus, paulum ſtypticus & glutinoſus. Vulneraria eſt externo uſu, & ad ſupprimendum ſanguinem, atque ſolidanda vulnera vulgo a paganis tuſa inponitur: interne vero decocti ſpecie ad haemoptoen, haemorrhagias, dentes firmandos. In aphthis gargariſma confert. Carbunculos ſe hujus herbulae ope ſa-

ope ſanaſſe teſtatur GUY de la BROSSE *de la nat. des plantes* p. 51. poſt CAESALPINUM. Verum recte C. HOFMANNVS, omnino adſtringere & ſiccare.

2. BRUNELLA foliis integris, vix dentatis, ſpica foliis majori.

*Prunella ſexta* TRAG. p. 310.
*Prunella I. non vulgaris* CLUS. Hiſt. p. XLII. cum bona icone.
*Prunella major* EIUSD. Pann. p. 606. & I. p. 607.
*Prunella magno flore purpureo* I. B. F. Boll. p. 189.
*Brunella coerulea magno flore* AICHST. aeſt. ord. 14. T. 13. f. 3. MORIS. III. p. 363. ZWING. p. 815.
*Prunella flore magno, folio non laciniato* I. B. III. p. 428. RAJ. p. 552.
*Brunella coerulea magno flore* C. B. T. aut. de Par. p. 179. I. R. H. RUPP. MAGN. Char. p. 85.
*Brunella flore majore* RIVIN. T. 29.
Icones WEINMANN. T. 268 *b. c.*
β *Flore carneo* SUTHERL. I.R.H. VAILL.
γ *Flore albo.*
*Brunella VII.* TRAG. p. 311.
Confer. CLUS. C. B. PARKINS. PLUKN. I. R. H. TILL. VAILL.
δ *Ex albo vario.*
PONTED. p. 93.
ε *Leucophaeo* VAILL.

In altioribus pratis, v. g. in adſcenſu M. *Hauenſtein*, ſupra *Neuenſtatt* &c.

Fere omnia prioris: ſed in caule nihilo altiori flos major, uncialis, & major, folia duriora, minus ſerrata, aut integra, ſpica quovis folio longe major. Color naturaliter ſaturate coeruleus.

LINNAEVS expungit hanc plantam, uti reliquas grandifloras. Si in cultu perſeverant, uti certe de parviflora novi, & in Violis, Calamintha, &c. certum eſt, tunc quidem non videtur imitandus.

3. BRUNELLA foliis imis integris, ſuperioribus laciniatis, parviflora.

*Brunellae altera icon* DOD. p. 36.
*Prunella II. non vulgaris, albo flore* CLUS. p. XLIII.
*Prunella laciniato folio* CLUS. Pann. p. 606. & II. icon IBID. p. 608.
*Symphytum petraeum* LOB. p. 475. ead. icon.
*Prunella in aſperis* CAESALP. p. 453.
*Prunella III.* TAB. p. 554.
*Prunella flore albo parvo, folio laciniato* I. B. III. p. 429. RAJ. p. 551.
*Brunella folio laciniato* C. B. Baſ. p. 77. P. ZWING. RIVIN. T. 30. ZANICH. ic. 136. an & MUR. p. 655?
II. Minor.
*Brunella minor alba laciniata* C. B. AMBR. H. OX. III. p. 363. ZWINGER.
III. *Foliis ſuperioribus diviſis, flore ex albo variegato* PONT. tab. p. 92.
IV. *Flore roſeo,* VAILL. WEINM. l. c. *d.*
V. *Flore coeruleo-purpureo* CLUS. ib. C. B. P.
*Brunella folio laciniato, flore purpureo* VOLC. I. R. H. TILL. TIT. VAILL. &c.
VI. *Brunella foliis inferioribus integris, ſuperioribus diviſis* PONT. p. 93. n. 7.
Eadem videtur.
β *Brunella verbenulae folio, flore coeruleo* VAILL. p. 22. T. V. f. I.
*Brunella folio verbenae tenuifoliae* BOERH. MILLER.
II. *Flore purpuraſcente* VAILL.

α *Albo* flore reperi in M. *Saléve*, ad pedem M. *Thuiri*: GAGNEBIN circa *Biennam*, eundo ad lacum: STAEHELINVS ad *Wieſam*.

Differt a priori n. I. caule procumbente, foliis imis ſimilibus, ſuperioribus pinnatis, pinnis paucis, longis, ſimplicibus, medio ſegmento longe maximo. Flores vero ochroleuci: ſub ſpica duo folia multo longiora, & laciniata eminent. Folia inter flores etiam cordata.

β STAEHELINUS reperit circa *Riehen*, flore purpureo, foliis imis etiam non raro diviſis, caule cubitali, procumbente,

* 4. BRUNELLA foliis imis integris, ſuperioribus laciniatis, grandiflora.

*Brunella flore magno albo, folio laciniato* I. B. III. p. 429. C. B. inter var. RAJ. p. 552.
*Brunella minor alba laciniata* I. R. H. TILL. GARID. BOERH.
*Brunella alpina grandiflora, foliis laciniatis, flore albo* PLUKN. p. 70.
*Brunella laciniata, vel auriculata, flore magno albo* VAILL. p. 22.
*Brunella alpina laciniata, flore magno* BOERHAAVE, MILL.
β *Flore rubro.*

*Prunella laciniata, flore magno purpureo* I. B. l. c. RAJ. Syll. p. 209. H. OX. III. p. 364.
*Prunella coerulea, magno flore, folio laciniato, flore rubro* C. B. pro varietate.
*Prunella flore magno purpureo, foliis laciniatis* RAJ. p. 552.
*Brunella alpina grandiflora, foliis laciniatis, flore ſaturatius purpuraſcente* PLUKNET. p. 70.
*Brunella laciniata, vel auriculata, flore magno purpureo* VAILL.
*Prunella alpina laciniata, flore magno* BOERHAAVE p. 165.
II. *Flore roſeo.*
*Brunella laciniata flore roſeo* I. R. H. TILL.
III. *Flore coeruleo* C. B. inter var. VAILL. l. c.

Varietatem *flore albo* I. B. circa *Rhodanum* verſus *la Baſtie* prope *Genevam:* SCHEUCHZER. inferius ad viam cavam inter *Immenſee* & *Küsnacht.*

Differt a n. 3. uti 2. a n. 1. nempe ſpica folio nihilo minori.

## *SALVIA.*

LINN. n. 16.
*SALVIA* TOURN. T. 83.
*SCLAREA* TOURNEF. T. 82.
*HORMINUM* TOURNEF. T. 82.

Calyx, uti priori, bilabiatus, ſuperiori labio reflexo, breviter tridentato, inferiori profundius bifido. Floris Galea bifida, falcata, (MALP. ic. 141.) modo longe, uti in Sclarea, modo brevius, ut in Hormino & Salvia. Barba trifida, lateralia ſegmenta ſubrotunda, medium majus, modo integrum, modo emarginatum, ſerratum. Stamina duo: quodvis duo gerit ex uno ſtipite filamenta, quorum longius verum loculum longum fert ſtrictumque; brevius modo loculum verum, modo inperfectum quaſi veſtigium. Separari vetat has plantas communis facies, & peculiaris ſtaminum fabrica.

1. SALVIA foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, verticillis raris & diſſitis.
*Eupatorium* BRUNFELS. II. p. 30.
*Orminum ſylveſtre* FUCHS. p. 569. propius varietati profunde inciſae, CORD. Dioſc. p. 59. GESN. Coll. p. 94.
*Sylveſtre Gallitrichum* DORST. p. 136.
*Salvia ſylveſtris* TRAG. p. 53. ex FUCHSIO.
*Horminum ſylveſtre* GESN. Hort. p. 262. MATTH. p. 888. non bene, ſi hoc eſt; CAM. Epit. p. 629. bene, cum charactere.
*Orvala ſylveſtris, ſpecies quarta* DOD. p. 293. ex FUCHSIO Coron. p. 294. abſque icone, VAILL. p. 180.
*Horminum ſylveſtre IV. flore violaceo* CLUS. Pann. p. 580. abſque icone.
*Hormini ſylveſtris IV. prima ſpecies* CLUS. p. XXX.
*Sylveſtre Horminum* LOB. adv. p. 240. ic. p. 556.
*Gallitrichum vulgo* CAES. p. 442.
*Sclarea ſylveſtris, Matriſalvia* TAB. p. 374. bene.
*Salvia agreſtis flore purpureo* AICHST. Vern. ord. 9. T. 11. ic. 2. non bene.
*Gallitrichum ſylveſtre vulgo ſ. ſylveſtris ſclarea, flore purpureo-coeruleo & magno* I. B. III. p. 311.
*Horminum pratenſe foliis ſerratis* C. B. Baſ. p. 69. RAJ. p. 544. H. OX. III. p. 393.
*Sclarea pratenſis foliis ſerratis, flore coeruleo* T. aut. de Par. p. 142. I. R. H. MAGN. Char. p. 81.
*Horminum pratenſe* RIVIN. T. 36.
*Salvia foliis ovatis, inciſocrenatis, verticillis ſubnudis* LINN. Cliff. p. 12. ROYEN. p. 308.
β *Flore dilutiore* VAILL. PONT. anth. p. 255. comp. 92.
γ *Flore albo* GESN. T. p. 375. AICHST. l. c. f. 3. I. B. III. p. 312. ROYEN. p. 119. T. aut. de Par. I. R. H. &c.
*Horminum pratenſe niveum, foliis incanis* C. B. MOR. l. c.
δ *Flore purpureo* THAL. ROYEN. T. aut. de Par. I. R. H. PONTED. &c.
ε *Flore ſuaverubente* VAILL. BOERH. &c.
ϛ *Foliis profunde inciſis.*
*Horminum ſylveſtre majus, foliis profundius inciſis* C. B. RAJ. p. 145.
*Hormini ſylveſtris IV. altera ſpecies* CLUS. Pann. p. 580. &c.

In Helvetia frequens eſt in pratis & ad vias: *Bernae* in vallo urbis. Flore purpureo in ſylvis ſub *Grandvi*, carneo *Baſileae* ad vias, albo etiam alibi reperi.

Folia ad terram multa, pauca ad caulem rugoſa, nervis ſubtus depreſſis, & media juga adtrahentibus, margine obtuſe ſerrato; ima pene cordata, deinde ovata & ovato-lanceolata. Caulis cubitalis, erectus, foliis nudis. Flores in verticillos florum trium ad ſex, inſident parvis foliolis pallentibus, latis, acuminatis. Color naturalis ſature coeruleus. Galea longa, fiſſa, medio ſegmento cordiformi, ſerrato.

Tuba

Tuba longe eminet. Staminum ſtyli hinc breve & latiuſculum pondus adpenſum habent, inde longiſſima apiculata filamenta, galeae aequalia. Semina ſubrotunda, nigra, alba ſede umbilici.

2. SALVIA foliis cordato-ſagittatis, ſerratis, acutis LINN. Cliff. p. 13. ROYEN. p. 308.

*Orvala tertia* DOD. Coron. p. 293. Hiſt. p. 292. bene.
*Horminum ſylveſtre latifolium verticillatum* MURALT. p. 715. quod in campeſtribus indicat, vix aliud eſſe exiſtimo.
*Horminum ſylveſtre ſecundum, Colus Jovis* CLUS. p. XXIIX. XXIX. eadem icon.
*Colus Jovis* CLUS. Pann. p. 577. abſque icone, LOB. p. 557. ex DOD. AICHST. aeſt. ord. 8. T. 4.
*Melinum vulgo* CAESALP. p. 443.
*Galeopſis lutea Dalech.* LUGD. p. 1248. PARK.
*Salvia alpina* THAL. p. 372.
*Galeopſis ſpecies lutea, viſcida, & odorata, nemorenſis* I. B. III. p. 314.
*Horminum luteum glutinoſum* C. B. Baſ. p. 69. RAJ. p. 547. Syllog. ext. p. 147. H. OX. III. p. 390. ZWING. p. 776.
*Horminum flore luteo* RIV. T. 35.
*Salvia montana maxima, foliis Hormini, flore flaveſcente* I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 48.
*Sclarea glutinoſa lutea* MAGN. Char. p. 81.
β *Flore Striato* C. B. TIT.

Paſſim in Helvetia montana. C. B. in M. *Muteto*. I. B. in *Rhaetia* non longe a balneo *Fidris*, prope la Baſtie *Genevae*, & prope *Walenſtatt*. Ego copioſiſſime ad viam inter *Zweylütſchenen* & *Grindelwald*; in valle *Simmia*; circa montem ſalſum *Baetiacenſem*; in ſylvis M. *Leitern*-Valeſiae. In introitu de la *Combe Bioſſe* &c. GAGNEBIN.

Tota planta viſcida eſt, & odorata. Caulis quadratus, cubitalis, ramoſus. Folia longe petiolata, hirſuta, ſagittata, ſed progreſſu latiori, acuminata. Spicae longae ramos terminant, verticillis vicinis, quos parva folia ſeparant. Flos luteus, maxima falcata galea bifida, & tuba longe eminet: Stylorum pondera longiora; ad duas lineas, nodulo terminata, qui inperfectus eſt loculus. Filamenta ipſa longitudine galeae, longis apicibus. Semina ex ovatis acuminata, ſpadicea.

In morbis pectoris, ad calculum ACT. BRESLAV. L. XXIX. p. 96. Vinum moſchatum reddere BOCCONE *Muſ. di Piante* p. 53.

## *C A R D I A C A.*

TOURNEF. T. 87.

*LEONURI* LINN. n. 490. ſpecies.

Calyx bilabiatus, duabus laciniis inferioribus longioribus retrorſum reflexis, tribus ſuperioribus brevibus, erectis. Galea erecta, inſtar cochlearis cava, ſubrotunda. Barba trifida, galea minor, ſegmentis acutis.

1. CARDIACA foliis trilobatis.

*Icon* BRUNFELSII I. p. 158.
*Vulgo Agripaume* RUELL. p. 624.
*Cardiaca* FUCHS. p. 395. DORST. p. 651. bene, GESN. Coll. p. 66. MATTH. p. 1128. (junior) CAM. Epit. p. 864. non bene, DOD. p. 94. LOB. ic. p. 516. CAESALP. p. 445. LUGD. TAB. p. 545. I. B. III. p. 320. ROYEN. faſc. II. p. 49. cum charactere, RAJ. p. 571. RIVIN. T. 20. bene, I. R. H. ZANICH. p. 49. ic. 187. BLAKW. p. 171.
*Marrubium Cardiaca dictum* C. B. Baſ. p. 65. MORIS. III. p. 378. *forte primum Theophraſti* C. B. P. &c.
*Leonurus foliis caulinis lanceolatis, trilobis* LINN. Cliff. p. 313. ROYEN. p. 310.
β *Flore albo* MENZ. Gedan. I. R. H. &c.
γ *Foliis criſpis* HERM. I. R. H. &c

Nihil frequentius in ruderoſis & ad vias.

Caulis ramoſiſſimus, altus ad 4 pedes & ultra, erectus, ramis longiſſime erectis. Folia petiolata, trifida, lobis exterioribus majoribus, ſemibifidis, undique acute dentatis; medio lobo minori, ſemitrifido. In ramis ſuperioribus denſi verticilli foliis inſident, in duos ſemiverticillos diviſi. Galea extus hirſuta pallide purpurea; barba alba, purpureis maculis conſperſa.

Laudatur ad cardiacam puerorum ex inflatione ventriculi ortam: ſed fere nullo in uſu eſt. Sudorificam eſſe ajebat BOERHAAVIUS, & ea adſumta; quaſi amarum fumum

mum per omne corpus diſpergi; prodeſſe ergo, quando pituita ventriculum obſidet.

2. CARDIACA foliis cordiformibus.

*Urtica ſexta* TRAG. p. 5.
*Sylveſtris Meliſſa* EIUSD. p. 13.
*Galeopſis flore luteo* CORD. Dioſc. p. 69.
*Urtica iners tertia ſ. lamium luteo flore* DOD. p. 153. optime.
*Lamium luteum* LOB. ic. p. 521. eadem, TAB. p. 537. RAJ. p. 560.
*Galiopſis quarta* THAL. p. 55. &
*Urtica fatua incana* EIUSD. p. 132.
*Galeopſis ſ. urtica iners flore luteo* I. B. III. p. 323. T. aut. de Par. p. 450. I. R. H. &c.
*Lamium folio oblongo, luteum* C. B. Baſ. p. 68. H. OX. III. p. 385.
*Lamium flore luteo* RIVIN. T. 20. GESN. Indic. p. 47.
*Leonurus foliis ovatis, ſerratis, acutis* LINN. Cliff. p. 313. ROYEN. p. 310.
β *Foliis maculatis* HERM. PLUKN. MUNT. SUTHERL. I. R. H. IOHR. RAJ. VAILL.
γ *Foliis ampliſſimis, maculis nigris notatis* GAGNEB. in villa *du Creux du Vent.*
δ *Foliis anguſtiſſimis* PLUKN. RAJ. III. p. 304.

In ſylvis & ad ſepes abunde.

Caulis debilis, cubitalis, cum foliis hirſutus. Folia petiolata, crenata, cordata, mucrone in inferioribus brevi, in ſuperioribus longo. Flores in verticillos decemfloros in alis ſuperiorum foliorum. Calyx a priori paulum differt uno ſegmento ſuperius poſito, quatuor minoribus, inferioribus. Flos primae ſpeciei ſimilis, major, flavus, medio, longiori, barbae ſegmento media linea & maculis quibusdam diſtincto. Galea longa, erecta, ut ex patulo rictu ſtamina erumpant.

## *L A M I U M.*

TOURNEF. T. 58. LINN. n. 488.

Calyx obſcurius bilabiatus, ſegmentis modice inaequalibus in ariſtas terminat, tubo patulo. Floris galea concava, fornicata, obſcure aliquando emarginata, ſerrata. Barbae ſegmenta lateralia minima, quae ſpinulam reducunt, medium ampliſſimum, bifidum, per medium plica eminente diviſum.

I. LAMIUM foliis diſſitis, cordatis, acutis.

α *Taubneſſeln Männlin* BRUNF. p. 153.
*Lamium* FUCHS. p. 469. hujus ſimilior eſt.
*Urtica* 7. TRAG. p. 5.
*Galiopſis* CORD. Dioſc. p. 69. TRAG. ic. p. 4. MATTH. p. 1129. abſque icone, CAM. Epit. p. 865. bene.
*Urtica mortua* DORST. p. 302 *b*. GESN. Coll. p. 115.
*Urtica iners ſ. Lamium primum flore purpureo* DOD. p. 153.
*Lamium purpureum* TAB. p. 537.
*Galiopſis ſ. urtica iners, flore purpuraſcente majore, folio non maculato* I. B. III. p. 321. RAJ. p. 559. Syll. ext. p. 129. MORIS. III. p. 384. ſub n. I.
*Lamium purpureum non foetens, folio oblongo* C. B. Baſ. p. 65.
*Lamium purpureum foetidum, folio parvo acuminato, flore majore* PLUKN. p. 204. T. 198. f. I.
*Lamium folio oblongo, flore rubro* PARK. I. R. H. RUPP.
I. *Galeopſis* RIVIN. T. 62.
*Lamium purpureum, flore majore* PET. letr. III. p. 45. cum icone.
*Lamium foliis cordatis, acuminatis, ſerratis, petiolatis* LINN. Cliff. p. 314. ROYEN. p. 319.
II. *Foliis maculatis.*
*Urtica* λευκοςίκτος THAL. p. 132.
*Urtica mortua albas maculas habens* COLUM. l. c. p. 191. obiter.
*Urtica foetida vulgaris, purpurea, folio maculis albis notato* I. B. F. Boll. p. 187.
*Lamium maculatum* C. B. MOR. III. p. 385.

Haec in Helvetia ad omnes ſepes reperitur.

Caulis pedalis, & ultra, erectus, fragilis. Folia remota, petiolata, cordata, hirſuta, crenata. Flores in verticillos decemfloros &c. foliis inſidentes in orbem. Flos purpureus, fauce ampliſſima, maculoſa, galea hirſuta, integra, barbae alae ſpinularum ſimiles. Maculae vagae ineunte hyeme ex morbo ſubnaſcuntur.

Ad fluorem album conſervam Lamii maculati laudat ETTMULLER. Vulgati vero albi infuſio in frigida ad ſcrophulas pro praeſtantiſſimo medicamento laudatur COMMENT. PARIS. 1717. p. 852. ad anginam eamdem a ruſticis adhiberi BOERHAAVE. Oleo

ve. Oleo abundat GEOFROI III. p. 659. hinc balſamum vulnerarium DODARTI, celebre ad ulcera detergenda.

β *Taubneſſeln weiſs* BRUNF. I. p. 152.
*Urtica* 5. TRAGI p. 5.
*Lamium* RUELL. p. 455.
*Lamium flore albo* GESN. Ind. p. 47.
*Galeopſis flore albo* CORD. Dioſc. p. 69.
*Urtica iners ſ. lamium primum flore albo* DOD. p. 153. cum icone.
*Lamium ſ. Archangelica flore albo* LOB. p. 520.
An *Milzatella foliis candidioribus* CAES. p. 450.
*Lamium album* TAB. p. 536. RAJ. p. 559.
*Galeopſis ſ. Urtica iners floribus albis* I. B. III. p. 322.
*Lamium album non foetens, folio oblongo* C. B. Baſ. p. 65. P. (cum purpureo)
*Lamium vulgare album, ſ. Archangelica flore albo* PARK. T. aut. de Par. p. 108. I. R. H. MAGN. Char. p. 86.
*Lamium album vulgare ſ. Archangelica* MORIS. III. p. 384.
Icon MERIANAE LVIII.
*Archangelica alba* BLAKW. T. 33.
II. *Flore dilute carneo* VAILL.
III. *Minus* BROMEL.

Haec paulo rarior Bernae naſcitur ad *coemiterium* novum, & prope *Neuenbrück* in ſepibus.
Tota planta pallidior eſt, folii mucro longius producitur, ochroleucos, macula ex viridi luteola in barbae origine. Galea ſaepe emarginata.

γ *Urtica lactea Senenſium* MATTH. p. 1130. abſque icone.
*Lamium Plinii* CAM. Hort. p. 83.
*Milzadella vulgo, Leucas Dioſcor. forte* CAESALP. p. 449.
*Lamium Plinii montanum Campoclarenſium* COLUMN. p. 190. ic. p. 192.
*Galeopſis folio maculato* I. B. III. p. 322.
*Lamium alba linea notatum* C. B. Baſ. p. 66. P. I. R. H. RAJ. p. 560. MOR. III. p. 384. MAPP. p. 161.
δ *Foliis magis inciſis.*
*Lamium Aequicolorum* COLUMN. p. 191. ic. p. 192.
*Baſileae* C. B.

In hac varietate linea medium nervum ſequitur, lactei coloris.
In ſcirrhis lienis praedicatur, ab ipſo etiam C. HOFMANNNO.

2. LAMIUM foliis cordatis, obtuſis, in ſumma caule congeſtis.

*Urtica iners* TRAG. p. 5. & *Lamium* ic. p. 4. non bene.
*Urtica iners altera* DOD. p. 153. bene.
*Urtica non mordax vulgaris, foetens, purpurea* LOB. Ic. p. 520. eadem.
*Extat in ruderibus quaedam* CAESALP. p. 450.
*Galeopſis II.* TAB. p. 545. bene.
*Ballote criſpa major* LUGD. p. 1253. omnino.
*Galeopſis ſ. urtica iners folio & flore minori* I. B. III. p. 323. breviſſime.
*Lamium purpureum foetidum, folio ſubrotundo, ſ. Galeopſis Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 65. T. aut. de Par. p. 206. I. R. H. &c.
*Lamium rubrum* PARK. RAJ. p. 557. BLAKW. T. 152.
*Lamium annuum vulgare rubrum* MORIS. III p. 385. VAILL.
*Galeopſis minor* RIVIN. T. 62.
*Lamium foliis cordatis obtuſis petiolatis* LINN. Cliff. p. 314. ROYEN p. 39.
β *Flore albo* C. B. BOERH. VAILL.
γ *Minus* HERM. I. R. H. TILL. BOERH.
δ *Minus flore albo* BOERH.
ε *Foliis profunde inciſis* PLUKN. p. 304. T. 41. f. 3.

Nihil in hortis, & vallo, agriſque frequentius.
Caulis humilior, vix ſupra ſemipedem, ima parte pene nudus, ſuperne tectus pyramide decreſcente foliorum, quae cordata ſunt, breviora quam priori, obtuſiora. Flos multo minor, rubellus, barba maculata, cum ſpinulis acutiſſimis. Galea integerrima.

3. LAMIUM foliis ſuperioribus amplexicaulibus, inciſis.

*Morſus Gallinae folio hederulae alterum* LOB. ic. p. 463. bene.
*Quaedam juxta parietes* CAESALP. p. 450.
*Marrubium* χαμαιπετὲς THAL. p. 76.
*Ballote criſpa* LUGD. p. 1253.
*Galeopſis ſ. Urtica iners folio caulem ambeunte* I. B. III. p. 853. cum icone aliena.
*Alſines ſpecies* TAB. p. 214. bene.

Mmmm *Lami-*

*Lamium foliis caulem ambeuntibus* RAJ. p. 560.
*Lamium minus folio caulem ambiente* C. B. Baſ. p. 68. pro varietate, T. aut. de Par. p. 107. I. R. H.
*Lamium annuum foliis caulem ambientibus, minus* MORIS. III. p. 386.
*Galeopſis folio caulem ambiente, minor* RIVIN. T. 63.
*Laminm foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis* LINN. Cliff. p. 314. ROYEN. p. 319.
II. *Lımium foliis caulem ambientibus, majus* C. B. Baſ. p. 66. RAJ. p. 560. cum priori &c.
*Galeopſis folio caulem ambiente* RIVIN. T. 63.

*Baſileae* non rarum: Bernae rarius, inter ſegetes, v. g. ad dextras viae *Moratenſis*, ubi primum ſylvam tangit.

Caules projecti, pedales, quando magni. Folia ima ſubrotunda, ſemiquinqueloba, petiolata, rotunde circumſerrata: ſuperiora ſeſſilia, ut quodvis ſuum ſodalem lata baſi adtingat, non raro profundius, & pene ad medium inciſa. Verticilli denſis foliis inſident. Flos longiſſimo tubo ex calyce exſilit & graciliſſimo. Galea villoſa, purpurea, integra: barba punctulata, uti fauces, quae peramplae ſunt.

## *S T A C H Y S.*

RIVIN. LINN. n. 458.
*STACHYOS* & *GALEOPSIS* ſp. T.

Calyx in noſtris ex tubulo dilatato quinquefidus, bilabiatus, inferioribus duobus ſegmentis rectioribus, brevioribus, & diſtantibus a tribus ſuperioribus, dentibus omnibus in ſpinas exeuntibus. Flos maximo rictu hiat. Galea brevis, erecta, ſubrotunda, modice cava. Barba multo longior, recta, lateralibus ſegmentis exiguis, ſubrotundis, medio ampliori, ſemicirculari, emarginato.

1. STACHYS foliis cordatis, acuminatis, petiolatis; floribus laxe ſpicatis LINN. Cliff. p. 309. ROYEN. p. 31.

*Urtica Herculea* GESN. Ind. p. 142. TAB. p. 536.
*Heraclea* TRAG. p. 5. & *Urtica XI.* EIUSD. ib.
*Herbae Judaicae cognata?* GESN. Coll. p. 80. *b.* & p. 107.
*Galeopſis legitimı* CLUS. Hiſt. p. XXXV. cum bona icone, p. XXXVI.
*Quaedam in montibus* CAESALP. p. 443.
*Urtica Herculea* TAB. p. 536.
*Urtica foetida* I. B. F. Boll. p. 187. *maxima* πορφυρανθεμος THAL. p. 132.
*Galeopſis rubra* LUGD. p. 1248. abſque icone.
*Galeopſis ſ. Urtica iners magna foetidiſſima* I. B. III. p. 853.
*Lamium maximum ſylvaticum foetidum* C. B. Baſ. p. 66. P. &c.
*Galeopſis legitima Dioſcoridis* RAJ. Hiſt. p. 548.
*Stachys foetida ſepium, flagellis reptatricibus* H. OX. III. p. 382.
*Galeopſis procerior, foetida, ſpicata* T. aut. de Par. p. 196. I. R. H. & T. 86. A. C. E.
*Stachys ſylvatica* RIVIN. T. 26. bene.
*Lamium maximum ſylvaticum alterum* MURALT. p. 593. procul dubio.
*Galeopſis* BROM. BLAKW. T. 84.
β *Folio lougiori* PONTED. Tab. p. 24.
An *Urtica foetida anguſtifolia* I. B. F. Boll. p. 187.

Caulis erectus, ramoſus, tripedalis & ultra, cum tota planta hirſutus. Folia longe petiolata, mollia, cordis forma. Flores in ſpicas foliis minimis diſtinctas, factas ex verticillis fere octifloris. Flos recta exſtat. Galea pubeſcens, ſature purpurea, tribus profundioribus lineis diſtinguitur. Barba ex albo & purpureo varia: fauces hirſutae, lateralia ſegmenta acuta, medium emarginatum. Semina nigra, hinc convexa, inde lateribus coeuntibus, rotundo-triquetra.

Sapor herbaceus, adſtringens, foetor laniiaceus. Oleum infuſum ad tendinum vulnera, aqua infuſa ad pleuritidem & colicam nephriticam laudatur. TOURN.

2. STACHYS foliis hirſutis ſpicam diſtinguentibus, obſcuri coloris, imis cordiformibus.

An *herbae Judaicae cognata* GESN. Coll. p. 80 *b.*
*Urticae foetidae, ſclareae Tragi ſimilis vel ſtachydi Fuchſii* I. B. Boll. p. 187.
*Pſeudoſtachys alpina* C. B. Prodr. p. 113. Baſ. p. 68. RAJ. p. 555. ZWING. p. 744.
*Stachys ſ. Pſeudoſtachys alpina* H. OX. III. p. 318. cum mala icone, T. X. f. 4.
*Stachys alpina folio Betonicae* Ic. REG. *flore purpureo* DILL. p. 97.
*Galeopſis alpina betonicae folio, flore variegato* I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 36. BOERH. VAILL. MAPP.
*Stachys alpina* RUPP. p. 183.
*Stachys alpina magna, flore ex albo rubeſcente* BOERH. p. 153. denuo.
II. Omnino eadem eſt (teſte RAJO III. p. 202.)

*Stachys*

*Stachys folio obſcure virente, flore ferrugineo* H. OX. II. p. 382. T. X. f. 11. RAJ. III. p. 201. VAILL.
*Stachys latifolia major, foliis obſcure virentibus, flore galeato ferrugineo* PLUKN. p. 356. T. 317. f. 4.
*Stachys folio obſcure virente, flore purpuraſcente* WALTH. p. 108. T. XIX.
*Stachys foliis lanceolato - ovatis, ad baſin emarginatis, verticillis tomentoſis* LINN. Cliff. p. 301. ROYEN. p. 517.

Minime rara in montanis *Jurae* & ad *Alpium* radices. In M. *Suchet* maxima copia. Inter *Langenbruk* & *Wallenburg* copioſe. In dumetis circa *Grindelwald.* SCHEUCHZER. in M. *Utliberg* & alibi.

Caulis ramoſus, aut non ramoſus; cubitalis & bicubitalis; erectus. Folia mollia, obſcuri coloris, rugoſa, hirſuta, ex cordatis productiora, ſuperiora vero ex ellipticis. Verticilli denſiſſimi. Calyx duobus ſegmentis minus profunde, reliquis profundius inciſis, in ſpinulas terminatis. Semina magna, fuſca, ex rotundis acuta. Galea extus hirſuta, obſolete purpuraſcit. Barba aut varia eſt ex albo & obſolete purpureo, aut tota obſoleti coloris; & ipſa piloſa, medio ſegmento ſubrotundo, emarginato.

Odor paulo gratior Meliſſophylli.

3. STACHYS foliis tomentoſis albis, verticillis denſiſſimis, ad baſin exſectis, longe decreſcentibus.

*Stachys* FUCHS. p. 765. 766. RUELL. p. 533. CORD. p. 58. & Hiſt. p. 146. GESN. Coll. p. 109. Hort. p. 283. TAB. p. 376.
*Marrubium agreſte* TRAG. p. 9. male.
*Pſeudoſtachys* MATTH. p. 830. CAM. Epit. p. 578. LUGD.
*Stachys Fuchſii* DOD. p. 90. & MATTH. LUGD. I. B. III. p. 319. RAJ. p. 554. PLUKN.
*Stachys Dioſcoridis* LOB. p. 530. ex DOD.
*Salvia ſylveſtris* CAES. p. 441.
*Marrubium montanum alterum* THAL. p. 76.
*Stachys major Germanica* C. B. Baſ. p. 68. P. PARK. ZWING. p. 743. T. aut. de Par. p. 151. I. R. H. MAGN. Char. p. 84.
*Stachys folio denſiore candicante, ſerrato, & acuto, major* H. OX. III. p. 381.
*Stachys alba, latifolia, major* BARR. ic. 297.
*Stachys montana* RIV. T. 27. optime, VOLC.
*Stachys foliis oblongo - cordatis, floribus verticillatis* CLIFF. p. 309. ROYEN. p. 317.
β *Foliis ternis* VAILL.
γ *Foliis anguſtioribus* Flor. Bat. BOERH.
δ *Flore albo* C. B. VAILL.
ε *Flore dilutiore* I. R. H.

C. B. *Baſileae* in arvis & inter ſegetes, ego inter *Steinenthor* & S. *Margret*, uti olim I. B. Idem verſus *Mutetz*, & circa *Genevam*, ubi copioſe reperi, ad viam verſus *Thuiri.*

Caulis erectus, bipedalis & ultra, cum foliis alba, tomentoſa, copioſiſſima lanugine tectus. Folia craſſa, ſicca, rugoſa, ex ovalibus productiora, circa nervum modice exciſa. Verticilli denſiſſimi. Galea extus lanuginoſa, intus purpurea, modice inciſa.

4. STACHYS verticillis ſpicatis, foliis ſubhirſutis, ellipticis, ad baſin emarginatis.

*Betonica foetida* GESN. Coll. p. 63.
*Stachys paluſtris Geſneri* CAM. Hort. p. 164.
*Tertiola* CAES. p. 431.
*Stachys aquatica* TAB. p. 577. bene.
*Urtica fatua aquatica πολύμορφος* THAL. p. 132.
*Galeopſis anguſtifolia foetida* I. B. III. p. 854.
*Lyſimachia galericulata adulterina* AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 7. f. 3.
*Stachys paluſtris foetida* C. B. B. Baſ. p. 68. H. OX. III. p. 383. ZWING. p. 744.
*Sideritis radice ſtrumoſa, Anglo - Britannica* LOB. III. p. 109.
*Sideritis Anglica, ſtrumoſa radice* PARK. p. 587. RAJ. p. 563. PLUKN.
*Lyſimachia hirſuta purpurea, flore galericulato* LOES. p. 156. ic. 41. pro nova.
*Stachys paluſtris* RIVIN. T. 26.
*Galeopſis paluſtris Betonicae folio, flore variegato* T. aut. de Par. p. 196 I. R. H. T. 86. E. G. E. &c.
*Sideritis prima, gravis odoris* MAGN. Char. p. 88.
β *Latifolia* BOERH. p. 163.

Paſſim in paludoſis, ad foſſas, in agris humilioribus.

Caulis erectus, bipedalis, tripedalis, ex imo ramoſus. Folia molliter hirſuta, neque ta-

que tamen tomentoſa, ex ellipticis lente acuminata, rotunde crenata. Verticilli crebri, exiguis foliolis diſtincti, in ſpicam ordinati, caulem terminant, quos ſex ad 12. flores faciunt. Galea hirſuta, profundius violacea, ex luteolo varia. Barbae medium ſegmentum amplum, emarginatum, origo varia ex iisdem coloribus.

Amara, foetida, vulneraria eſt LOBEL.

## *GALEOPSIS.*

LINN. n. 487. TOURNEF. pleraeque.
*TETRAHIT* DILL. nov. gen. p. 130.
*CANNABINA* BOERH.
*CANNABINASTRUM* HEISTER. *ind.* 1731.

Calycis campaniformis ſpinae acutae, longiores, & rigidae. Galea ſubrotunda, erecta, ſerrata: uti barba ſerrata eſt, cujus alae pene quadratae ſunt, medium ſegmentum multo amplius, & emarginatum, propius in origine inſtructum appendicibus.

1. GALEOPSIS foliis & caule fulcrato hiſpidis, flore duplo calyce longiore.
An haec *ruſtica cannabis* RUELL. p. 546.
*Cannabis ſylveſtris prior* TRAG. p. 35. abſque icone.
*Urtica mortua conceptaculis ſpinoſis* GESN. Coll. p. 115.
*Urtica iners quarta* DOD. p. 153. *floribus purpureis punctis inſcriptis* EIUSD. p. 154.
*Cannabis ſpuria* LOB. obſerv. app. p. 466. RAJ. p. 561. RIV. T. 31.
*Cannabis ſpuria facie urticae* LOB. p. 527. (icon in qua ex vitio pictoris foliorum ſerrae omiſſae ſunt PLANT. ad ic.)
*Cannabis ſylveſtris Dalech.* LUGD. p. 497. commode.
*Cannabis ſylveſtris, quorundam urticae inerti affinis* I. B. III. p. 854.
*Urtica aculeata, foliis ſerratis* C. B. Baſ. p. 66.
*Cannabis ſpuria prima* PARK. p. 599. tertia in icone ex LOB.
*Lamium annuum procerius, urticae folio, verticillis ſpinoſis* MORIS. III. p. 386.
*Galeopſis procerior, calyculis aculeatis* T. aut. de Par. p. 450. *flore purpuraſcente* I. R. H. VAILL. &c.
*Sideritis, quae urtica aculeata foliis ſerratis* MAGN. Char. p. 88.
*Galeopſis corolla rubra aut alba* LINN. Lapp. n. 237.
*Galeopſis ramis ſummis ſtrigoſis* LINN. Cliff. p. 314. ROYEN. p. 319.
Icones WEINM. T. 300. b. c. T. 301. a. b.
II. Mala ſpecies, orta ex errore iconis Lobelianae.
*Urtica aculeata foliis non ſerratis* C. B. Baſ. p. 66. AMBROS. TIT.
*Lamium annuum medium elatius, foliis non ſerratis* MORIS. III. p. 386.
β Varietas *flore albo.*
An *Cannabis ſylveſtris altera* TRAG. p. 351.
*Urtica aculeata foliis ſerratis candidis* C. B.
*Galeopſis alpina calyculis aculeatis, flore parvo, albo, vario* PONT. Tab. p. 94.
Habent etiam PARK. HERM. MERRET. MOR. SIBB. SUTH. MAGN. DILL. PLUKN. T. TILL. VAILL. BOERH. SIEGESB. BUXB. RUDB. p. 92.

Nihil vulgatius in agris & ſylvis caeduis.

Caulis durus, hirſutus, erectus, brachiatus, una cum foliis aſperius hirſutus. Rami ſub verticillis & foliis intumeſcunt. Dura iſta, patula, petiolata, ex ovatis lanceolata, ſerrata, nervoſa. Verticilli denſiſſimi. Flos calyce duplo longior: calycis aculei in hac ſpecie longiſſimi. Galea integra, cava, purpuraſcit. Barbae origo ex luteo & purpureo varia; finis & alae purpuracea. Inter media ſegmenta, & lateralia, acuta utrinque appendix eminet. In varietate β omnia alba, oris & maculis purpureis. Semina craſſa, maculoſa, hinc convexa, inde duobus planis obtuſe inclinatis finiuntur.

2. GALEOPSIS foliis & fulcrato caule hiſpidis, flore calyce quadruplo longiore, bicolore.
*Varietas urticae quartae, flore partim luteo, partim purpureo* DOD. p. 154.
*Cannabis ſylveſtris altera, Lamium quorundam* LOB. ic. p. 527.
*Cannabis ſpuria prima* PARK. p. 599. ic.
*Cannabis ſpuria flore ſpecioſo luteo, labro purpureo* RAJ. p. 561.
*Lamium annuum procerius, Urticae foliis, flore luteo amplo, labro purpureo* H. OX. III. p. 386.
*Lamium cannabinum aculeatum, flore ſpecioſo luteo, labiis purpureis* PLUKN. p. 204. T. 41. f. 3. male.
*Cannabis ſpuria flore majore* RIVIN. T. 32. optime.
*Cannabis ſpuria anguſtifolia, variegato flore, polonica* BARREL. ic. 1158.

*Cannabina*

*Cannabina flore magno luteo, labiis purpureis* BOERH. p. 159.
*Galeopſis corolla flava, labio inferiori maculato* LINN. Lap. p. 193.
An *Galeopſis anguſtifolia flore vario* RUDB. p. 98.
Icon WEINM. T. 300 *a*.
BAUHINI & TOURNEF. non habent.

SCHEUCHZER. ſupra *Fabarias Thermas*, qua itur ad coenobium, ad caſas alpinas. GAGNEBIN circa *Ferriere* in lino, hordeo, avena.

Inter ſpeciem I. & III. media eſt, ſed propior primae habitu duro & verticillis longius aculeatis primae; flore vero unciali, ſpecioſo, tertiae, cujus luteus color eſt, labii vero inferioris medium ſegmentum purpureum eſt.

3. GALEOPSIS foliis ovato-lanceolatis, molliſſimis & tomentoſis.
*Varietas Urticae quartae, flore toto luteo vel albido* DOD. p. 154.
*Cannabis ſylveſtris ſpuria tertia* LOB. p. 28.
*Cannabina alba* TAB. p. 547. niſi ſit varietas n. I.
Et *Alyſſon arvenſe album* p. 842. idem enim videtur.
*Urtica aculeata foliis non ſerratis altera* C. B. COMM. &c.
*Cannabis ſpuria tertia* PARK. deſcr. p. 599.
*Cannabis ſpuria flore magno eleganti* RAJ. Syn. III. p. 240.
*Lamium annuum, medium, Urticae anguſtioris folio, flore ochroleuco* H. OX. III. p. 386.
*Galeopſis altera calyculis aculeatis, flore flaveſcente* I. R. H. VAILL. MAPP.
*Ladanum verticillis crebrioribus, flore flaveſcente, caule fulcrato* DILL. p. 135.

Bernae inter ſtipulas abunde, v. g. inter viam *Arbergenſem* & *Moratenſem*.

Caules pedales, erecti, ramoſi. Folia mollia, molli ſericeo villo hirſuta, modice & rariter crenata, ex ovalibus lanceolata. Caulis ſub ramis intumeſcit. Verticilli denſiſſimi, lanuginoſi; calyces bilabiati, aculeo duro, in tota familia breviſſimo. Flos longe ex calyce erumpit, unciali major, tubo gracili, deinde ventricoſo. Galea leviter inciſa: labii inferioris alae quadratae, appendices breves, & medium ſegmentum crenatum. Flos totus hirſutus, ochroleucus: fauces flavae.

4. GALEOPSIS foliis longe ellipticis, ſubhirſutis.
*Betonica campeſtris purpureo flore* TRAG. p. 198.
*Herba ſimilis Judaicae, flore purpureo* GESN. Coll. p. 81.
*Ladanum ſegetum* LUGD. p. 443. RIVIN. T. 24.
*Sideriti congener II.* THAL. p. 103.
*Alyſſum Galeni flore purpureo* TAB. p. 541.
*Ladanum ſegetum flore rubro quorundam* (& albo) I. B. III. p. 855. RAJ. p. 566. MAGN. Char. p. 97.
*Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra* C. B. Baſ. p. 67. P. &c.
*Lamium arvenſe annuum anguſtifolium, rubrum, verticillis ſpinoſis* H. OX. III. p. 386.
*Galeopſis patula ſegetum purpuraſcente flore* T. aut. de Par. p. 270. I. R. H. RUPP.
*Galeopſis ramis ſummis pubeſcentibus* LINN. Cliff. p. 314. ROYEN. p. 319.
β *Flore albo* I. B. F. Boll. p. 187. I. R. H. TILL. LIND. MAPP. &c.
γ *Latifolium* RIVIN. T. 24.

Nihil frequentius in ſegetibus.

Caulis ramoſus, brachiatus, pedalis. Folia longe elliptica, anguſta, rariter ſerrata, hirſuta. Flores in denſos verticillos. Calycis dentes inferiores modice breviores, aculeis brevioribus, quam in I. & 2. Flos longe eminens, purpureus. Galea ſerrata, ſubhirſuta, barba ampla, alis quadratis, medio ſegmento emarginato, venis albis & purpura picto, ſerratis omnibus. Medium ſegmentum non raro duabus peculiaribus inciſionibus diſtinguitur, ut ſit ſemiquadrilobum. Semina ovato-triquetra, maculoſa.

## *BETONICA.*

TOURNEF. T. 96. LINN. n. 476.
& *STACHYOS* LINN. ſpecies aliquae.

Mihi character Betonicae eſt in floris tubo recto, hirſuto, fauce ampliſſima. Galea integra, ſubrecta, undulata, in longam appendicem ſurſum anguſtiorem contracta, ſaepe ſerrata. Barba trifida, medio ſegmento plicato, emarginato, ſerrato. Calyx bilabiatus: ſegmentis plerumque in pilos terminatis, duriores aut molliores.

I. BETONICA foliis inter diſſitos verticillos longioribus, ellipticis, ſerratis.
*Betonica campeſtris prima, flore candido* TRAG. p. 198.

*Herba in arvis, ſimilis Judaicae, flore albo* GESN. Coll. p. 81. & *ſideritis prima quae & Tetrahit?* p. 107.
*Sideritis arvenſis flore pallido* CAM. Hort. p. 161.
An *Sideriti congener II. flore candido* THAL. p. 104?
*Alyſſum majus* TAB. p. 541. bene.
*Sideritis glabra latiore folio* I. B. F. Boll. p. 187.
*Sideritis glabra arvenſis* I. B. III. p. 427.
*Sideritis arvenſis latifolia glabra* C. B. Baſ. p. 67. RAJ. p. 566. DILL. VAILL. BREYN. Prodr. II. p. 97.
*Sideritis flore albo, barba luteola* RIVIN. T. 69. (galeam pingit inciſam) DILL. RUPP.
*Betonica arvenſis annua, flore ex albo flaveſcente* T. aut. de Par. p. 248. I. R. H. VAILL.
*Sideritis arvenſis glabra, flore albo* BOCCON. p. 116.
*Galeopſis, quae ſideritis arvenſis latifolia glabra* MAGN. Char. p. 87.
*Stachys foliis lanceolatis, ſeſſilibus, baſi adtenuatis* LINN. Cliff. p. 310. ROYEN. p. 317. Conjungit hanc ſpeciem cum ſequente.
β *Foliis ternis* PONT. Tab. p. 98.

In arvis exeunte aeſtate abunde.

Caulis erectus, pedalis, & bipedalis, brachiatus. Folia inferiora longe petiolata, ovata; ſuperiora elliptica, pallida, ampla, rotunde circumſerrata, ſubhirſuta. Verticilli diſtincti quinque circiter florum. Calyx bilabiatus: ſegmenta ſuperiora tria ſurſum recurva, inferiora duo deſcendunt: ariſtata omnia, ſed molliſſima. Galea ſinuata, non bifida, crenata, ochroleuca. Barba deſcendit, pallide ſulfurea. Semina fuſca, rotunde triquetra.

In Moravia ad tabem puerorum in uſu eſt BOCCONE.

2. BETONICA foliis inter verticillos diſſitos brevibus, in ariſtam terminatis, integris.

*Sideritis prima* RUELL. p. 594. FUCHS. p. 769. GESN. Hort. p. 281. Tab. Coll. p. 107. THAL.
*Sideritis, Reiskraut* CORD. Dioſc. L. III. c. 175. L. IV. c. 33.
*Herba Judaica* GESN. H. Tab. Coll. p. 80.
*Sideritis I.* CLUS. p. XXXIX. non placet.
*Sideritis, Heraclea Dioſcoridis* TAB. p. 128. non placet.
*Sideritis vulgaris hirſuta* I. B. III. p. 425. C. B. Baſ. p. 67. H. OX. III. p. 387. *erecta* C. B. SCHEUCHZ. It. VII. p. 519. MUR. p. 734.
*Sideritis flore luteolo* RIVIN. T. 10. (galeam pingit inciſam.)
*Sideritis hirſuta procumbens* VAILL. p. 184.
Forte & T. & PLUK. Mantiſſ. p. 171. & plerumque; non autem C. B.

In Helvetia ad vias frequens v. g. ſub clivo *Sandrein*, ad viam *Murienſem* cis agrum. Baſileae verſus *Crenzach*. SCHEUCHZER. pro rara: *Scaphuſiae* MURALTUS. In valle S. *Jmier* GAGNEBIN.

Caulis durus, una cum foliis hirſutus, erigitur, etſi prima pars aliquando procumbat. Folia nervoſa, carnoſa, rugoſa, rotunde ſerrata, ovata, deinde elliptica, ima petiolata, ſuperna minima. Spica rara ex verticillis quinquefloris, foliis ſuſtentatis, ſimpliciſſimis, ariſtatis. Calycis ſegmenta in molles ariſtas deſinunt. Flos pallide ſulfureus, barbae initio ſtriis rufis maculato.

Ad contracturas cum dolore, quas faſcino tribuunt, cives ſuos uti BOCCONE *Muſ. di Piant.* p. 36. *oſſerv.* p. 113.

3. BETONICA foliis inter verticillos in vertice congeſtos breviſſimis & integris.

*Betonica* BRUNF. I. p. 88. FUCHS. p. 350. DORST. p. 38. bene, RUEL. III. c. 76. GESN. Coll. p. 52. *b.* Hort. p. 250. MATTH. p. 944. non bene, CAM. Epit. p. 681. cum charactere, DOD. p. 40. LOB. ic. p. 532. CAES. p. 444. LUGD. TAB. p. 543. RAJ. p. 550. RIV. T. 28. LINN. Cliff. p. 310. BLAKW. T. 46. ROYEN. &c.
*Betonica purpurea* TRAG. p. 197. C. B. Baſ. p. 67. T. aut. de Par. p. 320. I. R. H.
*Vetonica* CORD. D. IV. c. I. Hiſt. p. 164*b*.
*Betonica vulgaris* CLUS. p. XXXIX. Pann. p. 598. H. OX. III. p. 365.
*Betonica vulgaris purpurea* I. B. III. p. 301. MAGN. Char. p. 91.
II. *Flore carneo* BOERH. VAILL.
III. Varietas ſerotina, altior, ramoſior.
*Betonica alpina, incana, purpurea* BARR. ic. 340.
*Betonica ſpica longiore & molliore* CLUS. l. c. H. OXON.
*Betonica major ramoſa, Mauritiana dicta* HOFMANN.

*Betonica purpurea, ſpica longiori* TILL. ZANICH. p. 37. ic. 250.

*Betonica foliis hirſutis, floribus purpureis ampliſſimis* MENZ. pugill. RAJ. III. p. 297. TILL.

Satis vulgaris in collibus apricis, in ſylvis caeduis; in pratis udis, v. g. circa *Belp.* Albam reperi inter plantas D. CONSTANT.

Caulis non ramoſus, cubitalis, erectus. Folia ima petiolata, ſuperna pauca, ſeſſilia, hirſuta, rugoſa, ex cordatis longe & elliptice decreſcunt, & obtuſe terminantur. Flores in ſemiverticillos, ſed ita vicinos, ut ſpicam faciant, ſub qua caulis longe nudus eſt, folioſam, foliolis flore brevioribus. Calyx paulum bilabiatus, molliter ariſtatus. Flos naturaliter purpureus, barbae medium ſegmentum ex albo varium. Semen ovato-triquetrum.

Subſalſus ſapor eſt, herbaceus, leniter aromaticus: radices amarae. Pro cephalica habetur, vulneraria, diuretica, quae longo infuſi aut conſervae uſu in arthritide, [experimento HILDANI] catarrhiſve & capitis doloribus proſit: recens tamen inebriat ETTMULLER. & radices valide purgant LOBEL. Adv. p. 229. C. HOFMAN. ut vis quidem cephalica videatur imaginaria eſſe. Errhinum vero eſſe ex eadem ratione facile credo E. N. C. Dec. I. Ann. IV. obſ. 110. & BOERHAAVE in *prael.* Sed & odor movet vertigines, teſte BARTHOLINO. Caſeis Angli addunt LOBELIUS.

β *Betonica alba* BRUNF. in deſcr p. 108. non autem icon, TAB. p. 543. C. B. P. I. R. H. DILL. (qui ſeparat) &c.

*Betonica candida* TRAG. p. 197.

*Rarior flos Betonicae albidus* DOD. p. 39. Conf. HEROLD. apud MATTH. Epiſt. p. 203. CLUS. MORIS. ROYEN. p. 116.

γ *Betonica minima alpina, Helvetica* PARK. p. 614. RAJ. p. 550. H. OX. III. p. 365. I. R. H. HERM. &c.

*Betonica parva foliis anguſtis, floribus exiguis, rubris* MENZ. pug. rar.

II. *Folio vario* BOERH.

Haec, quam I. GESNERUS circa thermas *Leucenſes* legit, folia acutiora, maxime ſuprema, & dentes pariter acutius inciſos habet: ſed non ſatis, puto, diverſa eſt.

## ORDO IIII.
## GALEA MANIFESTE BIFIDA, SEGMENTIS DISCEDENTIBUS.

### *S I D E R I T I S.*

TOURNEF. T. 90.

*SIDERITIDIS* LINN. ſpec. n. 475.

Calyx profunde inciſus, ſegmentis ariſtatis, inferioribus deorſum reflexis. Floris galea inciſa: barbae trifidae medium ſegmentum majus, ſubrotundum, non emarginatum, crenatum. Addi poteſt, folia crenata, ariſtata, diverſa a reliquis, verticillis ſubjici.

1. SIDERITIS foliis ellipticis, crenatis, disjunctis verticillis.

*Sideritis Monspeliaca ſcordioides ſ. ſcordii folio* LOB. Adv. p. 224.

*Sideritis Monſpeliaca ſcordioides, floribus luteis* &c. LOB. ic. p. 525. non optime.

*Sideritis herbariorum V.* TAB. in textu.

*Sideritis Monſpeſſulana* I. B. III. p. 426. cum icone aliena, RAJ. Hiſt. p. 553. Syll. ext. p. 235.

*Sideritis foliis hirſutis profunde crenatis* C. B. Baſ. p. 66. H. OX. III. p. 388. I. R. H.

*Sideritis montana ſcordioides glabra* BARREL ic. 1160.

II. Et *tomentoſa* EIUSD. ic. 343.

C. B. ad ripam *Wieſae* fl. verſus *klein Huningen.* Sed vereor ut indigena ſit, a nemine hactenus in Helvetia reperta.

Caulis erectus, cubitalis, una cum foliis villoſus & hiſpidus, & facie in univerſum Betonicae alterius. Folia carnoſa, ſicca, elliptica, obtuſa, ſeſſilia, profunde crenata; ſuprema vero folia, quae verticillis ſubponuntur, amplexicaulia, lata, circumquaque criſtata ſunt, dentibus ariſtatis. Flores lutei, paulo calyce longiores, qui in ariſtas ſubtiles terminatur. Odor gravis, non ſine aromate.

2. SIDERITIS foliis ellipticis, obſcure crenatis, verticillis in ſpicam congeſtis.

*Sideritis montana* LOB. Adv. p. 225. ic. p. 525. peſſime, H. OX. III. p. 388.

*Sideritis Valerandi Dourer, brevi ſpica* I. B. III. p. 427. RAJ. Syll. exter. p. 237.

*Sideritis alpina hyſſopifolia* C. B. RAJ. p. 552. H. OX. III. p. 388. HERM. I. R. H. &c.

β *Foliis integris.*

II. *Sideritis alpina hyſſopifolia, in ſummitate crenata* C. B. I. R. H.
*Sideritis montana hyſſopifolia minor* BARR. ic. 172. non bene.
*Sideritis VII.* CLUS. p. XLI.
Et *Sideritis montana hyſſopifolia major* BARR. ic. 329.
α β *Sideritis foliis lanceolato-linearibus, ſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 313. ROYEN. p. 322.

In apricis ad pedem M. *Thuiri* copioſe legi.

Radix lignoſa, multiplex. Caules multi, erecti, duri, dodrantales. Folia breviter petiolata, elliptica, modice hirſuta, firma, crenis raris, & aliquando nullis (in β), tribus nervis per longitudinem diſtincta. Flores in ſpicam brevem coacti: Folia interjecta lata, ſerrata, longe ariſtata. Calyx pariter ariſtatus. Flos ochroleucos. Galea aliquot lineis, percuſſa . . . ex ſicco.

## *B A L L O T E.*

TOURNEF. T. 85.
*BALLOTA* LINN. n. 486.

Calyx lente campaniformis, ſegmentis aequalibus latis, in ſpinulas terminatis, latiuſculis. Galea erecta parum cava, fiſſa, ſed non profunde. Barba amplior: ejus laciniae laterales emarginatae, media pene cordata, crenata, plana.

1. BALLOTE RUELL. p. 552. FUCHS. p. 154. bene CORD. Dioſc. p. 57 *b.* GESNER. Coll. p. 61 *b.* MATTHIOL. p. 825. Epit. Ital. p. 511. bene, CAMER. Epit. p. 572. CAESALP. p. 445. LUGD. T. aut. de Par. p. 247. I. R. H. ZANICHELL. p. 34. ic. 182. non bene.
*Marrubium majus* TRAG. p. 8. mala, ſi omnino haec eſt.
*Marrubium nigrum* LONIC. RAJ. p. 571.
*Ballote ſ. Marrubium nigrum* DOD. p. 90. LOB. ic. p. 518.
*Marrubiaſtrum, Ballote, Fraſſium foetidum* TAB. p. 540.
*Marrubium nigrum ſ. Ballote* I B. III. p. 318. BLAKW. T. 136.
*Marrubium nigrum foetidum* C. B. Bal. p. 65. *Ballote Dioſcoridis* C. B. P. H. OX. III. p. 377.
*Marrubiaſtrum* RIVIN. T. 65. VOLC. MAGN. Char. p. 89.
*Ballota* LINN. Cliff. p. 311. ROYEN. p. 315.
β *Flore albo* I. R. H. VAILL. TILL.
γ *Folio vario* PONT. Tab. p. 93.

Frequentiſſima ad maceries & ſepes.

Caulis tripedalis, erectus, ramoſus. Folia pene cordata, ſed baſi parum emarginata, villoſa, ſaepe pulvere conſperſa, dentata. Verticilli ex duobus petiolis ramoſis, foliis diſtincti aequalibus. Flos obſoletius ex violaceo purpureus: barba venis albis picta.

Folia lamii odore, amara, inter hyſterica habentur. Ad podagram infuſum laudatur, quod ſudores movet; ſed GARIDELLUS inefficax expertus eſt.

## *M A R R U B I U M.*

TOURNEF. T. 91. LINN. n. 473.

Calyx tubuloſus, regularis, quinque majoribus, & totidem minoribus dentibus terminatur, in noſtra: Galea gracilis, acute fiſſa & profunde; & laciniae eundo lateſcunt: Barbae trifidae lateralia ſegmenta recta, exigua, medium transverſim reniforme, emarginatum, ſerratum.

1. MARRUBIUM denticulis calycinis ſetaceis uncinatis, LINN. Cliff. p. 312. ROYEN. p. 315.
Iconem habet BRUNF. I. p. 159. ſatis bonam.
*Marrubium* DORST. p. 182. FUCHS. p. 590. RUELL. p. 553. CORD. D. p. 58. GESN. Coll. p. 88 *b.* MATTH. p. 828. bene, Comp. Ital. p. 512. optime, CAM. Epit. p. 573. non bene, DOD. Pempt. p. 87. CAES. p. 447.
*Marrubium candidum* TRAG. p. 8. male.
*Marrubium vulgare* CLUS. p. XXXXIIII. Pann. p. 588. AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 6. f. 1.
*Marrubium album* LOB. ic. p. 517. LUGD. I. B. III. p. 316. RAJ. p. 556. RIVIN. T. 479.
*Marrubium ſ. Praſium album* TAB. p. 539. bene.
*Marrubium album vulgare* C. B. Baſ. p. 65. H. OX. III. p. 316. T. aut. de Par. p. 115. I. R. H. T. 91. MAGN. Char. p. 92. ZANICH. p. 180. ic. 198.

Ad vias, & in ruderoſis, non rarum.

Caules

Caules multi, firmi, erecti, ramoſi, cubitales. Folia ſubrotunda, acuminata, profundius in rugas contracta, majoribus & minoribus crenis circumſerrata, villoſa & pulverulenta. Verticilli denſiſſimi, ſeſſiles, diſtincti foliis longe eminentibus, lanugine tecti. Flores albi.

Odor validus, qui de Moſcho aliquid habet, (C. HOFMAN.) medicatus, amarities ſumma & quaſi oleoſa, hinc durabiles vires non exiguas promittunt. Inſigniter movet, bilis officio fungitur, ſudores & urinas urget, aperit obſtructa, coacta reſolvit. Infuſum in menſibus, in morbis pectoris, aſthmate ſenum, aliquando in phthiſi, experimento HIPPOCRATIS, in ſcirrhis hepatis [vide experimentum CHOMELII p. 173.] aliorumque viſcerum, ictero &c. ex principibus medicamentis eſt; ſuccus etiam praeſtantior, niſi repudiaretur.

## *CATTARIA.*

TOURNEF. T. 95.
*NEPETHA* RIVIN. LINN. n. 474.

Calyx tubuloſus, cylindricus, difformis; tria ſegmenta ſuperiora recedunt a duobus inferioribus recta productis. Galea erecta, cordata. Barbae trifidae alae breviter eminent, ellipticae, pars media quaſi petiolata deſcendit, & ſurſum cava eſt, undique circumcrenata.

1. CATTARIA foliis cordatis, petiolatis, verticillis ſpicatis.
*Calamentum tertium* RUELL. III. c. 30.
*Calaminthae primum genus* FUCHS. p. 434. male.
*Nepeta vulgaris* TRAG. p. 15.
*Calamintha tertia* CORD. Dioſc. p. 58 *b*.
*Calaminthae ſpecies, ut putant* GESN. Hort. p. 251.
*Herba Gattaria* MATTH. p. 719. bene, CAM. Epit. p. 484. non bene.
*Cattaria herba* DOD. p. 99.
*Cattaria ſ. Mentha cati* LOB. ic. p. 511.
*Gattaria* CAES. L. XI. c. 63.
*Mentha felina Cattaria* TAB. p. 348. bene.
*Mentha felina* AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 4. f. 3.
*Mentha Cataria* I. B. III. p. 225. RAJ. p. 548.
*Mentha cattaria vulgaris & major* C. B. Baſ. p. 64. P.
*Nepetha ſ. mentha cattaria vulgaris & major* H. OX. III. p. 414.
*Nepetha* RIVIN. T. 52. RUPP. &c.
*Cataria major vulgaris* T. aut. de Par. p. 254. I. R. H. & T. 95. MAGN. Char. p. 90.
Icon MERIANAE CXIII.
*Nepetha ſ. mentha cataria* BLAKW. T. 455.
*Nepeta floribus interrupte ſpicatis, pedunculatis* LINN. Cliff. p. 310. ROYEN. p. 30.

Ad ſepes & locis ruderoſis.

Caulis erectus, brachiatus, bipedalis. Folia longe petiolata, ex cordiformibus acutiora; profunde circumſerrata, incana & tomentoſa. Verticilli ex duobus petiolis ramoſis componuntur, & foliis diſtinguuntur brevioribus, ut ſpicas efficiant confuſi, quae ramos longe terminant. Flos albus, non ſine tinctura rubelli coloris, & in medio barbae cochleare maculae rubrae.

Odor ſingularis, & ſumma amarities vires demonſtrat. Emmenagoga eſt, aperit ſucco ad duas uncias dato, aut vinoſo infuſo & decocto ſumto, aut pediluvio, lochia pellit, vermes necat, frequentiſſima in inſeſſionibus feminarum. Cephalico etiam ſcopo, & carminativo, dari poſſe, uti Mentha, BOERHAAVE. Ad hepatis aliorumque viſcerum ſcirrhos &c.

2. CATTARIA foliis ovatis, petiolatis, glabris, verticillis diſſite ſpicatis.
*Mentha Cataria hiſpanica, olim mihi ſideritis altiſſima, flore coeruleo & albo* I. B. III. p. 226.
*Nepeta media* PARK. p. 38. RAJ. p. 548. Hoc certe nomine accepi.
*Nepetha ſ. cataria media* H. OX. III. p. 414.
*Cataria hiſpanica Betonicae folio anguſtiori, flore coeruleo & albo* I. R. H. TILL. MILLER.
Reliqua ſynonyma minus certa ſunt.

Inter *Bex* & S. *Maurice* anno 1728. utramque floris varietatem legi cum I. GESNERO.

Caulis ramoſus, bipedalis. Folia ſeſſilia, ovata, ſolida, glabra, albentia ex viridi, ſubtiliter & obtuſe crenata. Verticilli exigui, diſtincti, longe ſpicati. Barba dilute coerulea, vel alba, ad originem maculoſa. Odor ſimilis fortiſque.

### HYSSOPUS.

C. GESNERUS ſpeciem vulgarem hortenſem in Valleſia ſponte naſci audivit. Sed veritus ſum plantam, etiam calidioribus Galliae regionibus, teſte LOBELIO, exoticam, ex vagae famae teſtimonio, civium cenſui inſcribere.

### ROSMARINVS.

Circa *S. Saphorin* in muris ubique naſci audio, oppido ex florum abundantia celebri: An ex hortis propagatur? Deficit in fertiliſſima regione Botanicus, qui definiat.

## *M E L I S S A.*

*MELISSAE* SP. TOURNEF. T. 91. B. D. F. G. I. N. M.
*MELITTIS* LINN. n. 480.

Calyx maximam facit diverſitatem a ſequentibus „ nempe ex amplo & brevi tubo bilabiatus diſcedit in tres breves & latas lacinias; ſuperior ſimplex eſt & ſolitaria, leviter inciſa, inferiores duae ſociae ſunt, & utraque emarginata eſt. Caeterum flos ex maximis totius gentis, peramplo tubo, labio ſuperiori rotunde emarginato, inferiori peramplo, tum lateralibus ſegmentis, tum cordata & ſerrata media lacinia late ſubrotundis. Omnes floris laciniae plicatae ſunt, & undulatae.

1. MELISSA.

*Meliſſophyllum verum* FUCHS. p. 498. VAILL. p. 125. cum deſcriptione.
*Meliſſa* TRAG. p. 12.
*Meliſſophyllon ſylveſtre* CORD. Sylv. p. 223.
*Meliſſophyllum quod pro vero dedit Fuchſius* GESN. Hort. p. 267 *b*.
*Meliſſophyllon Fuchſii* EIUSD. p. 293 *b*.
*Lamium Pannonicum I. verſicolore flore* CLUS. Hiſt. p. XXXVII.
*Lamium Meliſſae folio* CLUS. Pann. p. 593. ic. p. 592.
*Meliſſa Fuchſii* LOB. ic. p. 515. CAM. Hort. p. 99. cum bona icone n. XXX. AICHST. Vern. Ord. 6. T. 7.
*Herba ſacra quorundam Dalech.* LUGD. p. 1336. omnino, etſi ſeparet.
*Meliſſa adulterina quorundam amplis foliis & floribus, non grati odoris* I. B. III. p. 233.
*Lamium montanum meliſſae folio* C. B. Baſ. p. 66. P. RAJ. p. 561. MOR. III. p. 385. WAGN. MUR. p. 537. ZWING. p. 778.
*Meliſſa humilis latifolia, maximo flore purpuraſcente* T. aut. de Par. p. 493. I. R. H. MAPP.
*Galeopſis vel Lamium montanum Meliſſae folio* MAGN. Char. p. 87.
*Lamium Plinii officin.*
*Melittis* LINN. Cliff. p. 390. ROYEN. p. 319.
β *Flore albo* CORD. CLUS. Hiſt. p. XXXVII. cum propria icone, Hort. Bleſ. I. R. H. TILL. VAILL. MAPP.
γ *Anguſtifolia humilior* CLUS. I. R. H. TILL. MAPP.

In montoſis dumetis Jurae minime rara. Reperi proxime *Liechtſtal*, in M. *Muteto*, in adſcenſu M. *Grandvi*, *Biennae* &c. *Genevae* a la *Baſtie* RAIUS. *Tiguri* abunde C. GESNER. MURALT.

Caulis cubitalis, non valde ramoſus, erectus. Folia ampla, petiolata, ex ovatis acuminata, rotunde ſerrata, hirſuta, nigricante colore. Flores in verticillis ſexfloris, ex petiolis unifloris. Galea ſubhirſuta. Flos totus carneus, macula purpurea in labio inferiori notatur; vel albus, macula carnea.

Odor non ingratus, Lamii. Laudatur a TOURNEFORTIO & GARIDELLO ad ſubpreſſionem urinae: noſtris ad morbos chronicos pectoris &c.

MELISSAM citrariam dictam WAGNERUS inter indigenas habet p. 280. Sed pene certo perſuadeor errorem ſubeſſe.

## *C A L A M I N T H A.*

TOURNEF. T. 92.
& *MELISSAE* SP. T. 91. A. E. H. K. L.
*MELISSA* LINN. n. 479.

Calyx anguſtior, tubuloſus, ſtriatus: bilabiatus: labium ſuperius reflexum, breviter tripartitum, ſegmentis retrorſum recurvis, inferius longius, rectius, profundius bifidum. Floris tubus multo ſtrictior, faucibus anguſtis. Galea brevis, erecta, ſubrotunde bifida: barba trifida, ſegmentis ſubrotundis, quorum medium maximum eſt, & leniter emarginatum.

1. CALA-

1. CALAMINTHA foliis ex ovatis acuminatis, caule erecto, panicula ſpicata terminato.

*Bergmünz* ARET. p. 235.
*Calamenthum primum* RUELL. III. c. 30.
*Calamintha montana* GESN. Coll. p. 64*b*. Hort. p. 251. DOD. p. 98. LUGD. BLAKW. T. 166.
*Calamintha* MATTH. p. 716. (ſpicae nimis denſae) CAM. Epit. p. 481. melius.
*Calamintha montana vulgaris* LOB. p. 513. ex DOD. AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 7. f. 2. MOR. III. p. 413.
*Calamintha vulgaris* CAM. Hort. RAJ. p. 569. ZWING. p. 680.
*Calamintha montana vulgaris I.* TAB. p. 350. ex MATTHIOLO.
*Calamintha flore magno, vulgaris* I. B. III. p. 228.
*Calamintha vulgaris vel officinarum Germaniae* C. B. Baſ. p. 64. P. T. aut. de Par. p. 405. I. R. H. MUR. p. 705. MAGN. Char. p. 96. VAILL. p. 26. cum deſcriptione.
*Calamentha* RIVIN. T. 46.
*Meliſſa floribus ex alis ſuperioribus, pediculo communi confertis* LINN. Cliff. p. 307. ROYEN. p. 320.
β An non etiam *Calamintha magno flore, odore pulegii* MORIS. III. p. 413. quam dicit Genevae naſci.
γ Biunciali flore differt:
*Calamintha magno flore* C. B.

In Helvetiae dumetis minime rara. Bernae proxime caſtrum *Reichenbach*, in dumeto quod ab hortis rivus ſeparat. Supra la *Motte*, *Baume*, & alibi ad pedem M. *Jurae*. Circa *Scaphuſium* locis ſaxoſis MURALTUS.

Caulis erectus, trium pedum & ultra, ramoſus. Folia petiolata, ex ovalibus in mucrone contracta, vel obtuſe rhomboidea, acute ſerrata. Flores in binatos ſemiverticillos, quos faciunt petioli ramoſi, ex alis foliorum prodeuntes, ſuperne foliis longiores, ut ſummitates ramorum laxis paniculis ſpicis terminentur. Calyx intus hirſutus, purpura tinctus. Flos unciali longitudine, purpuraſcens, faucibus maculatis & piloſis.

Odor grate aromaticus eſt. Habetur pro ſtomachica, aperitiva, emmenagoga, (etiam aqua ſtillatitia LOBEL. p. 219.) cephalica, Menthae omnino adfini viribus. BOERHAAVE &c.

* CALAMINTHAM montanam praeſtantiorem, a priori diverſam flore magno, in catalogo SCHEUCHZERI invenio, ſed, cum locum non addiderit, non auſus ſum civibus accenſere.

2. CALAMINTHA foliis ovatis, obtuſis, caule procumbente.

An *Calamentum ſecundum* RUELL. L. 3. c. 30.
An *Pulegium ſylveſtre* TRAG. p. 22.
*Calamintha Italica pulegii odore, acris* GESN. Hort. p. 251. & p. 260*b*.
*Calamintha montana* MATTH. p. 77. CAM. Epit. p. 482. (non bene.)
*Pulegium ſylveſtre ſ. Calamintha altera* DOD. p. 98. ad MATTH.
*Calamintha altera odore gravi, Pulegii foliis, maculoſis* LOB. ic. p. 513.
*Calamentum quod vulgo Nepeta* CAES. L. XI. c. 61.
*Calamentha arvenſis ſecunda* TAB. p. 352.
*Calamentha anguſtifolia* AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 8. f. 2.
*Calamintha flore minore, odore pulegii* I. B. III. p. 229. H. OX. III. p. 413.
*Calamintha pulegii odore* C. B. Baſ. p. 64. RAJ. p. 569. *ſ. Nepetha* C. B. P. I. R. H. MAGN. Char. p. 93. ZANICH. p. 46. ic. 187.
*Calamentha folio incano* RIVIN. T. 47.
*Meliſſa floribus ex alis ſuperioribus, pediculo dichotomo, caule procumbente* LINN. Cliff. p. 308. ROYEN. p. 321.
*Calamintha officinarum* BLAKW. T. 167.
II. *Calamintha ſpicata flore & odore pulegii* MENZ. Pugill.
β *Flore albo* TILL. PONTED. Comp. p. 96.

I. B. paſſim inter ſtipulas. *Michelfeldae* I. B. (ſed inter herbas ſiccas cum hoc nomine habetur varietas *Menthae verticillatae*.) Prope *Weſen*, tum in *Caſtris Rhaeticis* ad muros & in dumetis.

A priori ſpecie differt caule reclinato, foliis minoribus, obtuſioribus, pene ovalibus, obſcurius ſerratis, floribus minoribus, minus congeſtis.

Odor etiam validior eſt, & in morbis hyſtericis praeferri poteſt. CHOMEL. Extus cuti cataplaſma admotum veſicas trahit.

3. CALAMINTHA petiolis ex foliorum alis longiſſimis, & repetito ramoſis.

*Calamintha praealta pulegii odore* BOCCONE Muſ. di Piant. T. 38. & 40.
*Calamintha montana praealta, pulegii odore, dentatis foliis, floribus dilute coeruleis, ex longo, ramoſo, & brachiato pediculo prodeuntibus* BOCCONE oſſ. p. 111. 112. Muſ. di Piant. p. 45. 58. 59. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 131. TIT.
*Calamintha Sabaudica* RIVIN. T. 47.

SCHEUCHZER. in dumetis & locis umbroſis prope *Weſen.* Circa *Bex* I. GESNER legit.

Caulis erectus, tripedalis, brachiatus, ramis junioribus molliter tomentoſis. Folia exigua, petiolata, ſubtus tomentoſa, obtuſe rhomboidea, ſecundis lateribus longioribus, ima paucis, ſuprema nullis dentibus inciſa. Petioli ex alis foliorum multoties foliis longiores, diviſi & ſubdiviſi, foliis deſtituti, nova facie in hac claſſe. Calyx ſtriatus, baſi ventricoſa, latis ſegmentis. Flos . . . Semen, certe pro eo miſſum, ovale, fuſconigrum, aſperum, linea alba ſagittata inſcriptum.

* CALAMINTHA fluvialis rara.

Ad *Silam* C. GESNER. Hort. p. 251.

I. GESNERUS reſcripſit „ Pulegium ibi naſci, Clinopodium montanum, Polium, & Mentham rotundifoliam majorem. Nullum harum intelligit GESNERUS.

## *CHAMAECLEMA*

BOERHAAVE.

*CALAMINTHAE* SP. TOURN.

*GLECHOMA* LINN. n. 477.

Flos in univerſum ſimilis eſt, tubo cylindrico. Galea emarginata, & bifida, barbae ſegmentis lateralibus ſubrotundis, medio latiori emarginato. Differt calycis tubuloſi ſegmentis quinque brevibus, latiuſculis, in ſpinulas terminatis: eorum bina inferiora breviora ſunt.

1. CHAMAECLEMA caulibus procumbentibus, radicatis, foliis cordiformibus, petiolatis.

*Hedera terreſtris* BRUNF. I. p. 167. DORST. p. 144. CORD. Dioſc. p. 716. GESN. Coll. p. 80. MATTH. p. 626. CAM. Epit. p. 400. DOD. p. 394. (bene pro minori) CAES. p. 452. TAB. p. 88. RAJ. p. 567. RIVIN. T. 67. (ſed alta icon, propior majori) MERIAN. Inſ. Europ. n. 47. BLAKW. T. 225.
*Chamaeciſſos* FUCHS. p. 876. RUPP.
*Chamaeciſſos ſeu hedera terreſtris* TRAG. p. 798.
*Chamaeclema* CORD. p. 161. cum icone Geniſtae.
*Humilis hedera, ſ. Chamaeciſſus, Corona terrae, terreſtris hedera,* LOB. ic. p. 613. ex DOD.
*Chamaeciſſus ſ. hedera terreſtris* I. B. III. p. 855.
*Hedera terreſtris vulgaris* C. B. Baſ. p. 88. H. OX. III. p. 409. MAGN. Char. p. 96.
*Calamintha humilior flore rotundiore* T. aut. de Par. p. 181. I. R. H. &c.
*Chamaeclema vulgare* BOERH. p. 172.
*Glechoma foliis reniformibus crenatis* LINN. Cliff. p. 307.
II. *Flore purpureo* RUPP. I. R. H. TILL.
III. *Flore albo* MOR.
β *Minor* THAL. SCHWENCKF. PARK. COMM. RIVIN. l. c. optime, I. R. H. BOERH. VAILL. T. 6. f. 5.
II. *Minus, flore purpureo* BOERH.
III. *Minus, folio variegato* BOERH. MILL.
IIII. *Folio profunde inciſo* MILL.
γ *Hedera terreſtris veſicaria* PANC. n. 904. eſt morbus.

Nihil frequentius ad arborum radices, in ſepibus & ad vias. Rubro flore reperi cis molendina im *Sulgenbach.*

Caules multi procumbentes, radicati, parte florida erecta, non ramoſi, vix pedales. Folia longe petiolata, cordata, ſed breviora, ampliter circumſerrata. Flores petiolati, ſemicircularem verticillum faciunt, ad unum latus nutantem, a quatuor ad octo. Flos ſemunciae longitudine, naturaliter cyaneus. Stamina in tubo floris latent breviſſima.

Amara folia, ſubacria, creduntur aperire, cum vi roborante vulneraria eſſe: imo vermes etiam pellere, in cataplaſmate dolores puerperarum ſolari. In ulceribus pectoris, renum, ad aſthmata, dyſenterias commendantur. Calculoſum ſabulum pellere

lere BOYLE, & renos purulentos liberare. Syrupum ad aſthma laudat CHOMEL. Ad periodicam colicam ex hypochondriorum & menſium vicio laudat HEDER. §. 21. Singulari vi cereviſiae limpiditatem reddit, & fermentationem prohibet BLAIR.

2. CHAMAECLEMA ....

*Hederae terreſtris ſpecies montana* CAM. Epit. p. 401.
*Hedera terreſtris major* I. B. l. c.
*Hedera terreſtris montana* SCHWENKF. p. 161. C. B. Baſ. p. 88. P. PARK. RAJ. p. 577. MERR. MOR. III. p. 409. WAGN. VOLC.
*Chamaeciſſus major ſ. hedera terreſtris montana* HOFMAN.
*Chamaeclema majus, hirſutius* VAILL. p. 33. T. 6. f. 4. & *medium* ib. f. 6.

In M. *Muteto* & *Münchenſtein*. Miſtum priori legi in vallis urbis.
Nihil video magni diſcriminis: Habitus amplior eſt, pallidior, flos uncialis.

## *CLINOPODIUM.*

TOURNEF. T. 92. LINN. n. 472.

Calyx ex ventricoſo tubo bilabiatus, uti Calaminthae, tribus ſegmentis ſurſum flexis brevioribus, infernis, etiam ſurſum flexis, longioribus. Tubus floris cylindricus. Galea cordata, fornicata. Barbae ſegmenta lateralia magna, medium tranſverſim latum, emarginatum. Fauces piloſae. Addit LINNAEUS foliola ſub floribus ſetacea. Sed hanc notam excludit neceſſaria utriusque Acini adfinitas: &, ni fallor, ipſa Auctoris fundamenta.

1. CLINOPODIUM verticillis denſiſſimis, diſſitis, foliis ex menta, ovatis acuminatis.

*Origani quartum ſylveſtre & minus genus* TRAG. p. 35. 36.
*Clinopodium* CORD. Dioſc. p. 57 *b*. GESN. Coll. p. 69. CAM. Epit. p. 563. non placet, RIVIN. T. 43.
*Clinopodium vel Polycnemon* GESN. Hort. p. 254 *b*.
*Polycnemon origano ſimile* GESN. Coll. p. 98.
*Clinopodium vulgare* MATTH. p. 814.
*Clinopodium Matth.* CLUS. Pann. p. 624. Hiſt. p. 354. obiter.
*Acinos* LOB. ic. p. 504. ex DOD.
*Clinopodium majus* THAL. p. 31. RAJ. p. 558.
*Clinopodium primum* TAB. p. 353.
*Clinopodium quorumdam, origani facie* I. B. III. p. 250. Baſ. p. 63. P. H. OX. III. p. 374.
*Clinopodium Origano ſimile, elatius, majore folio* T. aut. de Par. p. 72. I. R. H. ZANICH. p. 70. ic. 176.
Icones WEINM. T. 395. c. h. e.
*Clinopodium foliis ovatis, capitulis verticillatis* LINN. Cliff. p. 305. ROYEN. p. 313.
β *Humilius* CLUS. C. B. I. R. H. GAR.
γ *Trifoliatum* WEINM. l. c. *d*. quam inter meas reperio.
δ *Flore albo* CAM. Hort. I. B. BOLL. p. 184. SUTH. VAILL. WEINM. T. 359 *b*.
ε *Folio variegato* PONT. Tab. p. 97.

Frequens in dumetis & ad ſepes.
Caulis erectus, una cum foliis molliter hirſutus, ad bipedalem uſque. Folia diſſita, ex ovatis acuminata, rariter dentata. Verticilli foliis inſident denſiſſimi, miſti foliolis capillaribus, lanuginoſis. Flos purpureus, ex calyce hirſuto longe eminet. Odor leniter aromaticus, non ingratus.

2. CLINOPODIUM verticillis paucifloris, in ſpicam congeſtis.

*Clinopodium Auſtriacum* CLUS. Pann. p. 622. 623. Hiſt. p. 353. PARK.
*Acini pulchra ſpecies* I. B. III. p. 620. RAJ. p. 553. Syllog. ext. p. 51. BOERH. MAGN. Char. p. 97.
*Clinopodium montanum* C. B. SCH. BOT. I. R. H. MURALT. p. 708. BOCCON. dipiant. p. 50. T. 45. PLUKN. TIT. It. SCHEUCHZ. It. II. p. 132. It. V. p. 425. ZWING.
*Acinos Auſtriaca latioribus foliis dentatis* H. OX. III. p. 405.
β *Flore albo* PLUKN.

Abunde in montoſis alpium & Jurae, ad vias lapidoſas: Circa *Weiſſenburg* &c. Ex Rhaetia HUBER.
Caules ſemiprocumbentes, pedales, purpurei. Folia ex rotundis acuminata, dentibus paucis obiter inciſa, ſicca, firmula. Verticilli ſexflori, in ſummis caulibus congeſti in brevem ſpicam: petioli breves, flores ſemierecti. Calyx hirſutus, intus pilo-

piloſus, ſaepe violaceus. Flos unciali paulo brevior, violaceus, fauces maculoſae. Apices coccinei. Semina fuſca, pene rotunda.

Odor fortis & gratus. Pro magno medicamento ad morbos pectoris habetur apud alpicolas.

3. CLINOPODIUM verticillis paucifloris, ab imo ad ſummum diſperſis.

*Ocimaſtrum* FUCHS. p. 896.
*Calamenthum montanum* TRAG. p. 37. bene.
*Montanum pulegium* RUELL. p. 549.
*Calaminthe quaedam ocimi fere foliis* CORD. Sylv. p. 221.
*Pulegii petraei ſpecies quaedam* GESN. Hort. p. 254 *b*.
*Pulegium petraeum* GESN. Hort. p. 274 *b*.
*Clinopodium vulgare* CLUS. Pann. p. 624. Hiſt. p. 353. 354. LOB. ic. p. 506. bona icon ex DOD.
*Ocimum ſylveſtre, acinos* DOD. p. 280. coron. p. 280.
*Clinopodium alterum* TAB. p. 354.
*Clinopodium* CAES. p. 454.
*Clinopodium minus* THAL. WEINM. T. 399. *a*. male.
*Acinos multis* I. B. III. p. 259. RAJ. p. 553. MAGN. Char. p. 97.
*Clinopodium arvenſe ocimi facie* C. B. Baſ. p. 64. T. aut. de Par. p. 420. I. R. H. &c.
*Acinos ſ. Ocimum ſylveſtre* H. OX. III. p. 404.
*Acinos* RIVIN. T. 47.
*Thymus caulibus vix ramoſis, foliis ovatis, ſerratis, acutis, pedunculis plerumque unifloris* LINN. Cliff. p. 306. ROYEN. p. 325.
*Acinos Anglicum* CLUS. Pann. l. c.
*Acinos Dioſcoridis* EIUSD. Hiſt. l. c.
*Clinopodium ocimi facie alterum* C. B.
*Acinos Anglica* RAJ. Cant. MARTIN. Cant.
*Cluſii* PARK. RAJ. Cat. Angl.
β *Flore albo* I. R. H.
γ *Majus*, inter varietates C. B. HERM. VAILL.
*Acinos ſ. Clinopodium arvenſe ocymi facie, majus* BOERH. p. 176.
*Vulgari ſimile, folio longiore* RAJ. III. p. 300.
δ *Foliis anguſtioribus*, pene levibus HERM. VAILL.
ε *Foliis hirſutiſſimis* HERM. VAILL.
ϛ Idem *Flore albo* VAILL.
ζ *Minimum*, unius unciae MENZEL.
η Varietas *Romana, odore Pulegii* BOCCONE Muſ. di piant. p. 50. 51. T. 44.

Abunde in arvenſibus & ſaxoſis.

Caules dodrantales, ex imo ramoſi, modo erecti, modo procumbentes, firmi. Folia glabra aut ſubhirſuta, firma, diſſita, ex ovalibus acuminata, modo unico denticulorum pare notata, modo pluribus, idque maxime in altioribus ſpeciminibus. Verticilli quinqueflori & paulo ultra. Flos violaceus, fauce luteola. Calyx hirſutus. Semina ex ovatis roſtrata, levia. Ut dicam quod verum eſt, exigue a priori differt, ſtrigoſiori habitu, floribus minoribus, & dilutioris coloris, verticillis frequentioribus.

Odor gratus & aromaticus, qui toti generi fere communis eſt.

## *T H Y M U S.*

LINN. n. 486.
*THYMUS* T. 93.
*SERPYLLUM* T. 93.
*SATUREIA* T. & *THYMBRA* T.

Cum *Clinopodio* calyce convenit, differt flore, cui galea plerumque emarginata, barbae ſegmenta pene aequalia ſunt, neque medium vel latius, vel emarginatum. Semina ſubrotunda, nigra. LINNAEUS totam hanc familiam in unam plantam conjungit, ſed boni ordinis cauſa diſtinguo tres ſpecies, neque experimento novi compertum eſſe, eas mutuo commutari.

1. THYMUS verticillis in ſummis ramis congeſtis, foliis ovalibus, baſi ciliatis, flore minore.

α Vulgatiſſimum folio glabro, ad baſin ciliato, acri odore, flore exiguo.
*Serpyllum vulgare, flore media parte minori* I. B. II. p. 269. RAJ. p. 321.

*Serpyllum*

*Serpyllum vulgare* H. OX. III. p. 403. PLUKN.
*Serpyllum minus, flore purpureo* TAB. p. 362.
*Serpyllum flore parvo coeruleo* I. B. Boll. p. 186.
*Serpyllum vulgare minus* C. B. Baſ. p. 63. T. aut. de Par. p. 148. I. R. H. VAILL. p. 183. T. XXXII. f. 7. (totum glabrum) ZANICH. p. 246. ic. 172. nimis longis foliis.
*Serpyllum flore minori* RIVIN. T. 42. DILL.
*b Flore roſeo* TRAG. VAILL.
*c Flore albo* TRAG. TAB. l. c. LOES. MERR. I. R. H. &c.
*d Flore albo, inodorum* C. B.
*e Folio vario* HERMAN. I. R. H. BOERH.
β Varietas vulgaris minoris foliis longioribus, ſolidioribus, inodoris, ſubtus quaſi punctatis, baſi parce ciliatis.
*Serpyllum* 2. TRAG. p. 39. quod dicit inodorum eſſe.
*Serpyllum anguſto glabroque folio* CLUS. Pann. p. 628. Hiſt. p. 359.
*Serpyllum anguſtifolium glabrum* C. B. RAJ. p. 522.*. Syll. ext. p. 235. Syn. III. p. 231. H. OX. III. p. 403.
Icon VAILL. T. XXXII. f. 7. hoc exprimit.
*Serpyllum juglandis odore* MILL.
γ Citri odore, paulo pallidius.
*Serpyllum quod citrum olet* GESN. Hort. p. 280 *b*.
*Serpyllum alterum gratius* MATTH. p. 725.
*Serpillum citratum* MATTH. Ital. p. 437. in textu, CAM. Ep. p. 489. SCHWENKF. AICHST. autum. ord. 2. T. 1. f. 2. RAJ. p. 522. PARK. MERR. RIVIN. T. 41. RUPP. DILL. &c.
*Serpyllum citrii odore* CLUS. Pann. p. 625. I. B. III. p. 207. MAGN. &c.
*Serpyllum Pannonicum I.* CLUS. Hiſt. p. 359.
*Serpyllum foliis citri odore* C. B. Baſ. p. 63. H. OX. III. p. 403. T. aut. de Par. p. 534. I. R. H. VAILL. &c.
*b Moſchatum* PARK. p. 8.
*c Minus* I. R. H. DILL.
δ Cum capitulis tomentoſis, quod inſecti opus eſt.
*Serpyllum vulgare minus hirſutum, cum globulis ſuis tomentoſis* H. OX. III. p. 403.
*Serpyllum vulgare repens, capitulis lanuginoſis* SCH. BOT. MILL.
*Serpyllum vulgare minus capitulis lanuginoſis* C. B. T. aut. de Par. p. 149. I. R. H. TILL.
ε Altius, dodrantale, & erectius, foliis & verticillis diſſitis.
An *Serpyllum majus* CAM. Hort. p. 158. PARK. RAJ. p. 522.*. VOLC.
*Serpyllum* TAB. p. 359. niſi hortenſe eſt, BLAKW. T. 418. de iſto videtur.
*Serpyllum magnum latifolium* MERR. *majus* HOFM. p. 112.
*Serpyllum erectum* RIVIN. T. 41. DILL. BUXB.
*Serpyllum vulgare majus, flore minore* VAILL? p. 183. huc refero T. XXXII. f. 9.
*b Flore albo* CAM. Hort. C. B.
*Serpyllum album* I. & II. TAB. p. 361.

Primum ubique in arvis, & ad vias: ſecundum in montanis, & macilentis clivis: tertium locis iisdem, & vicium eſt, quod primo & ſecundo contingit: quartum in ſylvis.

Omnibus plurimi caules, ex imo ramoſi, ſubhirſuti, firmi. Folia ovalia ad originem ciliata, caeteris glabra. Verticilli pauciflori, tum inferius diſſiti, tum in capitula cum eminentibus foliis congeſti. Flos ſeſquilineae diametro. Galea leniſſime emarginata.

ϛ Foliis pallidis, anguſtis, non ſolum ciliatis, ſed totis hirſutis, caule tamen glabro. Ex rupe *Mildeux* GAGN.
*Serpyllum latifolium hirſutum* C. B. Prodr. p. 108. P. PARK. RAJ. p. 522.*. H. OX. III. p. 403. T. aut. de Par. p. 148. I. R. H. VAILL. p. 183. T. XXXII. f. 6. RUPP. &c.
*Serpyllum vulgari valde ſimile, hirſutum* I. B. III. p. 269. RAJ. p. 521.

2. THYMUS verticillis in ſummis ramis congeſtis, foliis ovatis, & caule hirſutis.

*Serpyllum anguſto & lanuginoſo folio* CLUS. Pann. p. 628. I. B. III. p. 207. RAJ. Hiſt. p. 522.*. Syll. ext. p. 235.
*Serpyllum Pannonicum III.* CLUS. Pann. p. 627. Hiſt. p. 235.
*Serpyllum Bojemicum odore unctuoſo, ſuaviſſimum* SCHWENKF. p. 195.
*Serpyllum anguſtifolium hirſutum* C. B. P. quoad ſynonyma, non autem Baſ. I. R. H. RUDB. p. 100. TILL. TIT. &c.
*Serpyllum villoſum fruticoſius, floribus dilute rubentibus* PLUKN. p. 344. RAJ. p. 278.
*Serpyllum ſaxatile hirſutum thymifolium incanum, flore rubello* BOCCON. p. 108. T. 89. male, ſi hoc eſt: SCHEUCHZ. It. II. p. 142. (ſed exiſtimo de alio hunc auctorem loqui)

An

An *Serpyllum ſaxatile hirſutum thymifolium nanum, flore rubello* VAILL. p. 183. T. XXXI. f. 40. Non videtur, ob folia nimis glabra, flores amplos; & veram plantam, ni fallor, adtulit GAGNEBIN, diſtinctam a vulgaribus ſerpyllis, pene Juniperi folio.

In *Valeſia* ad vias ubique. C. B. in M. *Waſſerfall* & SCHEUCHZ. in alpibus Rhaeticis ſe legiſſe ajunt; ſed videntur aliud intelligere.

Habitus proſtratus vulgaris ſpeciei: caules toti hiſpidi, dodrantales: folia longiora, ut longitudo latitudinis tripla ſit, & quadrupla; non ſolum ciliata, ſed tota hirſuta, ſubtus nervoſa. Flores dilute purpurei.

3. THYMUS verticillis in ſummis ramis congeſtis, foliis ovatis, baſi ciliatis, flore majori.

α Foliis amplis, pallentibus, rotundis, undique hirſutis, pedalis altitudinis, ex maximis SCHEUCHZ. in alpibus *Praegallienſibus*. Habeo ex *Valeſia*.

*Serpyllum montanum hirſutum* RIVIN. T. 42. ob flores amplos.

*Serpyllum latifolium hirſutum* SCHEUCHZ. It. VI. p. 462. non autem priorum auctorum.

β Foliis latioribus, in origine ad latus hirſutioribus, caule pedali, ex maximis, inodorum. In alpibus *Rhaeticis* ad Italiam declinantibus SCHEUCHZ. HUBER. inter *Chiavennam* & *Promontores*. In *Gotthardo* M. legi.

*Serpyllum latifolium foliis ad marginem piloſis* SCH. BOT. H. OX. III. p. 403.

*Serpyllum alpinum latifolium ſubhirſutum* SCHEUCHZ. It. VI. p. 462.

*b* Varietas citrum redolens, perinde uti minoris illa varietas notior, miſſa ex patriis montibus a D. GAGNEBIN.

*c* Varietas inodora, foliis firmis, minimis tantum ciliatis, verticillis magnis prioris, & ſtatura. In glarea ad montes glaciales vallis *Grindeliae* legi.

*Serpyllum anguſtifolium hirſutum, vel montanum repens hirſutum* C. B.

An *Serpyllum hirſutum minus repens inodorum* PLUKN. p. 344. RAJ. Syn. III. p. 231.

γ Similis vulgaris minoris, ſed flore majori, quatuor lineas longo, & iisdem locis reperiundum.

*Serpyllum I.* TRAG. p. 39.

*Serpyllum vulgare majus* C. B. Baſ. MORIS. III. p. 403. &c.

*Serpyllum vulgare, flore duplo majore* I. B. III. p. 269. RAJ. p. 521.

*Serpyllum flore majore* I. B. font. Boll. p. 186.

*Serpyllum vulgare flore majore purpureo* T. aut. de Par. p. 418. I. R. H. MAGN. Char. p. 68. VAILL. p. 183. T. XXXII. f. 8. &c.

*Serpyllum* RIVIN. T. 42.

*d Flore albo* T. aut. de Par. I. R. H. VAILL. MILL. &c.

Denique plerique verum unicum ſerpyllum propoſuerunt, quod nulla nota ad unum priorum referas.

*Serpyllum* FUCHS. p. 251. ſimilius grandifloro, DORST. p. 268. erecto adfine, GESN. Coll. p. 106. cum varietatibus, CAES. p. 465. THAL. p. 111.

*Serpyllum ſylveſtre* CORD. Dioſc. n. 53. RUELL. p. 512.

*Serpyllum alterum* MATTH. p. 725. *Saturejatum* CAM. Epit. p. 489.

*Serpyllum vulgare* DOD. coron. p. 282. Pempt. p. 276. minori ſimilius, CLUS. Pann. p. 652. Hiſt. p. 359.

*Serpillum & ſaxifranga Dodonaei* LOB. ic. p. 432. ex DOD.

*Thymus repens foliis planis, floribus verticillato-ſpicatis* LINN. Cliff. p. 306. ROYEN. p. 325. hoc nomine totam familiam conjungit, & multi certe laboris fecit compendium.

Acria pleraque ſunt, & aromatica, cum aliqua adſtrictione, magno argumento virium reſolventium, emmenagogarum. Noſtris ſerpyllum ad inſeſſiones frequentiſſimum eſt. Sed in vino infuſum, & aqua ſtillatitia, aut ſpiritus, eadem poſſunt. Eſſentia ex ſerpyllo & ligno ſaſſafras, paratur ad catarrhos, tuſſeſque ſeniles. Ex citrata ſpecie STAHLIUS ſpiritum paravit nulli inferiorem Aromatum. Infuſio ad catarrhos lentoſque pectoris morbos convenit. Ad aquas cephalicas ex paucis ſerpyllum admittit LUDOVICI p. 271.

## *ORIGANUM.*

LINN. n. 471.

*ORIGANI* ſp. TOURNEF.

Calyx regularis, quinque dentibus breviter inciſus, inter dentes piloſus. Galea lata, bifida, cordata. Barbae ſegmenta ſubrotunda, lata, medium modice majus, fere ut in ſerpyllo, a quo calyce differt.

1. ORIGANUM ſpicis folioſis, breviſſimis, coloratis, umbellatis.

*Origanum*

*Origanum* BRUNF. III. p. 159. male, DORST. p. 206. RIVIN. T. 60. BLAKW. T. 280.
*Origanum alterum ſylveſtrius* RUELL. p. 502
*Origanum ſylveſtre ſeu vulgare* FUCHS. p. 552. TAB. p. 346. bene.
*Origanum I. II. & III.* TRAG. p. 53.
*Origanum ſylveſtre* CORD. Dioſc. III. c. 32. DOD. p. 285. C.B. Bal. p. 63.
*Origanum vulgare* GESN. Coll. p. 93 *b.* MATTH. p. 701. CAM. Ep. p. 469. AICHST. Aut. Ord. 2. T. 5. f. 2.
*Origanum ſylveſtre vulgare* GESN. Hort. p. 269 *b.* LUGD. H. OX. III. p. 359.
*Agrioriganum ſ. Onites major* LOB. p. 492.
*Origanum Italicum* CAES. p. 1163.
Ορείγανος Ἡρακλεωτικὴ RENEALM. p. 58.
*Origanum vulgare ſpontaneum* I. B. III. p. 236. RAJ. p. 539. T. aut. de Par. p. 217. MAGN. Char. p. 95.
*Origanum ſylveſtre, cunila bubula Plinii* C. B. P. I. R. H. ZANICH. p. 200. ic. 249.
*Origanum foliis ovatis, ſpicis laxis, erectis, confertis, paniculatim digeſtis* LINN. Cliff. p. 305. ROYEN. p. 323.
β *Flore albo, etiam foliis inter flores, & toto habitu pallidioribus* TRAG. CAM. Hort. I. B. F. Boll. C. B. MORIS. I. R. H. MAPP.
γ *Flore roſeo* TRAG. VAILL.
δ *Folio vario* HERM. I. R. H. &c.

Nihil frequentius ad margines dumetorum. Albo flore reperi non rarum.

Caulis ramoſiſſimus, erectus, bipedalis & tripedalis, teres. Folia hirſuta, mollia, integra, ex ovatis acuminata. Flores congeſti in petiolis ramoſis de foliorum alis exeuntibus, efficientibus umbellam convexam, ramos terminantem, miſtam foliolis ſubrotundis, calyce majoribus, plerumque coloratis. Calycis dentes purpuraſcunt. Floris tubus brevis & latus: color naturaliter carneus, ſemina pene ovata, acuta, minuta.

Acre eſt, aromaticum, odoratum, aperiens, abſque adſtrictione (HOFMAN.) emmenagogum in pediluvio vel infuſo, ad aſthma etiam & icterum laudatur (BUCHWALD. p. 187.) ſed uſus parcior eſt. BOERHAAVE ſiccum cum melle ſumtum Marrubii vires habere teſtatur, abſque ingrato ſapore. In Italia inter cibos recipitur BRASSAVOLA p. 94.

## ORDO IIII.
## FLORE OBSCURIUS BILABIATO.

### *M E N T H A.*

*MENTHAE* TOURNEF. T. 89. LINN. n. 478.

Calyx brevis, quinquefidus, inferioribus ſegmentis ſibi propius accedentibus. Flos parum bilabitus, cum Galea modice erigatur; inciſa iſta, barba trifida ſubrotundis ſegmentis pene aequalibus. Omnibus etiam flores exigui, in arctiſſimos verticillos congeſti.

1. MENTHA foliis ovatis, tomentoſis, verticillis in ſpicam nudam continuatis.

*Menthaſtrum rotundiore folio* GESN. ad Hort. p. 267 *b.*
*Menthaſtrum* TRAG. p. 18. quia cum Marrubio conparat: *ſ. altera agreſtis mentha* n. 5.
An *primi Siſymbrii ſpecies hirſutioribus foliis* CORD. p. 45?
*Mentha aquatica altera* CAES. L. XI. c. 64.
*Menthaſtrum ſylveſtre* AICHST. Aeſt. Ord. 7. T. 3. f. 2.
*Menthaſtrum folio rugoſo, rotundiore, ſpontaneum, flore ſpicato, odore gravi* I. B. III. p. 219. RAJ. p. 532. MOR. III. p. 368.
*Mentha ſylveſtris rotundiore folio* T. aut. de Par. p. 494. I. R. H. VAILL. non vero C. B. MAPP. p. 193.
*Menthaſtrum anglicum* RIVIN. T. 51?
β *Flore purpureo* VAILL.

I. B. Genevae au *plein palais.* *Baſileae* legi, *am Steinenthor*; deinde in *Alſatia* ubique ad vias.

Caulis firmus, bipedalis, ramoſus, ſed folia ovalia, minime acuminata, rugoſa, craſſa, ſuperiora tomentoſa, ima tantum hirſuta. Verticilli in ſpicas graciles, denſiſſimas congeſti. Flores albi aut dilute carnei; odor gratus.

2. MENTHA foliis elliptico-lanceolatis, verticillis in ſpicam nudam continuatis.

*Nepeta aquatica* TRAG. p. 18. & ic. p. 20.
*Menthaſtrum longiore folio* GESN. Hort. p. 267 *b.*
*Menthaſtrum* FUCHS. p. 292. MATTH. p. 714. DOD. p. 96. LOB. Ic. p. 509. CLUS. Hiſt. p. XXXII. RIVIN. T. 51. BLAKW. T. 292.
*Menthaſtrum ſpicatum folio longiore candicante* I. B. III. p. 221. RAJ. p. 532. RUPP.
*Mentha ſylveſtris longiore folio* C. B. Baſ. p. 64. P. T. aut. de Par. p. 494. I. R. H. MAGN. Char. p. 100. ZANICH. p. 185. ic. 265.
*Mentha ſpicis confertis, foliis ſerratis ſeſſilibus* LINN. Cliff. p. 306. ROYEN. p. 325.
β Varietas folio breviori, rotundiori.
*Menthaſtrum* TAB. p. 349. bene.
*Mentha ſylveſtris, rotundiore folio* C. B. ex fide herb. viv.
γ *Flore niveo: im Sulgenbach.*

Prior, piſculenti odoris, ubique in aquoſis: haec gratior, circa *Rogelsbaum* Marchionatus *Badenſis.*

Caulis erectus, ramoſiſſimus, cubitalis, & altior. Folia ex longe ovalibus longe acuminata, acute ſerrata, ſuperne ex atro viridia, inferne lanugine candida obnupta. Verticilli in ſumma planta, nullis foliis diſtincti, parum diſſiti vel confluentes, ſpicam efficiunt nudam, cylindricam. Calycis ſegmenta capillaria. Galea acute inciſa, barbae ſegmenta elliptica, pallentia omnia, & inſcripta concentrica ſaturatiori purpurea linea. Stamina alba longe eminent ex flore. Semina pene parallelepipeda.

Ab hac Mentha hortenſis illa differt folio ovali, galea minus inciſa, ſegmentis totis pallentibus, non inſcripta macula ad oras parallela, ſtaminibus ex tubo floris non procumbentibus.

3. MENTHA foliis ovato-lanceolatis, verticillis paucis, ſupremo maximo.

*Sylveſtris mentha prima* TRAG. p. 18.
*Siſymbrium* FUCHS. p. 722. *ſylveſtre* LUGD. ZWING. p. 679.
*Calamintha aquatica ſimilis arvenſis* GESN. Hort. p. 251? ſed dicit raram eſſe.
*Aquatica ſ. ſiſymbria Mentha rubro folio* &c. LOB. ic. p. 509.
*Mentha aquatica prima* CAES. L. XI. c. 64.
*Calamintha aquatica, calamenthum aquaticum* TAB. p. 353.
*Mentha aquatica ſ. ſiſymbrium* I. B. III. p. 223. RAJ. p. 533. BLAKW. T. 32.
*Mentha rotundifolia paluſtris* C. B. Phyt. Baſ. p. 64. *ſ. aquatica major* C. B. MOR. III. p. 370. f. 6. T. 7. bene, T. aut. de Par. p. 212. I. R. H.
*Mentha paluſtris ſpicata* RIVIN. T. 49. DILL.
*Mentha floribus capitatis, foliis ovatis, ſerratis, petiolatis* LINN. Cliff. p. 306. ROYEN. p. 325.
*b. Foliis rubris* MERRET.
*c. Foliis maculoſis* HERM. I. R. H.
β Paulo aſperior, hirſutior, foliis nervoſioribus: quam *Morati* legi.
*Mentha aquatica ſ. ſiſymbrium hirſutius* I. B. III. p. 224. RAJ. p. 533. *. MOR. III. p. 370.
*b. Mentha rotundifolia paluſtris minor* BROM. p. 64. *ſeu flore globoſo* C. B. Prodr. p. 109. P.
*Mentha ſiſymbrium dicta, hirſuta, glomerulis ac foliis minoribus & rotundioribus* RAJ. Syn. III. p. 233. T. X. f. 1.

Prior paſſim in aquoſis exit.

Caules pedales, cubitales. Folia lata, ex ovatis acuminata, quandoque pene cordata, ſerrata; in prima modice hirſuta, & non nunquam glabra, in altera reticulatis ſubtus nervis aſpera; tota obſoleti coloris lanugine obducta. Flores in ſummis ramis in unum alterumve verticillum, & ſpicam denique globoſam. Dentes calycis latiores, non capillares. Flos major, quam prioribus, barba aequaliter trifida, colore ex coeruleo dilute purpureo. Stamina ex tubo floris non erumpunt. Barba acute bifida, etiam revoluta.

Etſi ſylveſtribus his Menthis vix utamur, inſtructi melioribus, creduntur tamen etiam illae de vi ſtomachica aliquid habere.

4. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis, acute ſerratis LINN. Cliff. p. 307. ROYEN. p. 326.

*Calamintha arvenſis* GESN. Coll. p. 64*b*. Hort. p. 251.
*Calamintha aquatica* CAM. Epit. p. 483. RAJ. p. 530.
*Calamintha aquatica Belgarum & Matthioli* LOB. ic. p. 505.
*Polycnemum Lobelii* LUGD. p. 932. & denuo

Nepetha

*Nepetha quarta Tragi, Calamintha mentaſtri folio Penae* p. 907. & p. 906.
*Calamentha arvenſis I.* TAB. p. 352.
*Mentha arvenſis verticillata hirſuta* I. B. III. p. 217. MOR. III. p. 369. T. 7. f. 5. bene, T. aut. de Par. p. 495. I. R. H.
*Calamintha arvenſis verticillata* C. B. Baſ. p. 65. P.
*Mentha verticillata* RIVIN. T. 48.
II. An *Calamintha aquatica* MATTH. p. 718?
*Calaminthae ſecundum genus* FUCHS. p. 435.
*Mentha aquatica exigua* TRAG. p. 24. RAJ. Syn. III. p. 233.
*Mentha anguſtiore folio* RIVIN. T. 48.
*Mentha paluſtris verticillata* DILL. Gieſſ.
*Mentha arvenſis verticillata glabra* MAPP. p. 193.

In arvis ubique, & in foſſis aquoſis, hic tolerabili, ſed illic deteſtando dulci odore.

Caulis procumbit, pedalis & ultra. Folia ex ovatis acuminata, non tomentoſa, modo evidenter, modo obſcure dentata. Flores in verticillos inter folia. Flores ſubcoerulei, galea profunde bifida, mediam barbae lacinia anguſtior. Tuba longiſſima. Stamina modice ex tubo floris eminent. Semina ovata.

Ad dyſuriam laudat LOBEL. Adv. p. 217.

* 5. Menthae montanae ſpecies inodora, prope *Lucernam*, qua *Bernam* itur I. C. BAUHINVS in *Paradiſo Helvetico*.
Quid ſit, neſcio.

## *PULEGIUM.*

RIVIN. III.

*MENTHAE* T. & LINN. ſpecies.

A Mentha differt galea non emarginata, uno barbae ſegmento nihilo majori. Calyx perinde quinquefidus, quem MAGNOL quadrifidum facit. Non ſepararem, niſi in officinas recepta eſſet.

1. PULEGIUM foliis ſubrotundis, verticillis nudis.
*Pulegium* BRUNF. I. p. 227. DORST. p. 239. RUELL. L. 3. c. 26. FUCHS. p. 198. bene, TRAG. p. 23. CORD. D. 52. & Hiſt. p. 110. GESN. Hort. p. 704. MATTH. p. 704. CAM. Epit. p. 471. DOD. p. 282. CAES. L. XI. c. 61. I. B. II. p. 256. RAJ. p. 533. RIVIN. T. 22. BLAKW. T. 312.
Γληχων, *Pulegium regium vulgatum* LOB. ic. p. 500.
*Pulegium latifolium* C. B. Baſ. p. 63. P. T. aut. de Par. p. 224. MAGN. Char. p. 101.
*Pulegium vulgare* PARK. H. OX. III. p. 371. T. 7. f. 2. mala ic.
*Mentha aquatica ſ. Pulegium vulgare* I. R. H. MAPP.
*Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis, obtuſis, obſolete crenatis* LINN. Cliff. p. 307. ROYEN. p. 326.
β *Majus.*
*Pulegium mas Plinii* LOB. ic. p. 501.
*Pulegium regium vulgare majus* EIUSD. Ill. p. 105. PARK.
*Pulegium regium* AICHST. Aeſt. Ord. T. 15. f. 2.
*Pulegium latifolium alterum* C. B. P.
*Pulegium latifolium regium* MORIS. III. p. 371. & T. 7. f. 1.
γ *Mentha aquatica ſ. Pulegium vulgare repens, caulibus longiſſimis ruberrimis, floribus intenſe rubris* MAPP. p. 196.
*b Flore albo* PARK. cum icone LOB.

C. B. in ſylva infra *Michelfelden*. *Lauſannae* CONSTANT. Ad *Rhenum* in lacunis omnibus.

Caules longi, cubitales, proſtrati, per intervalla radicati. Folia ſubhirſuta, obiter dentata. Verticilli florum denſiſſimi, ex ramoſis petiolis de foliorum alis prodeunt. Flos dilute ex coeruleo purpuraſcit.

Amara, acris, penetrantis ſaporis, aromatica, magis aperit quam Mentha, minus adſtringit. Emmenagoga eſt, ex fidiſſimis [LVDOVIC. p. 219.]; aquae uncias duas quavis nocte hoc ſcopo dabat CLOSIVS (apud CRAT. Epiſt. L. III. p. 301.) Ad pectoris mor-

ris morbos, tuſſim convulſivam puerorum, aſthmata (CHOMEL p. 372.) raucedines, aqua, vel potentius (BOYLE, LENTIL. *Eteodr.* p. 635.) infuſum, vel ſuccus cum melle ſumtus inſigniter conducunt. Externe adplicata calore ſuo exulcerat.

2. PULEGIUM foliis oblongis anguſtis, foliis ſub verticillis latioribus.
*Pulegium* Icones Dalech. poſt DIOSC. L. III. c. 30.
*Pulegium cervinum* GESN. Hort. p. 274. Coll. p. 99 *b.* AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 15. f. 3. ZWING. BLAKW. T. 304. *odoratius, elegantius* Adv. p. 214.
*Pulegii alterum genus* DOD. p. 282.
*Pulegium anguſtifolium ſ. cervinum Monſpelienſium odoratius* LOB. ic. p. 501. cum icone.
*Pulegium creticum* TAB. p. 355.
*Pulegium cervinum anguſtifolium* I. B. III. p. 257.
*Pulegium anguſtifolium* C. B. RAJ. p. 534. MORIS. III. p. 370. T. 7. f. 7. RIVIN. T. 22. BOERH. &c.
*Mentha aquatica ſaturejae folio* I. R. H. TILL.
*Mentha floribus verticillatis, foliis linearibus* LINN. n. 307. ROYEN. p. 326.
II. *Pulegium Maſſilioticum* TAB. p. 356.
β *Flore albo* BOERH. MILL.

CONSTANT *Lauſannae pres de la maladerie aupres du Lac.*

Caulis firmus, erectus, dodrantalis, ramoſiſſimus. Folia ſimpliciſſima, anguſta, acuta, ultra mediam longitudinem paulo latiora, punctata. Sub denſis verticillis folia digitata, multifida, ſerrata. Flores magni . . . apices eminent.

## *LYCOPUS.*

TOURNEF. T. 89.

*LYCOPNUS* LINN. n. 19.

A Mentha differt, quod duo tantum ſtamina habeat. Galea lata, leniſſime emarginata. Calycis ſegmenta omnia longa, in ſpinulas modice rigentes exeunt, ſupremo minimo.

1. LYCOPUS MAGN. Char. p. 100. LINN. Cliff. p. 11. ROYEN. p. 326.
779 *Marrubium aquaticum* TRAG. p. 9. THAL. SCHWENKF. RAJ. p. 535. MERR.
*Lancea Chriſti* GESN. Coll. p. 84.
*Sideritis prima Heraclea* MATTH. p. 1002. (foliis integris ſerratis.)
*Sideritis* CAM. Epit. p. 74 *b.*
*Marrubium aquatile* DOD. p. 595. foliis imis laciniatis.
*Marrubium aquaticum vulgi, ſideritis ſecunda Matthioli* LOB. ic. p. 524. eadem icon.
*Verbena recta* CAES. L. XI. c. 33.
*Marrubium aquaticum quorundam* I. B. III. p. 318.
*Marrubium paluſtre glabrum* C. B. Baſ. p. 65. P.
*Lycopus paluſtris glaber* T. aut. de Par. p. 287. I. R. H. &c.
*Pſeudomarrubium paluſtre* RIVIN. T. 21. optime.
*Pſeudomarrubium aquaticum vulgare* MOR. III. p. 378.
*Sideritis vulgaris hirſuta* ZWING. p. 845. magno errore.
b. *Marrubium paluſtre hirſutum* SCHOL. BOT. MAGN.
*Lycopus paluſtris villoſus* T. aut. de Par. p. 288. I. R. H.
β *Marrubium paluſtre hirſutum, tenuius laciniatum* C. B. Prodr. p. 110.
*Lycopus paluſtris foliis in profundas lacinias inciſis* I. R. H. DILL. p. 135. cum citet C. B.

Omnes varietates in aquoſis abunde proveniunt.

Caulis firmus, ramoſus, erectus, bipedalis. Folia plerumque pediculo ſunt oblongo, uno pare, & ad tria usque pinnarum oblongarum gracilium aucto, medio ſegmento ampliſſimo, lente decreſcente, undique ſerrato. Sed alias tota laciniata ſunt, parallelis fiſſuris ad nervum diviſa, alias ſimplicia, absque pinnis acceſſoriis, tantum ampliter & acute dentata. Deinde modo glabra reperiuntur, modo villoſa. Verticilli denſiſſimi minimi inter folia. Flos albus, barba roſeis punctis diſtinctus. Semina ſubovata, conpreſſa.

*VERBE-*

## *VERBENA.*

TOVRNEF. T. 94. LINN. n. 843.

Noſtrae calyx quinquedentatus, ſupremo denticulo breviſſimo: non raro tamen ſex dentes vidi, quorum quatuor conſpectiores ſunt. Floris irregularitas valde modica. Barba ſimiliter trifida. Stamina quatuor inaequalis longitudinis, pene ſeſſilia.

1. VERBENA foliis laciniatis ſuperioribus, tripartitis, ſpicis anguſtis longiſſimis.

*Verbena maſcula* BRUNF. I. p. 119.
*Verbena* RUELL. L. 3. c. 103.
*Verbena* DORST. p. 292. GESN. Coll. p. 113. Hort. p. 285. CAES. L. XI. c. 32. RIVIN. T. 56. (ſola ſumma planta) BLAKW. T. 41.
*Verbenaca ſupina ſ. femina* FUCHS. p. 593. GESN. Coll. p. 113.
*Verbena recta* TRAG. p. 210.
*Verbenaca ſupina* CORD. D. p. 66.
*Verbenaca* MATTH. p. 1052. pulchre, CAM. Epit. p. 97.
*Verbenaca recta* DOD. p. 150. bene, TAB. p. 132.
*Communis Verbena & ſacra recta* LOB. ic. p. 534.
*Verbena vulgaris* CLUS. p. XLV. I. B. III. p. 443. RAJ. p. 535. &c.
*Verbena communis coeruleo flore* C. B. Baſ. p. 80. H. OX. III. p. 408. T. aut. de Par. p. 309. I. R. H. ZANICH. p. 273. ic. 289. IC. REG.
*Verbena foliis multifido-laciniatis, ſpicis filiformibus* LINN. Cliff. p. 11. ROYEN. p. 327.
β *Floribus albidis* VAILL. I. R. H.
γ *Folio variegato* BREYN. Prodr. II. p. 100.

Nihil ad vias frequentius.

Caulis erectus, cubitalis, brachiatus. Folia patentia, laciniata, quod rarum in hac gente; pleraque tripartita, lateralibus ſegmentis minoribus, medio longiori, & per intervalla profunde dentato; ſuprema pene ſimplicia ſunt, & ovata. Flores in longas, nudas, graciliſſimas ſpicas. Fauces piloſae, color ſubcoeruleus. Calyx maturus, longus, tetragonus, clauſa rubra fauce ſemina quaterna continet, ſemiovata, ſulcata, & rugoſa.

Multum laudatur, etſi ad ſenſus debilis videatur. Habetur pro vulneraria, aperiente, febrifuga. In cataplaſmate cum radice Rhodia dolores capitis diriſſimas ſanaſſe dicit FORESTUS, & in pleuritide eadem forma prodeſſe ait CL. CHOMEL. Extracti drachmam bis de die ſumtam vel ſanare febres intermittentes, vel certe corticis efficaciam juvare idem adfirmat. Balſamum cum oleo factum eſt ex antarthriticis arcanis FULVII TESTI, GIORN. *delli* LETTERATI Vol. XXII. p. 166.

# PLANTAE PETALODEAE DICOTYLEDONES.

## ORDO IX.
## GYMNOMONOSPERMAE FLORE SEMINI UNICO INSIDENTE.

Haec claſſis naturali charactere cohaeret unica Globularia immiſta, quae ſitu differt ſeminis. Omnibus ſemen unicum, oblongum: ex apice profert florem deciduum, monopetalon, (in noſtris certe) quinquefidum, raro quadrifidum, ex cujus tubo ſtamina in prima claſſe tria & quatuor, in reliquis qninque naturaliter naſcuntur. Tuba omnibus unica, flore longior, ſaepiſſime bifida.

### CLASSIS I.
### STAMINIBUS LIBERIS.
*DIPSACEAE* VAILL. Comm. Pariſ. 1722.

Huic claſſi ſtamina libera ſunt, quae reliquis in unum tubum connaſcuntur; & folia, excepta inter noſtras Globularia, ſemper conjugata.

### ORDO I.
### CALYCE COMMUNI DESTITUTAE.

### *VALERIANA.*
TOURNEF. T. 52.
*VALERIANAE* Sp. LINNAEI n. 21.

Huic ſemen coronatur anulo, ex plicatis pilis facto, qui matureſcente planta ſe explicant, & in plumoſum pappum aperiuntur. Stamina naturaliter tria, flos infundibuli forma, plerumque regularis: eſt ubi calcar contra ſemen deorſum projicit, tuncque unicum ſtamen habet.

### I. VALERIANAE FLORE UNIFORMI.
*VALERIANAE* VAILL. Comment. Acad. 1722.

1. VALERIANA foliis omnibus pinnatis LINN. Cliff. p. 16. ROYEN. p. 234.
α β Unicam faciunt.
*Phu Germanicum* FUCHS. p. 857. cum foliis utriusque generis.
*Serpyllum Germanicum* TRAG. p. 61. *ſive valeriana* 2. EIUSD. ex FUCHSIO.
*Phu parvum* MATTH. p. 40. bene.
*Valeriana vulgaris* CORD. D. I. C. 10.
*Phu minus* CAM. Epit. p. 22. eximie pro anguſtiori.
*Phu majus commune* GESN. Hort. p. 272.
*Valeriana ſylveſtris* I. CLUS. Hiſt. p. LX. bene.
*Valeriana ſylveſtris* EIUSD. Pann. p. 512. DOD. p. 349. purg. p. 87. optime, LOB. ic. p. 715. eadem, CAES. p. 148.
*Valeriana major, herba benedicta* TAB. p. 165.
*Valeriana ſylveſtris magna aquatica* I. B. III. P. II. p. 210.
*Phu Dioſcoridis verius* COLUMN. Phytobaſ. p. 114. ecphr. p. 210.
*Valeriana ſylveſtris major* RAJ. p. p. 388. H. OX. p. 101.
α Foliis anguſtioribus.
*Valeriana ſylveſtris major montana* C. B. Baſ. p. 50. P. RAJ. Syll. exter. p. 259. Syn. III. p. 200. H. OX. III. p. 101. TILL. DILL. RAJ. Syn. MILL. BOERH.
*Valeriana ſecunda foliis anguſtioribus* MORIS. Umbell. p. 50.
*Valeriana fol. anguſtior.* RIVIN. T. 2. VOLC.
*Valeriana major ſylveſtris foliis anguſtioribus* VAILL. Mem. p. 252.
*Valeriana ſylveſtris major* T. GARID. p. 468. ic. 96. RUPP. T. aut. de Par. p. 236. I. R. H. LINN. Lap. n. 236. huc magis pertinent.
β Foliis latioribus, ſplendentibus.
*Valeriana ſylveſtris* AICHST. Ord. 9. T. 12. f. 2.

*Valeriana*

*Valeriana paluſtris major* C. B. I. R. H. RUPP. *profunde laciniata* C. B. Prodr. p. 86. H. OX. III. p. 101. pro varietate, I. R. H.
*Valeriana ſylveſtris major* RAJ. Syn. III. p. 200. ZANICH. p. 269. ic. 159. huic propior eſt, *foliis latioribus* HERM. VAILL. p. 251. pro diverſa.
*Valeriana ſecunda foliis latioribus* MOR. Umbell. p. 51. T. 10. C.
*Valeriana ſylveſtris major altera folio lucido* SCH. BOT. T. aut. de Par. p. 232. VAILL. Bot. p. 199. RAJ. Hiſt. III. p. 242.
*Valeriana* RIVIN. T. I. DILL. VOLC.

Frequens in ſylvis & ad ſepes: Altera, latifolia, in aquoſis prope urbem, loco dicto *Sulgenbach*. Radices fiunt multis fibris teretibus, ſordide ex albo luteſcentibus, odoratiſſimis.

Caulis ad ſepedalem, rectiſſimus, tener, non valde ramoſus, niſi in ſummitate, ubi umbellam profert, diviſione petiolorum tripartita, ſaepiſſime repetita. Folia conjugata, omnia pinnata, pinnis plerumque paribus, longe decreſcentibus, acuminatis, dentatis, dentibus diſſitis. Sub Umbella folia aliquot. Inter flores ſquamulae ovales. Semen ſtriatum, ovatum. Flos androgynos, rotunde & modice inaequaliter quinquefidus, ſubrubellus: Habet enim majus ſegmentum, & duo paria minorum. Stamina tria eminent. Tuba apice lateſcit trifida. Semen margaritiferum, ſurſum anguſtius, compreſſum, ſulcatum, utrinque linea biſectum.

Odor radicum ſingularis, vires prodit: amarae ſunt, penetrantes. Habentur pro antihyſtericis, in infuſione efficaces TOURNEF. ſudorificae, emmenagogae: diureticae HOFM. Cachecticos etiam tumores diſpuliſſe vidit externo uſu SPIES *de Valer.* p. 32. ſed princeps vis eſt epileptica, dicta FABIO COLUMNAE, deinde MARCHANTIO *Comm. Pariſ.* 1706. p. 430. & SCHUCHMANNO E. N. C. Dec. III. ann. IV. obſ. 44. & miris laudata modis, quam tamen experti Medici non ſatis fidelem invenerunt, etſi promitteret aliquid, & aliquamdiu ſecuros praeſtaret aegros. Doſis pulveris radicis in vino drachmae unius cum ſemiſſe: cochlear ſemel aut bis praeſcribit COLUMNA. Vide dubitantes etiam de hac efficacia BRESLAVIENSES 1718. M. *Febr.* Exterius impoſita contuſa planta ſanat vulnera recentia.

2. VALERIANA foliis imis ovalibus, ſuperioribus plerumque pinnatis, ſexu diſtincta. 485

α Mas: cum ſexu feminino inperfectiori.
*Valeriana exigua* TRAG. p. 62.
*Phu minimum* MATTH. p. 41.
*Phu minimum ſeu valeriana montana paluſtris* CAM. Epit. p. 23. optime.
*Valeriana minor* GESN. Hort. p. 272. MERR. RAJ. p. 388.
*Phu paluſtre minimum* GESN. Coll. p. 96 *b*.
*Valeriana minima* EIUSD. ib. p. 96. *b*. DOD. purg. p. 88. bene, pempt. p. 350.
*Valeriana ſylveſtris II. minor* CLUS. p. LV.
*Valeriana ſylveſtris minor* LOB. ic. p. 715. eadem icon, ZWING. p. 522.
*Valeriana inodora prima* CAES. p. 150.
*Phu minus*, *Valeriana minor* TAB. p. 165. bene.
*Valeriana minor pratenſis ſeu aquatica* I. B. III. P. 2. p. 211.
*Valeriana paluſtris minor* C. B. Baſ. p. 50. H. OX. III. p. 101. T. aut. de Par. p. 327. I. R. H. DILL. p. 47. cum ſexus deſcriptione, VAILL. p. 252. pro diverſa.
*Valeriana quarta minor* MORIS. Umbell. p. 51. T. X. D. E.
β Femina: cum rudimentis organorum marium.
*Valeriana quarta omnium minutiſſima* TRAG. p. 62.
*Valeriana paluſtris inodora, parum laciniata* C. B. Prodr. p. 86. Baſ. p. 50. P. RAJ. Syll. p. 259. I. R. H.
*Valeriana paluſtris foliis ſubrotundis* LOES. p. 279. ic. 84.
*Valeriana ſylveſtris ſeu paluſtris minor altera* RAJ. Catal. Angl. p. 299. cum deſcriptione, Syn. III. p. 200. PLUKN.
*Valeriana aquatica minor, flore minore* RAJ. p. 389. T. aut. de Par. p. 237. I. R. H. VAILL. p. 252. RUPP.
*Valeriana paluſtris minor, elatior, floſculis minoribus* MORIS. III. p. 101.
*Valeriana flore exiguo* RIVIN. T. 2. BUXB. ERND.
*b Flore albo* VAILL. l. c. Verum huic flos ſemper eſt quam pallidiſſimus.
α β *Valeriaua foliis caulinis pinnatis, polygama* LINN. Cliff. p. 16. ROYEN. p. 235.

Minime rara in pratis udis, v. g. ad balneum exterius.

Radix odorata, ſuaveolens, multiceps. Folia in aliquot ex radice faſciculos, ſubrotunda, aut cordis ſimilia, obiter dentata. Caulis pedalis, non ramoſus, niſi in umbellam, trichotomus: Ea in varietate α ſparſa ſatis & ſpecioſa, in β inelegans, & denſiſſima

denſiſſima eſt. Folia ad caulem pinnata, pinnis ellipticis, ad quinque paria, impare extremo ovali, deinde elliptico, obiter dentata. In α flos rubellus, infundibuliformis, ſpecioſior, ſtaminibus ex flore eminentibus. Tubá intra florem, ſimplex, brevior ſtaminibus; & ſemen quale in ſpecie 1. Eſt adeo non mas, uti DILLENIUS poſt RAJUM, ſed utcunque androgynos. In β flos minimus, vix dimidiae diametro: Tuba ex flore eminente trifida, ſtaminum trium rudimentum. Ut non repugnem, in priori feminina, in altera maſcula organa imperfecta eſſe, neque officio ſuo defungi. Deinde in β folia etiam latiora, ut aliquando omnia folia ſubrotunda ſint, abſque pinnis acceſſoriis: Quae eſt illa *parum laciniata* BAUHINI, notabilis varietas, *Michelfeldae* ab Auctore, & a me prope Bernam lecta inter *Wittighofen* & *Beiswyl*.

3. VALERIANA foliis ad caulem tripteris. It. Helvet. n. VII.

I. *Phu ſaxatile* GESN. Coll. p. 96 *b*. Hort. p. 272.
*Phu petraeum* EIUSD. App. Hort. p. 295.
*Valeriana ſylveſtris alpina I.* CLUS. Pann. p. 512. *latifolia* Hiſt. p. LV. cum icone non optima, AMBR. MORIS. III. p. 102.
*Valeriana alpina altera* C. B. I. R. H. TIT.
*Valeriana alpina* I. B. III. p. 208. cum meliori icone, RAJ. p. 390. SCHEUCHZ. It. I. p. 51. cum deſcr.
*Valeriana major ſ. latifolia* PARK. p. 120. quod ad deſcriptionem. *Valer. minor* IBID. p. 121. icon non mala.
*Nardus montana altera* MOR. Umbell. p. 51.
II. *Valeriana alpina prima* C. B. Prodr. p. 86. cum bona icone & deſcriptione, P. Baſ. p. 50. ZWING. p. 523. I. R. H. & SCH. BOT. MAGN. PLUKN. TIT. it. (*alpeſtris*), MAPP. p. 316.
III. *Valeriana alpina ſaxatilis, minor, flore albo* BARR. ic. 742. bene.
IV. *Valeriana alpina minor, planta palmaris* PLUKN. p. 380. T. 231. f. 7.
V. *Valeriana minima, planta utplurimum uncialis* PLUKN. p. 380. T. 231. f. 8. RAJ. Hiſt. III. p. 242.

In Alpium & ſubalpinorum tractuum ſcopulis ubique, & in montibus vallis *Emmenthal*. RAJUS in *Saleva* M. C. B. in *Waſſerfall*.

Radix lignoſa, multiceps, odorata. Folia ex radice petiolata, cordata, acuta, acute ſerrata. Caules pedales & ultra, ramoſi: Folia ad caulem ſimiliter ſerrata, ex ovalibus lanceolata, ſed majori cuique duo minora adduntur ſub baſi, anguſta, ſerrata. Umbella primae ſpeciei, floribus androgynis, pene regularibus, roſei coloris, odoratis, ſtaminibus tribus &c. Semen late rotundum, ſtriatum, acumine bifurcato.

4. VALERIANA foliis omnibus integris, ex ovato acuminatis, leviter dentatis. It. Helvet. n. VIII.

I. *Valeriana montana* LUGD. p. 1127. *ſubrotundo folio* Pin. I. R. H. TILL.
II. *Valeriana alpina ſcrophulariae folio* C. B. Prodr. p. 87. cum bona icone, P. Baſ. p. no. I. B. III. p. 208. RAJ. Hiſt. p. 390.*. Syll. p. 259. MOR. III. p. 102. ZWING. p. 523. T. I. R. H. MAGN. PLUKN. TILL. VAILL. p. 252. SCHEUCHZ. It. I. p. 51. MAPP. p. 318.
*Salix alpina ſcrophulariae folio* SCHEUCHZ. It. V. p. 428.
III. *Valeriana montana inodora* C. B. herb. viv. an etiam ſynonyma?
IV. *Valeriana alpina foliis integris, radice repente, inodora* RAJ. Syll. ex. p. 259. Hiſt. p. 389. H. OX. III. p. 102. PLUKN. I. R. H.
V. An *Valeriana ſaxatilis alpina minor, foliis integris, Italica* BARR. ic. 868. icon ſingularis.

In Jurae M. ubique, v. g. ſupra *Dornach*, in adſcenſu ad *Grandvi*, *Saleva* &c. In Alpibus rarius: in M. *Ober-Gurnigel*: HUBERUS ex *Rhaetia*: I. GESNER. ex Alpibus *Abbatiſcellanis*: SCHEUCHZER. circa *Waldnacht*: ad lacum *Trüblisee*.

Radix longa, multiceps, lignoſa, ramoſa, plerumque inodora. Caules non ramoſi, pedales, & paulo ultra. Folia ima ovata, modice dentata, petiolata: ſuperiora ſeſſilia, ex ovatis lanceolata, oris plicatis, & obiter incerte dentatis. Character omnino prioris, & florum color.

5. VALERIANA foliis ovatis, obtuſis, minime dentatis.

*Saliunca ſ. nardus celtica* CORD. Hiſt. IV. c. 57.
*Valeriana plantaginis folio, odoratiſſima* GESN. Coll. p. 112 *b*.
*Saliunca* GESN. Coll. p. 104.
*Nardum celticum* MATTH. p. 33. male.
*Celtica nardus* CAM. Epit. p. 13. male.

Spica

*Spica celtica, faſtigiato floſculorum ordine a praecedente differens* EIUSD. p. 14. optime.
*Nardus celtica* GESN. Hort. p. 268 *b.* CAM. Hort. p. 104. FALLOP. in Dioſc. I. c. 12. TAB. p. 869. male, I. B. III. p. 205. cum meliori icone CAMERARII, RAJ. p. 391.*. Syll. ext. p. 187. ZWING. p. 518.
*Nardus alpina ſ. nardus celtica* CLUS. Hiſt. p. LVII. bene.
*Nardus celtica ſeu alpina* EIUSD. Pann. p. 514.
*Nardus Gallica, quae & ſpica celtica* CAES. p. 149.
*Nardus celtica, ſaliunca* LOB. adverſ. p. 192. Ic. p. 313. male.
*Saliunca Neapolitana* LUGD. p. 982.
*Nardus celtica Dioſcoridis* C. B. P. ex MATTHIOLO p. 5.
*Nardus celtica altera* EIUSD. ex CAMERARII altera icone.
*Valeriana, Nardus celtica dicta Dioſcoridis* H. OX. III. p. 103.
*Valeriana celtica* I. R. H.
*Nardus celtica flore albo* TIT. ib.
*Valeriana alpina minor, ſpathulae folio* VAILL. p. 253.

Ab hac planta *Hirculus* C. B. & *Nardo celticae ſimilis inodora* C. B. parum differunt; ſed nolui definire ex imperfectis ſpeciminibus. GESNERUS ex Alpibus noſtris. COLLINUS ad GESNERUM miſit ex Alpibus *Valeſiae*, Italiae finitimis.

Radix ſetis tecta, oblonga, multos caules educit, ſquamis ſive foliis priorum annorum totos tectos. Folia petiolata, ovata, nervis tribus & pluribus diſtincta, ad caulem ſimplicia, elliptica, longiora, ſemper obtuſa. Caulis dodrantalis, terminatus parva & longa ſpica, verticillata, cujus ſingulis ramis longa folia ſubjiciuntur.

Olim inter odoramenta in officinis vendebatur, nunc obſoleta. Ex Stiria tamen in Aegyptum mitti, ubi in balneis feminarum frequens adhibeatur, MATTHIOLUS auctor eſt.

## ORDO II.
## VALERIANAE FLORE CALCAR DEJICIENTE.
### *VALERIANOIDES* VAILL. PHU RUPP.

6. VALERIANA foliis integris, ovato-lanceolatis, flore calcare donato.
*Limonium Monspelienſium* GESN. Hort. p. 265.
*Polemonium alterum* DOD. Ic. II. p. 350.
*Valeriana rubra* DOD. Purg. p. 91. Pempt. p. 351. bene, TAB. p. 168. ex DOD. AICHST. Vern. Ord. I. T. 3. f. 1. ZWING. p. 523. BONANN. Micrograph. ic. 81. 82. 83. MAGN. Char. p. 149. I. R. H.
*Phu peregrinum* CAM. Epit. p. 24. bene, cum charactere.
*Valerianae inodorae ſpecies tertia* CAES. p. 150.
*Ocimaſtrum valerianthon, & Valeriana rubra Dodonaei* LOB. p. 341. eadem.
*Polemonii ſpecies Dodonaei* LUGD. p. 1187. duae icones.
*Valeriana rubra Dodonaei* RAJ. p. 381. Syll. ext. p. 258.
*Valeriana rubra latifolia* I. B. III. P. 2. p. 211.
*Valeriana marina latifolia* MOR. Umbell. p. 51. T. XI. *major. rubra* (& alba) EIUSD. III. p. 102.
*Valeriana marina* RIVIN. T. 3.
*Valerianoides latifolia flore rubro* VAILL. Mem. p. 254.
*Valeriana foliis lanceolatis integerrimis, floribus monandris caudatis* LINN. Cliff. p. 15. ROYEN. p. 235.
β *Flore albo* MOR. I. R. H. &c.

In muris arcis *Neocomenſis*, & ſimilibus locis DIVERNOI.

Caulis cubitalis, firmus, ramoſus. Folia pene cordata, integerrima, longius mucronata; alis vero juniorum inſident faſciculi. Umbella plana, ut in primis valerianis. Flos contra ſemen projicit longum calcar, gracillimum: idemque bilabiato, quinquefido limbo deſinit. Stamen unicum.

7. VALERIANA foliis integris, longiſſimis & anguſtiſſimis, flore calcare donato.
*Valeriana rubra anguſtifolia* I. B. III. p. 211. cum bona icone, C. B. Prodr. p. 88. P. PARK. RAJ. p. 389. Syll. ext. p. 258. I. R. H. GARID. MAGN. &c.
*Valeriana marina anguſtiſſimo Linariae folio* H. OX. III. p. 102.
*Valeriana rubra anguſtis & longioribus foliis* PLUKN. p. 379. T. 232. f. 3.
*Valerianoides anguſtifolia flore rubello, capſula majore* VAILL. Memoir. p. 254.

In aditu occidentali ad aream *Creux du Vent.*

Pleraque prioris ſunt, ſed folia longa, anguſta, lentiſſime decreſcunt, cum ad tres uncias longa, a linea ad quatuor lineas lata ſint.

## *VALERIANELLA.*

TOURNEF. T. 52. VAILL. n. 255.

*VALERIANAE* SP. LINN.

Flos Valerianae eſt & tria ſtamina; ſed fructus pappo non coronatur, variae caeterum figurae, modo conſpicuo involucro continetur modo nudus eſt. Addit BOERHAAVIUS caulis rariſſimam διχοτομίαν, quam olim perſpicax viderat IUNGIUS.

1. VALERIANELLA caule dichotomo, foliis oblongis, rariter inciſis, ſeminis mucrone ſimplici.

α Varietas foliis integris.
*Album olus* DOD. p. 647.
*Lactuca agnina I.* TAB. p. 167.
*Polypremnon* LUGD. p. 554.
*Locuſta herba prior* I. B. III. p. 323. ex TAB.
*Pſeudovaleriana annua arvenſis, praecox, humilis, ſemine compreſſo rotundo* MOR. IS. III. p. 104.
*Valerianella arvenſis, praecox, humilis, ſemine compreſſo* T. aut. de Par. p. 160. I. R. H. RUPP. &c.
*Valerianella vulgaris, vel ſativa* VAILL. p. 255.
β Foliis ſuperioribus dentatis.
*Phu minimum alterum* LOB. ic. p. 717. LUGD.
*Lactuca agnina II.* TAB. p 167. eadem icon.
*Locuſta altera foliis ſerratis* I. B. III. p. 324.
*Lactuca agnina* PARK. p. 812.
*Valerianella arvenſis, praecox, humilior* MOR. Umbell. p. 54. T. Sem. 58. 59.
*Lactuca agnina, ſeu Valerianella foliis ſerratis* RAJ. Syn. III. p. 201. ZWING. p. 985.
*Valerianella arvenſis ſerotina, foliis ſerratis* T. aut. de Par. p. 161. pro hac & ſpecie 2.
*Valerianella arvenſis, praecox, humilis, foliis ſerratis* I. R. H. BOERH.
*Locuſta minor* RIVIN. T. 6.
*Valerianella foliis ſerratis* VAILL. p. 255. pro diſtincta ſpecie.
α β Conjungit utramque I. B. & C. B. cui eſt *Valeriana campeſtris inodora major* Baſ. p. 50. RAJUS vero p. 392. hoc nomine non ſerratam intelligit.
*Locuſta* GESN. Hort. p. 266 *b.*
An haec *Bupleurum humilius* CAES. L. IV. c. 142.
*Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, fructu ſimplici* LINN. Cliff. p. 16. ROYEN. p. 235.

Nihil frequentius in ſatis primo vere, Majo florens.

Folia ad terram longa, oris parallelis, obtuſo & latiori fine, dente uno, vel altero, vel nullo: ad caulem ſimilia, acuta tamen & ſaepe dentata. Caulis brachiatus, & rami pariter bifidi, ad magnos angulos patuli, pedales, molles & teneri. Umbella foliolis ſuccincta, & ſquama ovalis ſub ſingulo flore, ut in Valeriana. Seminis involucrum latum & breve, hinc gibbum, inde planius, pene ovale, mucrone brevi, bicolli, hinc reſecto, inde ſimpliciter acuminato. Flos ſemini inſidet infundibuli forma, limbo patulo, inaequaliter ſecto, externo majori, ſubcoeruleo. Stamina & Tuba ex flore eminent.

Oleracea eſt, & in acetariis atque pultibus deſideratur. Sed juſcula in febribus cum limonum ſucco, & in renum morbis etiam laudari video.

2. VALERIANELLA caule dichotomo, foliis oblongis, plerumque ſerratis, ſeminis corona tridentata.

An *Valeriana campeſtris major & ſtrigoſior* CAM. Hort. p. 175.
An *Bupleurum altius* CAES. L. 4. c. 14?
*Lactuca agnina, ſ. Valerianella foliis ſerratis* RAJ. p. 392. conjuncta cum ſerrata varietate ſpeciei I.
*Valerianellae vulgaris ſpecies major ſerotina* RAJ. Syn. III. p. 201. diſtincta a ſerrata.
*Pſeudovaleriana annua, ſerotina, procerior, ſemine turgidiore* H. OX. III. p. 103.
*Valerianella arvenſis, ſerotina, altior, ſemine turgidiore* EIUSD. Umbell. p. 54. ic. ſem. 60. 61. I. R. H. VAILL. Pariſ. RUPP.
*Locuſta major* RIVIN. T. 6.
*Valerianella ſerotina altior* VAILL. Memoir. p. 255.

Similis omnino prioris, locis iisdem, folio ſerrato & non ſerrato. Princeps diverſitas

verſitas eſt in ſeminis involucro, conico, hinc convexo, linea eminente diſtincto, inde planiore, coronato additamento cavo, venoſo, tridentato, cujus medius dens longe major eſt, ſimili calami ſcriptorii. Baſi coronae minimi duo denticuli adſid+ dent, aegre viſibiles. Flos potius rubellus quam coeruleſcens.

## DIPSACEARUM
## ORDO II.
## FLORIBUS IN CAPITULUM CONGESTIS
## ſ. FLORE COMPOSITO TOURNEF.

His commune eſt, ut ſummus petiolus in pulpoſum diſcum intumeſcat, cui undique inſident erecta ſemina, ſuis porro coronata floſculis.

## *GLOBULARIA.*

TOURNEF. T. 295. non bene, LINN. n. 895.

Haec planta in eo anomala eſt, quod ſemen intra florem contineat. Flores in capitulum globoſum aggregati, ut in ſequente claſſe. Calyx communis nullus, ſed ſquama ſub quovis flore propria, quales plurimae conjunctae calycis imbricati ſpeciem efficiunt. Calyx difformis, bilabiatus, hinc bifidus, inde trifidus, villoſus. Flos monopetalos, limbo bilabiato, hiante. Superioris labii ſegmentum acute bifidum, in graciles lacinias, inferioris tres latiores, minus profunde inciſae. Stamina quatuor. Semen in imo calyce unicum: tuba globulo terminata. Conf. *It. Helv.* n. XLI.

1. GLOBULARIA caule folioſo, foliis ovatis integerrimis LINN. Cliff. p. 490. ROYEN. p. 190.

*Bellis coerulea, globularia Monſpelienſium* LOB. adv. p. 200. ic. p. 478.
*Globularia* CLUS. Pann. p. 541. obiter, Hiſt. p. V. VI. cum icone, LOB.
*Bellis montana* CAES. L. XII. c. 26. p. 494.
*Aphyllanthes Anguillarae* CAM. Hort. p. 18.
*Bellis coerulea* TAB. p. 329. bene.
*Bellis coerulea Monſpelienſium* EIUSD. T. 330.
*Bellis coerulea Apula* EIUSD. ib.
*Bellis minor flore coeruleo* AICHST. Aeſt. Ord. IV. T. 2. f. 3.
*Aphyllanthes Anguillarae, ſ. Globularia Bellidi ſimilis* I. B. III. P. I. p. 13.
*Bellis coerulea caule folioſo* C. B. Baſ. p. 78. P. TIT. &c.
*Bellis coerulea Monſpeliaca* RAJ. p. 381. Syll. p. 76.
*Scabioſa Bellidis folio, humilis, globularia dicta, caule folioſo* H. OX. III. p. 51. T. 15. f. 46.
*Globularia vulgaris* T. aut. de Par. p. 198. I. R. H. PONT. Diſſ. p. 120. RUPP. ZANICH. p. 114. T. 33. f. 1.
β *Flore albo* CLUS. PONT. Diſſ. l. c. Comp. Tab. p. 134.

Paſſim reperi in calidiori *Helvetia.* In rupibus ſupra *Biennam*, & *Bonneville*; in agris ſupra *Morges*, ad pedem M. *Thuiri*; in M. *Leitern* Valeſiae I. B. prope *Ramliken* C. B. in ſylva *Huningenſi* ſupra *Dornach*, ad ſemitam, qua a porta *S. Alban* ad *S. Jacob* iter juxta patibulum. GAGNEBIN circa *Valengin.*

Folia ad terram roſulam faciunt, firma, laevia, ovata, longe petiolata, non raro emarginato fine, neque raro dentibus aliquot inſcripta. Caules ex roſula exeunt erecti, firmi, pedales, unico capitulo terminati, non ramoſi. Folia ad caulem modo plurima modo pauca, alterna, oblonga, acuta. Flores ſature coerulei.

2. GLOBULARIA caule nudo, foliis ad terram oblonge rotundis, integerrimis. CAESALPINUS cum priori.

*Aphyllanthes III.* LUGD. p. 864.
*Bellis coerulea caule nudo* C. B. RAJ. p. 381. Syll. exter. p. 76. (recte diſtinguit a priori, quam non bene conjunxerat I. B.) an MURALT. p. 576. ZWING.
*Scabioſa Bellidis folio, humilis, caule nudo, radice non repente* H. OX. III. p. 50. T. 15. f. 43.
Annon *Bellis Alpina latiſſimo plantaginis folio* WAGN. p. 272.
*Globularia caule nudo* T. aut. de Par. p. 198.
*Globularia Pyrenaica, folio oblongo, flore nudo* I. R. H. MAGN. PONT. Diſſ. p. 121. SCHEUCHZ. It. VII. p. 513.
*Scabioſa coerulea Bellidis minoris folio, caule aphyllo* PLUKN. p. 336.

Legi in Alpibus a. 1731. ſed locus excidit. D. HUBER. ex M. *Lunae Rhaetorum* a. 1738. I. GESNER. in *Valeſia inferiore.*

Radix lignea, craſſa. Folia in roſam ad terram congeſta maximam, inſignis amplitudinis, fine rotundo, ovali, firma, & laurina carne. Scapus pauciſſimis aut nullis ſquamis adſperſus, ſemipedalis. Caput majus priori, etiam coeruleum, florum longioribus laciniis.

3. GLOBULARIA caule nudo, foliis cordatis, denticulo ex diviſione minimo.

*Scabioſa montana repens V.* CLUS. Pann. p. 539. 540.
*Scabioſa montana repens ſ. X.* EIUSD. Hiſt. p. V.
*Aphyllanthi affinis, Scabioſa V. Cluſii, Bellidis affinis* I. B. III. p. 13.
*Bellis coerulea montana fruteſcens* C. B. P. TIT. MUR. p. 652.
*Scabioſa minima Bellidis folio* RAJ. p. 381.
*Scabioſa Bellidis folio, humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato* H. OX. III. p. 50. T. 15. p. 44.
*Globularia montana humillima, repens* I. R. H. MAGN. SCHEUCHZ. It. I. p. 37. It. V. p. 335. PONT. p. 120.
*Bellis globularia fruteſcens minor* TIT. It.
*Globularia foliis radicalibus cuneiformibus, retuſis, dentatis, denticulo intermedio minimo* LINN. Cliff. p. 191. ROYEN. p. 190.
β Non videtur differre.
*Bellis coerulea fruteſcens, Pyrenaica, minima* SCH. BOT. p. 185.
*Scabioſa Bellidis folio, Pyrenaica, minima* H. OX. III. p. 51.

Nihil frequentius verno tempore in ſaxis *Jurae* & Alpium omnibus.

Radix lignea, magna, ramoſa, multiceps, terminatur ceſpitibus foliorum, quales priores habent: ſed huic ex baſi eundo lateſcunt, fine emarginato, dente latiuſculo ex diviſione eminente. Neque tamen vel obtuſa vel acuta folia rara ſunt, quae neutra inciduntur. Scapus aphyllos, ſimplex, uncialis & biuncialis. Capitulum priorum, cyaneum, ſed minus.

## *ASTEROCEPHALUS.*

VAILL. Memoir. 1722. p. 242. T. I. f. 17. 18. 19. 20. 21.
*SCABIOSAE* ſpec. TOURNEFORT. T. 264. & LINNAEI n. 61.
*SCABIOSA* KNAUTH. p. 135.

Flores aggregati in capitulum convexum. Involucrum generale floribus longius, octo, decem &c. foliis fit gracilibus. Inter flores ſimilia folia, tot quot ovaria, ſeminibus non adultis paulo longiora. Placenta convexa, obtuſa. Semen ovale involucro tegitur villoſo, laxe circumdato, ſulcato, terminato in liripipium lateſcens, orbiculariter reſectum, tenera membrana factum. Hoc vocat JUNGIUS *floſculos veſtitos,* Phyt. c. XIX. Intra involucrum vero ex ſeminis apice ſtylus perforatus erigitur, qui anulum geſtat, ex quo quinque longa cilia nigra adſcendunt, ad baſin papposa. Flos inter hos pilos oritur, anulo inſidens, tubo lateſcente, limbo quinquefido, cujus duo ſegmenta ſuperiora minima, obtuſa tamen, media mediocria, imum maximum eſt. Haec diverſitas, in extremis maxima, obſcura eſt in interioribus floſculis, qui & minores ſunt, & pene regulares. Stamina quatuor ex flore eminent. Tuba brevior fine craſſiuſculo.

1. ASTEROCEPHALUS foliis ad terram ovalibus ſerratis, ad caulem pinnatis, anguſtiſſimis.

*Scabioſa* BRUNF. II. p. 28.
*Scabioſa V.* TRAG. p. 243. abſque icone.
*Scabioſa minor* MATTH. p. 670. bene, CAM. Epit. p. 711. bene, cum charactere.
*Scabioſa levis* GESN. Coll. p. 106. Hort. p. 279. *b.*
*Scabioſa media* DOD. pempt. p. 122.
*Scabioſa minor, ſ. columbarica* LOB. p. 535. eadem icon.
*Scabioſa minor I.* TAB. p. 160. I. R. H. JOHR.
*Scabioſa minor II.* EIUSD. p. 161. I. R. H. JOHR.
*Scabioſa minor III.* EIUSD. p. 161. I. R. H. JOHR.
*Scabioſa minor IIII.* EIUSD. foliis omnibus inciſis.
*Scabioſa foliis bellidis ſylveſtris, major & minor* THAL. p. 109. *tenuifolia media, minima prior, & minima altera* EIUSD. p. 110.
*Phyteuma Dioſcor.* COL. Phytob. p. 99. cum charactere.

*Scabioſa*

*Scabioſa minor vulgaris* I. B. III. P. I. p. 3. RAJ. p. 374. MAGN. Char. p. 146. MORIS. III. p. 48.

*Scabioſa indica flore dilute purpureo* AICHST. Aeſt. Ord. 9. T. 10. f. 2. & *flore cinereo* ib. f. 3. & *anguſtifolia flore ſubcoeruleo* T. 9. f. 2.

*Scabioſa capitulo globoſo, minor* C. B. Baſ. p. 80. T. aut. de Par. p. 141. I. R. H. certo, ex fide horti ſicci;

Et *Scabioſa capitulo globoſo, foliis in tenuiſſimas lacinias ſectis* C. B. P. H. OX. p. 48. MAGN.

*Scabioſa pratenſis hirſuta* ZWING. p. 824. per errorem.

*Aſterocephalus vulgaris* VAILL. p. 242.

Et *Aſterocephalus ſubincanus, ſophiae folio* VAILL. p. 243. certe quod ad ſynonyma.

Et *Aſterocephalus minor glaber, Nardi montani foliis* VAILL. p. 244.

*Scabioſa corollulis quinquefidis, foliis radicalibus ovatis, crenatis, caulinis pinnatis, ſetaceis* LINN. Cliff. p. 31. ROYEN. p. 189.

β *Flore albo.*

*Scabioſa VI.* TRAG. p. 243.

*Scabioſa tenuifolia candida, ſ. major* THAL. p. 109. niſi fuerit Thuringiaca illa ad aliud genus relata a VAILLANTIO.

Nihil frequentius in agris & ad vias ſiccas. In *Valeſia* vix niſi albo flore reperias, mollitie & glabritie diverſam a ſp. 6.

Folia ad terram conferta, breviter lanuginoſa, aut glabra, petiolata, ovalia, ſerrata, Bellidis, quae cito exareſcunt, unde in multis iconibus omittuntur: ad caulem pauca, pinnata, pinnarum paribus ad octo usque, extrema ampliori, pene rhomboidea, inciſa, omnibus vel dentatis tantum, vel & ipſis pinnatis, pinnulis anguſtis, acutis. Caulis erectus, pedalis & bipedalis, brachiatus, ramis longe nudis, florigero terminatis capitulo. Color florum naturalis, dilute coeruleus, pili coronae nigri. Semen parvum, rotundum; longe & graciliter roſtratum.

* 2. *Scabioſa II. ſ. alpina* CLUS. Pann. p. 535.

*Scabioſa montana ſ. V.* EIUSD. Hiſt. p. II. cum icone, qua DOD. utitur pro vulgari.

*Scabioſa glabra, carnoſis foliis virentibus* HERM. Parad. Bat. ic. p. 221. *flore ex coeruleo purpureo* I. B. III. P. I. p. 7. H. OX. III. p. 47.

*Scabioſa montana foliis ſcabioſae vulgaris* C. B. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 48. PONTEDER. p. 189. ZWING.

*Scabioſa montana glabro folio* PARK. RAJ. p. 376. Syll. ext. p. 228.

Minime diſſentio a VAILLANTIO, qui pro varietate habet; quae jam RAJI fuerat conjectura.

* 3. *Scabioſa capitulo pulchro* WAGN. p. 286. ex I. B. Quid? an *Aſterocephalus Hiſpanicus major*, aut *minor*? Non exiſtimo in Helvetia naſci.

4. ASTEROCEPHALOS argenteus, graminifolius, flore coeruleo VAILL. 1722. p. 248. n. 26. cum varietatibus.

*Scabioſa graminea, folio argenteo, flore purpureo* CAM. Hort. p. 154.

*Scabioſa graminea argentea* I. B. III. p. 12.

*Scabioſa argentea anguſtifolia* C. B. Prodr. p. 127. P. PARK. RAJ. p. 380. MORIS. III. p. 49. T. 15. f. 36. I. R. H. ZWING.

In Alpibus Helveticis *ad lacum Locarnenſem* SCHEUCHZERUS in catal.

Caulis firmus, lanuginoſus, erectus, pedalis, cubitalis, non ramoſus, longe nudus, & uniflorus. Folia propius terram conferta, longa, anguſta, acuta, graminea, tomento albo nitentia. Calyx univerſalis, & floſculi tomentoſi. Flos coeruleus.

## *S C A B I O S A.*

VAILL. p. 239. T. I. f. I. 3. 9. II. 12. 13. 14. 15. 16.

*SCABIOSAE* Spec. T. T. 263. LINN. n. 61.

*PSORA* KNAUT.

Pleraque ſunt quae in priori genere: ſed flores quadrifidi, placenta frequentibus pilis obſita, involucrum multo ſtrictius, obſolete quadrangulare, non coronatum anulo fimbriato, ſed quadridentatum, aut quinquedentatum. Corona vero ſeminis pluribus inciſa radiis ciliaribus. Calyx ſimilis, & ſuperſtes delapſo flore; ſed nullae ſquamae inter flores, neque excedit floſculos extimos.

I. SCABIOSA caule & foliis ſubhirſutis, imis ovatis, ſuperioribus ſemipinnatis.

α Foliis ſuperioribus laciniatis.
*Scabioſa* DORSTEN. p. 263. FUCHS. p. 716. TRAG. p. 242. ic. RUELL. p. 459.
*Scabioſae primum genus* TRAG. p. 243.
*Scabioſa hirſuta foliis diviſis* GESN. Coll. p. 106 *b*.
*Scabioſa prima ſcabra hirſutaque* GESN. Hort. p. 279.
*Scabioſa vulgaris major* DOD. p. 122.
*Scabioſa major ſatorum vulgatior* LOB. Ic. p. 53. ex DODONAEO.
*Scabioſa vulgo folio ſciſſo* CAES. p. 541.
*Scabioſa flore ex coeruleo purpureo* TAB. p. 158. bene.
*Scabioſa diſſectifolia major* THAL. p. 108. &
*Scabioſa diſſectifolia media* EIUSD. ib.
*Scabioſa vulgaris* AICHST. Aeſt. Ord. 9. T. 8. f. 3.
*Scabioſa major communior, hirſuta, folio laciniato* I. B. III. P. I. p. 2. RAJ. p. 374. H. OX. III. p. 45.
*Scabioſa pratenſis hirſuta, quae officinarum* C. B. Baſ. p. 80. T. aut. de Par. p. 309. I. R. H. PONT. Diſſ. p. 185. IC. REG.
*Scabioſa officinarum* VAILL. p. 240.
*Scabioſa ſylveſtris* BLAKW. T. 185.
*Scabioſa corollis radiatis, corollulis quadrifidis, caule hiſpido* LINN. Cliff. p. 31. ROYEN. p. 188.
*b* Foliis paulo tenuius diviſis.
*Scabioſa altera campeſtris, ſ. ſegetum & ſatorum* LOB. ic. p. 536.
*Scabioſa arvenſis, ſ. ſegetalis* TAB. p. 139.
*Scabioſa major ſegetum* PARK. p. 485.
*c Glabra* VOLC.
*d Flore albo* SCHWENKF. PARK. cum icone vulgaris, RUPP. &c.
β Foliis omnibus integris.
*Scabioſa hirſuta, foliis ſemper integris* GESN. Coll. p. 106.
*Scabioſa integrifolia minor, ſ. maculata* EIUSD. p. 108.
*Scabioſa major, communior, folio non laciniato* I. B. III. P. I. p. 2. MOR. III. p. 45.
*Scabioſa integrifolia* VAILL. p. 241.

In pratis & ad vias ubique.

Caulis & tota planta naturaliter hirſuta, aſpera: maculatus ille, erectus, pedalis & cubitalis, brachiatus. Folia ima late elliptica, acuminata, modice dentata; ad caulem, vel ſimilia, (in β) vel pinnis aucta acceſſoriis, aliquot parium, latis, non dentatis, nervo folioſo, extrema pinna ſemper ampliori, acute elliptica. Flores nudos ramos terminant. Calyx communis floſculis brevior, latis foliis, pene ovatis. Color coerulo-purpureus. Involucrum ſeminis parum hirſutum, quadrangulare. Semen longe hirſutum.

Amara eſt, ingrato ſapore, ſudorifica, vulneraria, ſaponacea. Ad pectoris morbos enixe commendat BOERHAAVIUS, quod molliter & abſque nimio motu reſolvat; & principe loco cum *Hedera terreſtri* ponit LUDOVICI p. 220. Ad empyema commendat RIVINUS. In tuſſi epidemica maligna, ad rumpendam vomicam, ad pellendas variolas, in uſu eſt. In ulceribus mali moris, etiam venereis, laudat BUCHWALD. p. 253.

2. SCABIOSA foliis omnibus pinnatis, hiſpidis, caule nudo, non ramoſo.
*Scabioſa hirſuta, multifida, alpina, repens* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 22. T. 6. I. R. H. VAILL. p. 242.

*A Moutru* CONSTANT.

Folia ex radice copioſa, hirſuta & aſpera, pinnata, extremo ſegmento latiori, pene rhomboideo, obtuſe ſerrato, in ſuperioribus pene tantum tridentato. Caulis fere nudus, vix ſemipedalis, unico terminatus capitulo. Flos purpureus, non radiatus. Specimen ita malum eſt, ut neque negligere viſum ſit pulchram civem, ſi vere talis eſt; neque auſim tamen certo affirmare, aut Scabioſam eſſe aut hanc ſpeciem.

*3. SCABIOSA pratenſis acaulos, foliis exiguis I. C. BAUHINI, WAGNER. p. 286. pro nova.

Circa *Curiam* naſci dicitur. Quid? an modo dicta? non repugnat.

4. SCABIOSA foliis longe ellipticis, acutis, ſerratis, firmis & glabris.

Procul dubio, qui ſequentem nominant; hanc etiam intelligunt, diverſam tamen ſuis notis, neque reſpondentem ulli veterum deſcriptioni.

In paſcuis vallis *Erguel*, & alibi in ſubalpinis abunde.

Habitus

Habitus & flos prioris ſpeciei, ſed totus glaber. Folia Perſicae ſimillima, oblonge elliptica, utrinque acuminata, continuo ſerrata, firma, & ſolidiora. Flores plurimi, uti tota planta brachiata eſt, ex coeruleo purpurei, ſed minores vix radiati, Succiſae ſimiliores. Involucrum hirſutum, quinquedentatum. Corona ſeminis quinque radiorum nigrorum. Illud longe ex ovato in mucronem educitur.

4. SCABIOSA foliis ovato-lanceolatis, per oram ſerratis & ſubhirſutis, caule hiſpido.

*Scabioſa latifolia rubro flore* CLUS. Pann. p. 535. cum icone; I. B. III. I. p. 9. RAJ. p. 378. Syll. exter. p. 228. H. OX. III. p. 45.
*Scabioſa latifolia Pannonica rubro flore, ſeu III.* CLUS. Hiſt. p. I.
*Scabioſa rubra Auſtriaca* LOB. ic. p. 583. ex CLUS.
An *Scabioſa in ſylvis, ſucciſae ſimilis* CAES. p. 541. Ita C. B.
*Scabioſa latifolia rubra, non laciniata, ſecunda* C. B. P. ZWING. I. R. H. &c.
*Scabioſa montana rubra, non laciniata* H. OX. III. p. 45.
*Scabioſa Dipſaci folio* VAILL. p. 241.
II. Minime differt; & CLUSIUS ſatis indicat exiguam diverſitatem eſſe.
*Scabioſa latifolia, purpuraſcente flore* CLUS. Pann. p. 535. PONTED. p. 188.
*Scabioſa latifolia Pannonica, purpuraſcente folio, ſeu IIII.* CLUS. Hiſt. p. IV.
*Scabioſa latifolia, purpurante ex nigro flore* I. B. III. P. I. p. 9.
*Scabioſa montana non laciniata, rubra* C. B. Baſ. p. 80. *& prima* C. B. P. HERM. I. R. H. ZWING.
*Scabioſa 4. Cluſii* RAJ. p. 379. Syll. exter. p. 228.
*Scabioſa folio integro* VAILL. p. 241.
III. *Scabioſa maxima dumetorum, folio non laciniato* I. B. III. P. I. p. 10. RAJ. p. 379.

Abunde in Helvetia, ad pedem M. *Jurae*; in ſylvis v. g. ſupra *Rieggisberg*, verſus *Muri*, prope *Bernam:* in ipſo *Muteto* M. C. B. & ego reperi.

Caulis ut in vulgari, maculatus, altior, a cubito ad quatuor pedes, habitu eodem, aſperiori tamen magis, & ramoſus idem, & multiflorus. Folia caulem lata baſi quaſi amplectuntur, ima longo & lato petiolo, ſuperiora lata, ex ovatis lanceolata, ora & nervis ſubtus hirſutis, ambitu rariter ſerrato. Flos purpureus, exiguus, non radiatus; & nervus folii ſaepe ejusdem coloris. Placenta papposa, corona ſeminis ex paucis radiis facta. Involucrum hirſutum, ovale.

*Scabioſae nova ſpecies, folio Bardanae*, a cl. GRONOVIO ad I. GESNERUM miſſa, videtur hujus ipſius plantae varietas eſſe.

## *S U C C I S A.*

*SUCCISAE* Sp. VAILL.
*SCABIOSAE* Sp. T. & LINN. n. 61.

Cum Aſterocephalo convenit ſquamis inter flores, placenta non papposa, & corolla (noſtrarum certe ſucciſarum) quinque radiorum. Differt floribus quadrifidis, ſeminis involucro in breviſſimum limbum producto. Irregularitas floſculorum modica: extimum tamen ſegmentum longius, intimum breviſſimum eſt.

1. SUCCISA foliis ad terram ovatis, ad caulem oblongis, parum dentatis.

*Jacea nigra, vel morſus diaboli* BRUNF. II. p. 54.
*Succiſa* FUCHS. p. 715.
*Morſus diaboli* RUELL. p. 453. TRAG. p. 264. ex FUCHSIO, GESN. Coll. p. 90 *b.* LOB. Ic. p. 546. ex DOD. TAB. p. 164.
*Morſus diaboli vulgo dictus* GESN. Hort. p. 268.
*Succiſa, ſ. morſus diaboli* MATTH. 623. bene, CAM. Epit. p. 397. DOD. p. 124. THAL. I. B. II. P. I. p. 11. RAJ. p. 380.
*Scabioſa folio lapathi* &c. CAES. L. XIII. C. 59.
Πυκνοκομον COLUMN. Phytob. p. 35.
*Succiſa glabra* C. B. P. Baſ. p. 80.
*Scabioſa pratenſis noſtras, ſucciſa radice* H. OX. III. p. 45.
*Scabioſa folio integro glabro, flore coeruleo* PONTED. p. 187.
*Morſus diaboli & ſucciſa* BLAKW. T. 142.
*Succiſa officinarum* VAILL. p. 237.
*Scabioſa corollulis quadrifidis, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis* LINN. Cliff. p. 30. ROYEN. p. 188.
*b. Flore albo* TRAG. p. 245. CAM. &c.
γ *Hirſuta.*
*Morſus diaboli, hirſuta, rarior* GESN. Hort. l. c.
*Succiſa hirſuta* C. B. Baſ. p. 80. ZANICH. p. 253. ic. 29.

*Scabioſa*

*Scabioſa folio integro hirſuto* T. aut. de Par. p. 141. I. R. H. PONT. l. c. VAILL.

*b. Flore albo* LOES. MAPP.

*♂ Foliis inciſis.*

*Succiſa coerulea foliis inciſis* LOES. p. 263. VAILL.

*Succiſa anguſtifolia paluſtris* TRIUMPHETTI obſerv. p. 76. cum icone.

Minime rara in pratis udis, ſylvis umbroſis, &c.

Radix faſciculus eſt fibrarum, & difficulter obſequitur, unde nomen. Foliorum ad terram roſula, ovalium, plerumque non ſerratorum, pilis rariuſculis & longis: ad caulem, longa ſunt, & gracilia. Caulis parum folioſus, plerumque non ramoſus, uno vel pluribus capitulis terminatus. Longos ramos ſingula terminant capitula, convexiora quam Scabioſis, pene cylindrica, floribus lateralibus non longioribus. Calyx univerſalis pariter brevis. Flos totus coeruleus: ſquamae breves, triangulae, inermes, modice inter floſculos eminent. Corolla ſeminis ſulcata, quadrangula, quatuor aut quinque nigris ciliis terminatur. Semen villoſa cute, ex ovato in gracile acumen educitur.

Radix ſudores movet, (C. HOFMAN. &c.) vulneraria eſt, ad gargariſmata in anginis, etiam venereis, (S. PAULI) ad cataplaſmata in diſcutiendis tumoribus uſurpatur, laudata olim ex vi alexipharmaca, etiam ad peſtem, (MAYERNE apud LOWTHORP. II. p. 645.) nunc neglecta, neque laudibus reſpondit vis venenis obpoſita BUCHWALDIO p. 180.

2. SUCCISA foliis pinnatis, pinnis ſerratis, capitulis hiſpidis, congeſtis.

*Scabioſa alpina maxima* LOB. Ic. p. 537. PONTED. p. 189. *montis Jurae & Salevae* LOB. adv. p. 233.

*Centaurium nothum Dalech.* LUGD. p. 1290. 1291. utcunque.

*Scabioſa alpina centauroides* AICHST. Aeſt. Ord. 9. T. 8. f. 1. bene.

*Scabioſa alpina foliis Centaurii majoris* C. B. P. H. OX. III. p. 46. T. 13. f. 10. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 146.

*Scabioſa Centauroides* PR. ALPIN. Exot. p. 204. PLUKN. VOLC.

*Scabioſa montana maxima* RAJ. p. 374. Syll. ext. p. 228.

*Succiſa alpina perennis, ampliſſimo Valerianae ſylveſtris folio* VAILL. Memoir. p. 237.

*Scabioſa corollulis quadrifidis, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, ſerratis* LINN. Cliff. p. 30. ROYEN. p. 188.

Integra dumeta efficit in adſcenſu M. *Thuiri*, quando primum per rupes ad paſcua adſcenditur per convallem. Ibi etiam, ante me, RAJUS legit.

Caulis & habitus Ebuli ſimillimus, fiſtuloſus, cubitalis, ramoſus. Folia ima elliptica, ſerrata, ad caulem pinnata, nervo lato foliaceo, in pinnas continuato, paribus pinnarum ad ſex & ſeptem circumſerratis, ellipticis, inpare extrema ſimili. Capitula congeſta & pene umbellata, pene ſphaerica, depreſſiora. Squamae magnae, hirtae, triangulares. Flores ochroleuci. Inmaturam legi: videor tamen obſervaſſe, perinde ciliarem ſtellulam quinque radiorum ſemen coronare. Floſculi ſex- & ſeptemfidi MAGNOLII etiam paradoxi videntur.

## *D I P S A C U S.*

TOURNEF. T. 265. VAILL. p. 234. T. 1. f. 2. 5. 6. 7. 8. LINN. n. 60. MALPIGH. ic. 209.

Cum Succiſa convenit ſquamis cava baſi ovaria ſuſcipientibus, flore quadrifido: differt ſquamis, quae inter florem ſunt eminentibus, ſpinoſis. Corona involucro continua, brevis & quadrata; ſemini vero longior, floſculo naſcenti circumpoſita, quadrata, plumoſa, non radiata.

Non valde repugnaverim, ſi quis Succiſam conjunxerit Dipſaco.

1. DIPSACUS capitulis hemiſphaericis, nudis.

*Herba caule cubitali, foliis ſpinoſis, capitulis flore ſcabioſae* CORD. Sylv. p. 221 *b.*

*Tertium Cardui fullonum genus* TRAG. p. 848.

*Dipſaco ſimilis herba, carduo exiguo* GESN. Tab. Coll. p. 74.

*Dipſacus ſylveſtris minor, parvis echinis* GESN. Hort. p. 257.

*Virga paſtoris* MATTH. p. 663. CAM. Epit. p. 433. LOB. Ic. II. p. 18. ZWING. p. 641. BLAKW. T. 124.

*Dipſacus tertius* DOD. p. 735.

*Virga paſtoris vulgaris* I. B. III. P. I. p. 75.

*Dipſacus ſylveſtris capitulo minore, vel Virga paſtoris minor* C. B. Baſ. p. 104. H. OX. III. p. 168. MUR. p. 665. &c.

*Dipſacus minor*, *ſ. Virga paſtoris* RAJ. p. 382.

*Succiſa hirſuta Lapathi folio* VAILL. Memoir. p. 238. ſed facies, & ſquamae inter flores demonſtrant Dipſacum eſſe.

*Dipſacus capitulis florum ſubgloboſis* LINN. Cliff. p. 30. ROYEN. p. 188.

Ad ſepes, v. g. eundo ad *Sandrein*, Baſileae inter *Steinenthor* & *Eſchemerthor*: ad *Birſam* &c. Genevae.

Caulis ſpinis brevibus aſper, ſepedalis, fragilis. Folia mollia, perampla, ex ovatis acuminata, varie ſerrata, nervo ſpinoſo, duobus minoribus foliis, ſubrotundis, ad baſin appoſitis. Ramos frequentia terminant capitula convexa, hemiſphaerica. Foliola omnia aequalia, neque ſub baſi longiora, in origine lata, cava, ariſta firma, ſpinoſa, ſerrata: omnia eminent. Involucrum quadrangulare, terminatum ora ſericea, quadrata, ſupra quam alia quadrata, major corolla eſt, ſericea, floſculum ſuſcipiens, ſeſſilis, perforata, mucroni inſidens ſeminis. Per maturitatem explanatnr eadem, & inſtar operculi ſemen protegit, donec delabatur ultimo. Semen ovato quadrangulare. Flores albi. Stamina atro-purpurea.

2. DIPSACUS capitulis ovalibus, calycis foliis ſulcatis, dentatis, ariſtis glumarum rectis.

*Karten-Diſtel* BRUNF. II. p. 70. planta arida.

*Carduus Fullonum* EIUSD. III. p. 32. DORST. p. 67.

*Dipſacus purpureus* FUCHS. p. 225. bene.

*Carduus fullonum erraticus* TRAG. p. 848.

*Dipſacus minor* GESN. Tab. Coll. p. 74.

*Dipſacus ſylveſtris* CORD. Hiſt. I. c. 59. cum icone ſativi ex TRAGO, GESN. Hort. p. 257. DOD. p. 735. THAL. VAILL. p. 236. BLAKW. T. 50.

*Labrum veneris alterum* MATTH. p. 662. CAM. Epit. p. 432. cum charactere.

*Labrum veneris* LOB. II. p. 18.

*Dipſacus ſponte naſcens* CAES. L. 13. c. 27.

*Dipſacus ſylveſtris*, *ſ. labrum veneris* I. B. III. P. I. p. 74. RAJ. p. 382.

*Dipſacus ſylveſtris*, *aut virga paſtoris major* C. B. Baſ. p. 104. P. H. OX. III. p. 168. T. aut. de Par. p. 266. I. R. H. PONT. p. 178. ZANICH. p. 87. ic. 163.

*Dipſacus capitulis florum conicis* LINN. Cliff. p. 29. ROYEN. p. 188.

Abunde locis incultis.

Caulis trium & quatuor pedum, ſpinis brevibus aſper. Folia baſibus latis obverſa, ſcaphas faciunt, quae aquam continent, ora caeterum in imis ſerrata varie, in ſupremis integra, nervo ſubtus ſpinoſo. Superiora folia ſcaphas nullas habent, cum nimis anguſta ſint & plana. Sub capitulis longa folia, ſurſum curva, ſpinoſa. Longa iſta gentisque maxima, cylindrica, obtuſo fine, placenta praelonga. Floſculi innumerabiles, in quincuncem diſpoſiti. Squamae longe eminent inter flores, qui coerulei ſunt: abeunt in ariſtas, ad latera ciliatas, rectas, in aculeum terminatas. Semen ex ovato longe mucronatum. Involucrum quadrangulare, ſulcatum, pariter ſuccifae primae, continuum corollae quadrangulari, deciduae. A ſativo foliis differt non confluentibus, aculeis rectis, mollioribus &c. a laciniato, falcatis radiis, qui huic rectiores ſunt, latiores, minus ſerrati.

Aqua, quae in cavitate continetur, ad maculas faciei eximendas laudatur, ab ipſo olim CAESALPINO; ad oculorum leves morbos & lippitudines a BOERHAAVIO. In antidoto ad morſum canis rabidi reperias in A. HAFNIENSIBUS II. obſ. 110.

## GYMNOMONOSPERMAE FLORE SEMINI INSIDENTE.

### CLASSIS II.
### STAMINIBUS QUINQUE COALITIS.

*SYNGENESIA* LINNAEI p. 232. Confer. VAILLANT. 1718. p. 181 ſeqq. JUNG. Phytogr. c. 20. BOERHAAVE p. 80.

Huic vaſtiſſimae & naturali claſſi communis nota eſt, „ ex pariete floris monopetali, aliqua parte tubuloſi, limbo quinquefido (GREW. Anat. veg. c. 5. MALPIGH. ic. 154. F. G. H. 181. 182.) ſemini inſidentis, naſcuntur quinque filamenta, longas geſtantia antheras, quae in unum tubum connaſcuntur cylindricum, (vaginam

ginam vocat GREWIUS) circumpoſitum Tubae unicae, quae ex ſummo ſemine adſcendit, & plerumque ſupra tubum ſtaminum emergit, enſis vocata GREWIO l. c. Ita in androgynis; huic enim claſſi paſſim feminae flores ſunt, aliquando etiam ſteriles, quorum ovaria abortiunt, neque tamen ſtamina propria conceduntur: uti mares etiam reperiuntur, quibus ſtamina ſunt, & abortivum ovarium. Horum autem floſculorum plurimi, ut in priori claſſe, ad unam placentam connaſcuntur, & uno communi calyce continentur.

## I. FLOSCULIS OMNIBUS TUBULOSIS.
## EX FLOSCULIS CONPOSITAE JUNG. c. 19. 20.
## FLORE FLOSCULOSO I. R. H.

His commune eſt, ut ſummus limbus floſculi figuram clauſam efficiat, cujus ſectio circulus eſt, quum in altera claſſe in planum expandantur.

### TRIBUS I.
### *CAPITATAE* BOERH. p. 135.
### *CINAROCEPHALAE* VAILL. Mem. 1718. p. 181.

PONTEDERA & LINNAEUS in omnia alia abierunt, naturae obliti. A ſexu certe plantas haſce diſponere vetat communis lacteſcentia tribus planipetalae, vetat difficultas obſervationis in immaturis, Elichryſa, Petaſites, & quot non alia genera? quibus alias meri androgyni ſunt floſculi, alias miſti feminis. VAILLANTIUM ergo ſequi viſum eſt, cujus & Obſervationes & Pinax praeſtant. *Capitatae* adeo, communem notam habent, ut floſculorum tubus ſit quam longiſſimus, campanula pariter longa, (VAILL. T. I. 6. 8.) uno plerumque dente profundius a reliquis ſeparato. Ex eadem ratione calycis ſquamae multis ordinibus ſibi ſuccedunt, quorum extimi & imi breviores, ſuperiores ſemper & longiores & interiores ſequuntur. Unde fit, ut capituli diameter, quae a petiolo incipit, plerumque ſit tranſverſa longior. Eadem tamen increſcit in baſi per maturitatem, ut ventricoſus calyx inferne tumeſcat. Tuba etiam fere ſemper breviter inciditur, quae ſequentibus Tribubus in antennas finditur longiores. Quod ſi hae notae a ſequente tribu Diſciflorarum non ſatis hanc ſeparant, in ipſa, ni fallor, rei natura cauſa potius eſt, quam in botanico.

### ORDO I.
### I. FLORIBUS OMNIBUS ANDROGYNIS.
### I. PLACENTA ALVEOLATA ABSQUE PILIS.

## *ONOPORDUM.*
VAILL. p. 193. f. 37. LINN. n. 629.

Calyx ſquamis rectis, aculeatis: imae tamen reflectuntur. Omnes lanugo quaedam obnubit. Placenta quadrangularibus foveis (VAILL. f. 39.) in favi ſimilitudinem exſculpta, ſemina recipit ovato-quadrangula, (VAILL. f. 50.) pappo coronata.

1. ONOPORDON foliis tomentoſis, obiter laciniatis, caule alato, brachiato.

*Weiſſ Frauen-Diſtel* BRUNF. III. p. 104.
*Spina alba* FUCHS. p. 57. TRAG. p. 858.
*Onopordon Athenaei* GESN. Hort. add. ad p. 269.
*Acanthium* MATTH. p. 671. (icon plantae junioris) CAM. Epit. p. 441. DOD. p. 721. absque tomento, ZWING. p. 650.
*Acanthium, ſpina alba ſylveſtris Fuchſii, an Onopordon Athenaei anguillarae* LOB. II. p. 1. ex DODONAEO.
*Acanthium vulgare flore purpureo* TAB. p. 686. ZANICH. p. 4. ic. 161. (nimis ſtrictus habitus.)
*Carduus ſylveſtris* CAES. p. 526.
*Spina alba ſylveſtris Fuchſio* I. B. III. p. 1. p. 54.
*Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris* C. B. P. Baſ. p. 103. LOES. p. 261. ic. 81.
*Acanthium vulgare* RAJ. p. 313.
*Acanthium tomentoſum, capite & ſemine majoribus, criſpantibus caulium alis* BARR. ic. 502. an etiam ic. 501?

*Carduus*

*Carduus alatus, tomentoſus, acanthi folio, vulgaris* T. aut. de Par. p. 14. I. R. H. MAGN. Char. p. 131. PONTED. p. 125. &c.
*Onopordon vulgare flore purpureo* VAILL. p. 193.
*Onopordum foliis decurrentibus, margine ſpinoſis* LINN. Cliff. p. 393. ROYEN. p. 134.
Icones WEINM. T. 307 *b*. T. 308 *a*.
β *Flore albo* TAB. p. 685. C. B. I. R. H. DILL. IOHR. MAPP.

An Illyricus vere diverſus? non auſim definire. In *Valeſia* certe anguſtiori folio & lanuginoſiſſimo reperitur: Albo flore in M. *Schin* prope *Rätzuns* SCHEUCHZER. Vulgatior ad vias in Helvetia planiori, v. g. *Morati*, *Aventici*, *Paterniaci* &c.

Caules altiſſimi, ſepedales & ultra, brachiati, continuis alis foliaceis dentatis percurſi. Tomento caulis cum foliis obducitur modo raro, modo denſiſſimo, ut modo vireat tota planta, modo alba ſit. Folia ſeſſilia, ex alis caulis enata, pene ex ovalibus lanceolata, varie laciniata, in origine anguſtiora, ante finem latiſſima, dentibus in ſpinas rectas & valentes exeuntibus. Ramos terminant magna capita, ſpinoſiſſima, violaceis floribus, pappo rufo. Squamae calycis acuto aculeo terminatae, imae deorſum reflectuntur, ſupernae eriguntur. Semen ovato-quadrangulum, transverſim rugoſum, griſeum, maculatum.

Efficaciam ſucci ad cancrum, olim a BORELLO laudatam (Cent. II. obſ. 51.) novis experimentis in vero labiorum cancro fidelem reperit CL. ELLERS in elegantiſſimis obſervationibus, quae in Noſodochio Berolinenſi natae ſunt.

## ORDO II.
## I. FLORIBUS OMNIBUS ANDROGYNIS.
## II. PLACENTA PILIS OBSITA.
## I. CALYCIS GLUMIS SIMPLICIBUS.

# *LAPPA.*

TOURNEF. T. 259. VAILL. n. 196.
*ARCTIUM* LINN. n. 627.

Ex ſphaerico capitulo & ſquamis calycis apice aduncis, ad obvia quaeque adhaerentibus, facile dignoſcitur.

1. LAPPA capitulis & foliorum facie inferiori tomentoſis.
*Perſonata, ſive Lappa major altera* MATTH. p. 1155.
*Arction montanum, & Lappa minor Galeni* LOB. ic. p. 587. ex *Saleva* M. adv. p. 257.
*Bardana capitulis tomentoſis* I. BAUHIN. in paralip. ad F. Boll.
*Perſonata altera cum capitulis villoſis* I. B. III. p. 571. ZWING. p. 937.
*Lappa minor montana, capitulis tomentoſis, ſ. capitulis Dioſcoridis* C. B. H. OX. III. p. 147. I. R. H. VAILL. Mem. p. 197.
*Bardana major altera* RAJ. p. 332.
Icon MERIANAE LXIII.

Haec in Helvetia lecta eſt *Biennae* &c. Gottingae frequentior.

Folia ampliſſima, etiam cubitalia, cordata, ſed obtuſa, obiter ſerrata, ſubtus tomentoſa, inprimis juniora. Caulis brachiatus, cubitalis, in vertice umbellifer. Capitula congeſta, juglandis magnitudine, obnupta tomento albo, brevi pappo in placenta, ſed conferto. Floſculi regulares, violacei. Semina incurva, quinque lineis eminentibus inſcripta, inter eas vero reticulata.

2. LAPPA capitulis glabris majoribus.
*Lappa major capitulo glabro maximo* RAJ. Syn. III. p. 196. VAILL. bot. p. 114.
II. Inter veteres, etſi difficillima eſt diſtributio, mallem tamen ad hanc, quam ad priorem, referre eas, quae ſequuntur.
*Perſonata, ſ. Lappa major* MATTH. p. 1145.
*Perſonata* CAM. Epit. p. 887. cum charactere.
*Perſonata, Lappa major, Bardana* LOB. p. 588.
*Bardana, ſ. Lappa major* I. B. III. p. 570.
*Lappa major, ſ. Arcium Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 58. P. H. OX. III. p. 146. T. aut. de Par. p. 207. I. R. H. VAILL. p. 197. &c.
*Bardana major* RAJ. p. 332.
β *Flore albo* I. R. H. RUPP. BUXB. LOES.

Ex Helvetia retuli, ubi, ni fallor, haec vulgatior eſt.

Capitula aeque magna, aut majora, ſed penitus viridia, & glabra. Folia pariter

 ſubtus

ſubtus albicant & brevi tomento obducuntur. Semina pene ſimilia, ſed evidentius maculata.

3. LAPPA capitulis glabris minimis.

*Lappa vulgaris capitulo minore* VAILL. Mem. p. 197.

*Lappa major, Arcium Dioſcoridis* RAJ. Synopſ. III. p. 197.

*Bernae* vulgaris.

Folia glabra, ſubtus albida; prioris; capitula pariter glabra, ſed minora, vix avellanae vulgaris magnitudine, in planta aeque alta.

Pleraque veterum ſynonyma non poſſunt inter diverſas ſpecies facile diſtribui. Siquidem ſatis diverſae ſunt; propiores tamen ſunt mediae n. 2. LINNAEUS omnes conjungit, dicitque *Arctium* CLIFF. p. 391. ROYEN. p. 144.

Radices cinarae ſapore, edules ſunt, ad venerem movendam aptae LOBEL. Adv. p. 253. caulesque dulces, blandi, & validi tamen nutrimenti. Folia amara. Blande aperit & reſolvit radix, absque ſtimulo, ut in acutis adhiberi poſſit absque metu: urinam movet & ſudorem, expellit exanthemata, variolas: in Pleuritide & difficillima alioquin Peripneumonia laudata, (BOERH. MANARD. L. XIX. epiſt. 5.) in aſthmate &c. Cum cereviſia decocta arthritidem ſuperavit, urina lactea expulſa FOREST. Decoctum in malignis febribus familiare eſt in calidiori Gallia, GARIDELLO teſte, & a CHOMELIO laudatur p. 241. & ab Empirica illa BOERHAAVIO dicta Haarlemi magno cum ſucceſſu adhibitum eſt: tum in *Ptiſanis Regiis* purgantibus, quibus in ipſa venerea Lue Galli utuntur, & laudat S. PAULI. Aquam deſtillatam ad tres uncias, ſoporis inducendi cauſa, in Pleuritide dabat PREVOTIUS. Semina amariſſima, urinam validius pellunt, in emulſione, vel pulvere ſumta. Emulſio ad nephritidem commendatur, aut ipſum ſemen drachmae pondere. Folia extus admota ad Cephalaeam, (WELSCH. mictom. p. 63.) ad tumores diſſipandos, (CHOMEL.) & arthritidem laudantur ETTMULL.

## *C A R D U U S.*

VAILLANT. p. 195.

*CARDUI* Spec. TOURNEF. & LINN. n. 630.

Characterem peculiarem facit pappus in ſemine ſimplex, qui Cirſio plumoſus eſt; & aculeus glumae calycinae rectus, qui Lappae in hamum inflectitur.

1. CARDUUS foliorum laciniis conplicatis & ſpinoſis, capitulo ſpinoſo nutante.

*Onopordon I.* TAB. p. 687. & *II.* IBID.

*Carduus arvenſis major, purpureo flore, qui flore nondum nato moſchum olebat* GESN. Coll. p. 66.

*Carduus ſylveſtris Dodonaei, capite grandi* THAL. p. 34.

*Onopyxos tertius Guilandini* LUGD. p. 1472. puto huc pertinere.

*Acanthium ſylveſtre (flore albo)* AICHST. Aeſtiv. Ord. XI. T. 7. f. 2. bene.

*Carduus nutans* I. B. III. p. 56. cum bona icone, RAJ. p. 308. I. R. H. RUPP. ZANICH. p. 50. ic. 162.

*Onopordon* PARK. p. 681.

*Onopyxos amplo capite purpureo, anguſtifolius* BARREL. ic. 1116. omnino noſtrum refert, diſtinguit tamen VAILL.

*Carduus alatus major, flore rubro moſchato, capite nutante* H. OX. III. p. 153.

*Carduus moſchatus flore amplo, capite deflexo* PLUKN. p. 83. cum malis ſynonymis, VAILL. p. 195.

Icon bona MERIANAE. n. C.

*Carduus foliis ſinuatis decurrentibus, margine ſpinoſis, floribus ſolitariis nutantibus* LINN. Cliff. p. 393. ROYEN. p. 132.

II. *Cirſium majus, ſingulari capitulo magno* C. B. quoad ſynonyma, non vero planta, H. OX. III. p. 150.

*Cirſium tertium* DOD. purg. 452. Pempt. p. 737. ob capitulum nutans & ſpinas validiſſimas.

III. *Carduus ſpinoſiſſimus, latifolius, ſphaerocephalus vulgaris* C. B. quantum video, hic idem fuit.

β *Flore albo* AICHST. T. I. R. H. TIT. it. MAPP.

Nihil frequentius in agris & ad vias. Albo flore SCHEUCHZ. in Rhaetia legit.

Caulis ramoſus, cubitalis, alis ſpinoſis, interruptis & brevibus obductus, & tomento araneoſo. Folia firma, nitentia, profunde laciniata, nervo albo, mucrone & dentibus in ſpicam rectam & acutam exeuntibus, laciniis anguloſis & conplicatis. Capitula ramos nudos terminant ſingularia, magna, pendula. Spina calycina dura, flava.

flava. Squamae primae reflexae, intimae rectae, & demum ſubrubellae. Pappus placentae latus. Semina nitida, ex ovato acuminata, utrinque conpreſſa, baſi umbilicata, pappo multo & lato. Floſculi campanula praelonga, carnea, vagina ſubviolacea, tuba clavata apice purpureo. Odor moſchi a tranſeuntibus facile percipitur.

2. CARDUUS foliis ex margine ciliatis, ſubtus tomentoſis, capitulis ſeſſilibus, congeſtis, mollioribus.

*Carduus aſininus communis* GESN. Coll. p. 66.
*Carduus ſylveſtris tertius* DOD. p. 740.
*Carduus ſpinoſiſſimus vulgaris, Polyacantha Theophraſti* LOB. ic. II. p. 21.
*Carduus ſylveſtris alter* CAES. p. 526. videtur.
*Carduus caule criſpo* I. B. III. P. I. p. 59. bene, T. aut. de Par. p. 65. I. R. H. PONT. p. 125.
*Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris* C. B. Baſ. p. 103. LOES. p. 43. ic. 5. bene, HOFM. RUPP. MAGN. Char. p. 135.
*Carduus polyacanthos* PARK. RAJ. p. 309. *capitulis pluribus nutantibus, ramoſior* H. OX. III. p. 153. Icones WEINM. T. 315. d. T. 316. a. T. 317. c.
*Carduus foliis ſinuatis decurrentibus, margine ſpinoſis, floribus confertis terminatricibus* LINN. Cliff. p. 393. ROYEN. p. 133.
β *Flore albo* I. B. SCHEUCHZ. It. II. p. 131. PONT. VAILL. SIBB. &c. WEINM. T. 315. c. T. 317. b.
III. Huc, ex fide horti ſicci, pertinet:
*Carduus paluſtris* C. B. Prodr. p. 156. Baſ. p. 102. PARK. SIBB. SUTH. &c.

Satis frequens locis ruderoſis & ad ſepes. Albo flore SCHEUCHZERUS in Rhaetia reperit inter *Tieffen Caſten* & *Fürſtenau.*

Caulis fragilis, tripedalis, ramoſus, erectus. Alae longae, ſed parum latae, criſpae, ſpinoſae. Folia ſature virent, ſubtus tomentoſa, laciniata, mollia. Flores in ſummo caule congeſti, ex breviſſimis petiolis, exigui. Calyx cylindricus, rara lana obnuptus, aculeis acutis, ſed debilibus, glumis imis deorſum reflexis, ſupernis rectis. Flos purpureus, pappus ſplendens, vagina cyanea.

3. CARDUUS foliis laciniatis, ſubtus tomentoſis, ex margine ſpinoſis, capitulis ſeſſilibus, congeſtis, aculeatis.

*Carduus acanthoides* I. B. III. p. 56. T. aut. de Par. p. 56. I. R. H.
*Carduus polyacanthos capitulis longioribus & tenuioribus, foliis albicantibus* MORIS. III. p. 153.
*Carduus polyacanthos ſecundus* RAJ. p. 309.
*Carduus ſpinoſiſſimus capitulis minoribus* RAJ. Syn. III. p. 194. PONTED. p. 123.

I. B. Ad ripas fluviorum & in ſalicetis: locum vero non addidit.

A priori omnino differt. Alae majores & magis ſpinoſae, tomentoſae. Folia validiori carne, profundius laciniata, pene primae ſpeciei, ſubtus tamen tomentoſa, laciniis anguloſis, conplicatis, in ſpinas, non in cilia terminatis. Flores congeſti, ſeſſiles, multis flavis ſpinis miſti, quae ad calyces pertinent. Albent iſti, & ſquamae imae non reflectuntur, aculei etiam validiores ſunt, totus flos minor & longior, carneo colore. Pappus longiſſimus.

4. CARDUUS foliis rigidis, molliter ſpinoſis, ſcapo longo, paucifloro. It. Helvet. n. XXIX. & T. XVIII.

α *Cirſium capitulis ſingularibus parvis* C. B. Baſ. p. 101. P. ex fide horti ſicci, non autem ſynonyma.
β *Carduus, dictus Cirſium, folio laciniato, nigrius* I. B. III. p. 43. RAJ. p. 305. Syll. ext. p. 85. *Cirſium anguſtifolium* C. B. Prodr. p. 155. Baſ. p. 102. P. ex fide horti ſicci, RAJ. Syll. ext. p. 99. I. R. H. *Germanicum* PARK. p. 962.
An *Chamaeleon alpinus ſonchi ſpinoſo lucido folio, radice nigra, alato caule* BOCC. Muſ. di Piant. p. 148. T. 29. & 105? Prior icon non recedit, altera nimis ferox videtur.
*Carduus Cirſioides nitido glauco folio, capitulo ſingulari* VAILL. p. 199. ex BOCC.
*Cirſium majus, ſingulari capitulo magno* MUR. p. 527. huc videtur referendum.
*b. Flore albo.*

Ex Valeſia I. G.

Ubique in pratis montanis & ſubalpinis Helvetiae. Statim ſupra *Dornach;* in ſylvis eundo ad *Grandvi*, in *Dolaz, Thuiri,* ad pedes *Neſſi* &c. Utramque etiam varietatem ex Germania habeo ab ILL. Socero TEICHMEYERO, circa Jenam lectam.

Caulis rectus, cubitalis, inferius alis ſpinoſis ſive foliorum radicibus obductus, ſuperne longe nudus, parum ramoſus vel ſimplex, ſemper lanuginoſus. Folia firma, nitida, glabra, longa, margine ciliato, vel integro, vel dentato, vel laciniato, laciniis majoribus in ſpinulas exeuntibus. Flos unicus in ſingulo ramo, junior

erigitur, maturus nutat. Capitulum magnum, ſquamae calycis ſimplices, triangulares, rectae, imae vero deviae, omnino innocuae. Floſculi ſuaverubentes, pappo ſplendente. Semina ex ovato oblique acuminata, griſea, nitida.

γ CARDUUS. . . .

Etſi multa ſimilia habeat, non tamen certus ſum, eundem eſſe. Reperi inter *Unter-Neunenen* & *Ober-Neunenen* in paſcuis lapidoſis.

Pleraque ſimilia: Sed caulis ab imo ad ſumma ramoſus, rami folioſi, breves; folia pene ſemipinnata; caeterum ſimilia, capitula duplo majora.

5. CARDUUS inermis, foliis glabris, imis ovatis, ſuperioribus ad baſin pinnatis.

*Serratula* MATTH. p. 945. CAM. Epit. p. 682. DOD. p. 42. LOB. p. 534. I. B. III. p. 23. C. B. Baſ. p. 68. RAJ. 331. IC. REG.
*Serratula alias Terzolla* I. B. apud GESN. Epiſt. p. 118.
*Serratula Matthioli* CLUS. Pann. p. 547. Hiſt. p. VIII. ex DOD.
*Serratula tinctoria I.* TAB. p. 156. foliis omnibus integris.
*Serratula tinctoria II.* EIUSD. p. 175. foliis inferioribus integris, ſuperioribus inciſis.
*Serratula tinctoria III.* EIUSD. ib. foliis omnibus inciſis.
*Ceretta ſeu Serretta* CAES. L. 13. c. 53.
*Centauroides, aut Centaurium majus ſylveſtre Germanicum* THAL. p. 26. cum quatuor varietatibus.
*Serratula tinctoris* AICHST. Aeſtiv. Ord. XI. T. 4. f. 2.
*Serratula vulgaris flore purpureo* PARK. p. 474. & *flore rubro* EIUSD. p. 475. pro diverſa.
*Serratula vulgaris foliis laciniatis* H. OX. III. p. 133. &
*Serratula, vulgaris facie, foliis integris* EIUSD. ib.
*Jacea nemorenſis, quae Serratula vulgo* T. aut. de Par. p. 105. I. R. H. MAGN. Char. p. 134. PONT. p. 135. ZANICH. p. 143. ic. 24.
*Rhaponticoides nemoroſa, ſerratula dicta* VAILL. p. 227.
*Serratula foliis pinnatifidis, lacinia terminatrice maxima* LINN. Cliff. p. 391. ROYEN. p. 143.
β *Flore albo* THAL. PARK. ROYEN. p. 120. MERR. HERM. I. R. H. VAILL. MAPP.

In paludoſis pratis & dumetis, v. g. verſus *Seelhofen*: circa *Mathod.*

Caulis rectiſſimus, gracilis, tripedalis, in ſummitate demum ramoſus. Folia firma, leviſſima, ora argute ſerrata, ima aut integra, ovata, dentata; aut ſemipinnata, pinnis lanceolatis, dentatis, ad caulem pinnas ſub majori ſegmento acceſſorias habent aliquot parium. Umbella caulem terminat. Capitula longa, cylindrica. Calycis ſquamae denſe compactae, graciles, ora lanigera. Floſculi pauci, purpuraſcentes, regulares. Pappus in ſemine ſplendens, cum aureo nitore & fuſco. Videntur autem pauci foecundi eſſe, plerique vero quos minoribus video ſeminibus eſſe, abortire, etſi omnes ſint androgyni.

Ad colorem flavum expetitur, & perinde uti aliae plantae tinctoriae, vulneraria eſt, in lapſu ab alto, ad hernias commendata. Sed rariſſime uſu venit. LOBEL. *Adv.* p. 231. &c.

Hanc, & proxime priorem ad DILLENII SERRATULAS pertinere non ignoro, quas ex papposo ſemine, & calycis ſquamis adpreſſis, cuſpidatis, & uniformibus floſculis conſtituit, *Hort. Elth.* p. 352. Sed dum notas a *Carduo* diſtinguentes manifeſtiores invenio, hic relinquere viſum eſt. Sunt enim in ventricoſo calyce ſui gradus, & in ſpinarum ferocitate.

6. CARDUUS mollis, foliis imis laciniatis, ſuperioribus integris, ſquamis calycis reflexis. It. *Helvet.* n. XXXV. T. XVIIII.

*Cirſium majus, caule alato, polycephalon, capitulis majoribus, perſonatae aemulis* SHERARD. apud RAJUM in ſyll. exter. p. 399. RAJ. III. p. 197.

Paſſim in Jura & Alpibus. SHERARDUS prope Genevam reperit, ego in ſylvis circa *Creux du Vent* & ſupra *Orvins*; tum circa *Valeſiae* thermas, & in valle *Urſaria* ad ſepes, & in dumetis proxime pagum *Grindelwald.* GAGNEBIN *ſur le mont Damain, aux Convers, a Pertuis & au cul des prez.*

Caulis erectus, altiſſimus, ſepedalis, ſulcatus, alis ſpinoſis percurſus, fragilis. Folia ima pedalia, pinnata, pinnis paulatim majoribus, extrema maxima, triangularibus omnibus, ſemibilobis, obſcure ciliatis, & ſerratis: Superna ex ovatis elliptica, tantum dentata ſunt; omnia vero debilia, ſature nigra, ſubtus tomentoſa. Flores in ſummis ramis congeſti, ſeſſiles, ſeni, ſepteni, exigui. Squamae calycis anguſtae, mucrone reflexo, falcato. Flos purpureus. Semina ſtricta, ſulcata, incurva, griſea.

*CIRSI-*

Tab.XIX. Pag.678.





*Carduus mollis, Lappae capituli͡j foliis imis Acanthi ſuperioribus integris.*

C. I. Rollinus Med. C. del.

Sculpſ. C. F. Fritſch filius Acad. Gött. Sculptor



*Cirſium alpinum ſpinoſiſſimum floribus albis congeſtis*

C. I. Rollinus. MED. C. delin.    C. J. Fritſch ſculpſit Acad. Gött. Sculptor.

# *CIRSIUM.*

*CIRSIUM* VAILL. p. 200. & *ERIOCEPHALOS* VAILL. p. 203.
*CARDUI* Sp. & CIRSII Spec. T.

Differt a Carduo ſeminis pappo plumoſo. Eriocephalum a tomento calycis diſtinguit VAILLANT. Sed in omni Cirſio invenies, etſi parcius, tomentum; neque ſpinarum durities poteſt genus diſtinguere.

*1. CIRSIUM alpinum polycephalon, flore minore, purpuraſcente, caule aculeis obſito I. R. H.

SCHEUCHZER. ſupra thermas *Fabarias* & *Valantiam*.

An idem ſpeciei 4? an alia, mihi ignota.

*2. CIRSIUM Polypodii folio, flore ſulfureo, polycephalon SHERARD. apud RAJ. ſyll. exter. p. 398.

*Eriſithales* LUGD. p. 1094.
*Carduus pratenſis foliis tenuibus, laciniatis* C. B.
*Carduus pratenſis, acanthi foliis lanceolatis* PARK. p. 957.
*Cirſium fibroſum, foliis anguſtioribus viridibus, floribus albicantibus* H. OX. III. p. 150.
*Carduo-Cirſium alpinum, polypodii inſtar profunde laciniatum, & aliquando dentis leonis laciniis, flore luteo, polycephalon* PLUKN. p. 83. RAJ. III. p. 197.
*Carduus mollis laciniato folio* TIT. It.
*Cirſium acanthoides montanum, flore flaveſcente* I. R. H. TILL. PONT. p. 130. BOERH. VAILL. p. 202.

SHERARD. in adſcenſu ad ſummitatem M. *Dolaz*.

An idem ſequenti? non videtur, cum illud PLUKNETIUS ſeorſim habeat, neque ulla mentio fiat ſpinarum.

3. CIRSIUM alpinum ſpinoſiſſimum, floribus ochroleucis, inter flaveſcentia folia congeſtis. IT. HELVET. n. 66. T. XX.

*Groſſ Eberwurtz.* ARET. p. 234 *b.*
*Carlina polycephalos, alba foliis ſuperioribus candidis* C. B. P.
*Carlina polycephalos alba* RAJ. p. 309.* I. R. H. MAGN. Hort. TILL. SCHEVCHZ. It. II. p. 131.
*Cirſium acanthoides, coma florum flaveſcente, montis Carthuſiani* PLUKN. apud VAILL. p. 203.
*Carduus alpinus ſpinoſiſſimus, polycephalos, foliis in ſummitate albicantibus, & albo flore* TIT. It.
*Cnicum alpinum humile, ſpinoſum, flore pallente* PONT. Epiſt. ad SHERARD. p. VI.

Radix craſſa, lignea, non obſequens. Folia ad terram plurima, Carlinae facie, ſemipinnata, pinnis anguloſis, ſpinoſis, inciſis, ſpinis ferocibus: Superiora amplexicaulia. Caulis non ramoſus, pedalis, & humilior, totus foliis abſconditus. In ſummitate folia alia, latiora, teneriora, albida, nidum faciunt pro floribus. Congeſti hi & ſeſſiles, ſquamis calycis latis, fuſcis, ſpinis modice duris. Floſculi cum vagina ochroleuci.

Quid eſt *Acanthium montanum ex Jura M.* LUGD. p. 1446? caulibus cavis, capitulis multis inter folia ſeſſilibus, tota planta valde lanuginoſa.

4. CIRSIUM inerme, floribus inter flaveſcentia folia congeſtis.

*Carduus pratenſis* TRAG. p. 860. 861. cum capitulis nudis, *Tragi.* GESN. Hort. p. 251 *b.* LOB. II. p. 11. cum bona icone, I. B. III. P. 1. p. 42.
*Carduus pratenſis latifolius* C. B. Baſ. p. 102. PARK. RAJ. p. 305. &c.
*Cirſium fibroſum foliis latioribus, diviſis, viridibus, floribus albicantibus* H. OX. III. p. 150.
*Cnicus pratenſis, acanthi folio, flore flaveſcente* T. aut. de Par. p. 259. I. R. H. PONT. diſſ. p. 142. RUPP. &c.
*Cirſium acanthoides pratenſe, flore ochroleuco* VAILL. p. 203.
Icones WEINMANNI T. 465 *b. c.*
*Cnicus caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris* ROYEN. p. 136.
β *Flore purpureo* T. VAILL. RUPP. BUXB. MAPP.

Ubique in pratis humidis.

Caulis fragilis, ab uno pede ad ſex usque erigitur, non brachiatus, quaſi nudus. Folia ima ampliſſima, pedalia, pinnata: ſuperiora late amplexicaulia, ex ovatis acuminata, ex margine continuis mollibus ſpinis ciliata. Flores congeſti in ſummis ramis, inter folia capitulis multo majora, convergentia, albida; adulta vero libere nutant. Squamae calycis molliter ſpinoſae, graciles, aliquo tomento obnuptae. Capitulum longum, & floſculi ochroleuci, vagina fuſca. Semina ex ovatis conpreſſa, linea hinc magis inde minus eminente, alba.

Tener

Tener eſt & edulis.

5. CIRSIUM foliis ſemipinnatis, ſpinoſis, capitulis oblongis, mitioribus.

*α* Varietas glabra in ſegetibus.

*Carduus in avena proveniens* TRAG. p. 856. breviter, abſque icone, C. B. P. Baſ. p. 102. &c.

*Carduus arvenſis* GESN. Coll. p. 66. TAB. p. 700. bona icon, SCHWENKF.

*Ceanothos Theophraſti* COLUMN. p. 45. ic. p. 46. bene, ſed pappum pingit ſimplicem.

*Carduus avenarius, ſeu moſchatus* PARK. p. 958.

*Carduus ſpinoſiſſimus ſegetibus frequens* H. OX. III. p. 156. RAJ. III. p. 199.

*Carduus elatior, Ceanothi aemulus, ex atro virore in totum ſplendens* PLUKN. p. 84. RAJ. III. p. 198.

II. *Flore albo* C. B. SUTHERL. SIBB. T. VAILL. &c.

*β* An iſte *Carduus ſylveſtris alter* DOD. p. 739. capite minori & minus ſpinoſo, cui male additur icon Carlinae ſylveſtris?

*γ* Varietas foliis ſubtus tomentoſis, in foſſis & ad vias.

*Carduus repens vinearum* C. B. Prodr. p. 156.

*Carduus vinearum repens, folio Sonchi* C. B. Baſ. p. 102. P.

*Carduus ſerpens levicaulis* I. B. III. p. 59.

*Carduus vulgatiſſimus viarum* RAJ. p. 310. H. OX. III. p. 156.

*Cirſium arvenſe Sonchi folio, radice repente, flore purpuraſcente* T. aut. de Par. p. 189. I. R. H. PONTED. Diſſ. p. 133. VAILL. p. 202.

*Carduus radice repente, foliis lanceolatis, dentatis, margine aculeato* LINN. Lap. n. 293. ROYEN. p. 133.

II. Caule tuberoſo I. R. H. VAILL. MAPP. p. 36.

Vulgatiſſimus prior, neque altera varietas rara. Caulis plerumque erectus, bipedalis & ultra, ramoſus. Folia firma, ſemipinnata, laciniis triangularibus, ſemibilobis, anguloſis, & complicatis, dentibus in ſpinas rigidas exeuntibus: Superiora vero pene integra ſunt, dentata. Capitulum longum, calyces ſquamis denſis, anguſtis, inermibus, ſaepe violaceis. Floſculi laete purpuraſcunt. Pappus longiſſimus. Semen pene prioris, ſed minus, ſubfuſcum.

6. CIRSIUM foliis ſpinoſis, hirſutis, ſemipinnatis, pinnis ſemibilobis, capite rigente, tomentoſo, ſphaerico.

*Carduus Eriocephalos* DOD. purg. p. 445. optime, pempt. p. 723. CLUS. Pann. p. 666. Hiſt. p. CLIIII.

*Carduus tomentoſus, corona fratrum herbariorum* LOB. II. p. 9. eadem icon.

*Spina alba* CAES. L. 13. c. 40. Ita C. B. P. Sed capita dicit molliſſima.

*Carduus alius admodum procerus* THAL. p. 34.

*Jacea lutea Cluſii* LUGD. p. 1474. icon, non vero deſcriptio.

*Eriocephalos* DOD. LUGD. p. 1488. deſcriptio, non vero icon.

Et *Onopordon* p. 1472.

*Carduus capite tomentoſo* I. B. III. p. 57.

*Carduus capite rotundo tomentoſo* C. B. H. OX. III. p. 155. T. aut. de Par. p. 324. I. R. H. PONTED. p. 121.

*Carduus tomentoſus, corona fratris dictus* PARK. RAJ. p. 311. PLUKN. &c.

*Eriocephalos capite rotundo maximo* VAILL. p. 204.

Icon WEINM. T. 31.

*Carduus foliis ſinuatis decurrentibus, denticulis & ſuperficie ſpinoſis, calycibus lanigeris* ROYEN. p. 133.

*β* *Flore albo* I. R. H. TILL. RUPP. PONT. WEINM. T. 310 *b*.

*γ* Capite minus tomentoſo RUPP. BUXBAUM.

II. Non videtur differre, niſi aetate, cum ſit icon ſenioris plantae. Id olim I. B. & nuper ERNDL. monuit *It. Topliz.* E. N. C. Vol. 3. App.

*Tomentoſus carduus anglicus* LOB. Adv. p. 370.

*Carduus tomentoſus* LOB. ic. II. p. 10. MUNT. *anglicus* PARK.

*Carduus tomentoſus capitulo majore* H. OX. III. p. 155.

*Eriocephalos capite oblongo, maximo, flore albo* VAILL. p. 204.

In montanis non rarus, v. g. circa lacum *Juratenſem minimum*, in M. *Meirivaux*, circa *Creux du Vent.* SCHEUCHZER. inter *S. Mauriz* & *al ponte.* Vulgo naſci in montibus circa *Ferriere* GAGN.

Caulis virili altitudine erigitur, firmus, ramoſus. Folia ampliſſima, pedalia & ultra, hirſuta, pulpoſa, ſubtus tomentoſa, ſemipinnata, pinnis longis bilobatis, utriusque lobi nervo in duriſſimam ſpinam terminato, extrema lanceola longiſſima. Capitula congeſta ramos terminant. Capitulum ſphaericum, maximum, ſquamis acutis, erectis, bombycino villo obnuptis, in flavum aculeum terminatis. Floſculus

lus incurvus, longiſſimus, purpureus, vagina pallente, ſemine albo, conpreſſo, pene ovali, oblique truncato.

Capita edulia ſunt, uti Cinarae; idque tribui Carduorum commune eſt, quorum plerumque caules & placentae mites, farinoſi, & boni nutrimenti ſunt.

7. CIRSIUM foliis ſpinoſis, hirſutis, pinnatis, pinnis ſemibilobis; capitibus tomentoſis, turbinatis, pungentibus.

*Carduus lanceolatus* TAB. p. 699. HOFM. &c.
*Carduus lanceatus latifolius* C. B. Baſ. p. 104. H. OX. III. p. 153. T. aut. de Par. p. 64. I. R. H. &c.
*Carduus lanceolatus ſ. ſylveſtris Dodonaei* I. B. III. p. 58. (Cur dicit, capitula pene innocua eſſe?)
*Carduus lanceatus* MERR. RAJ. p. 310.
*Carduus lanceolatus latifolius* PONTED. p. 124. &c.
*Eriocephalus vulgaris capite turbinato, flore purpureo* VAILL. p. 205.
*Carduus foliis ſinuatis, decurrentibus, denticulis & ſuperficie ſpinoſis* LINN. Cliff. p. 392. ROYEN. p. 132.
II. *Carduus ſylveſtris primus* DOD. p. 739. non optime.
*Onopyxos Dodonaei* LUGD. p. 1471. PARK.
β *Flore roſeo* PONTED.
γ *Flore vario* EIUSD.
δ *Flore albo* HERM. I. R. H. VAILL. RUPP. &c.

Vulgatiſſimus ad vias.

Caulis brachiatus, bipedalis, totus alis foliaceis obductus. Folia prioris, ſature viridia, ſucculenta, ſemipinnata, pinnis anguloſis, bilobis, in ſpinas duras exeuntibus. Capitula in ſummo caule ſeſſilia; congeſta, pene conica. Squamarum extantes apices ariſtati, tomento obnupti conſpicuo, innumerabiles, ſquamae intimae debiles ſunt & purpureae. Semen leniter incurvum, ab altero latere linea diviſum, ex ſpadiceo varium. Floſculi purpurei, pappus longus. A priori exiguitate omnium partium, & maxime capituli, hujusque conica figura differt: caetera ſimilis.

8. CIRSIUM caule pene nudo, alis criſpis obducto, capitulis mitibus, in vertice congeſtis.

*Carduus paluſtris* GESN. Coll. p. 66 b. RAJ. p. 309. cum bona deſcriptione.
*Polyacanthos Theophraſti* LUGD. p. 1473. omnino.
*Carduus polycephalos anguſtifolius* C. B. Prodr. p. 156.
*Carduus pratenſis polycephalos* C. B. Baſ. p. 102. P. MUR. p. 578. omnino.
*Carduus polycephalos* PARK. p. 981.
*Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius, pratenſis* LOES. p. 35.
*Carduus elatior pratorum uliginoſorum* IUNGERMANN.
*Carduus ſpinoſiſſimus, erectus, anguſtifolius, paluſtris* H. OX. III. p. 153.
*Cirſium paluſtre, polycephalon, vulgare* T. aut. de Par. p. 259. VAILL. p. 201.
*Cirſium pratenſe, polycephalon, vulgare* I. R. H. RUPP. &c.
*Cirſium foliis linearibas dentatis, ſpinoſiſſimis, caule criſpo, ſpinoſo, ramoſo, floribus erectis* ROYEN. p. 134.
II. *Carduus lanceatus anguſtifolius* C. B. Prodr. p. 155. Baſ. p. 104. ex fide horti ſicci, PARK. H. OX. III. p. 153. PLUKN. Amalth. p. 51.

Abunde in pratis udis, & in ſylvis.

Caulis ab uno ad ſex pedes erigitur, & ultra, totus obductus alis, quae foliorum ſunt initia, ſpinoſis, ſub floribus non ramoſus, niſi in ſummitate; longe nudus, & gracilis. Folia exigua, anguſta, pauca, ſature viridia, ſubtus parce tomentoſa, ſemipinnata, pinnis bilobis, lobis in ſpinas flavas exeuntibus, extrema lanceolata, longiſſima. In ſummo caule capitula congeſta, quaſi ſpicata, minima, per maturitatem diſcedunt a ſe invicem, & ſparſa fiunt. Calycis ſquamae triangulares, fuſcae, aculeis modice rigidis, aliquo tomento obnubuntur. Floſculi purpurei, vagina alba. Semina alba, ex ovatis obliqua, quaſi unguiculata.

9. CIRSIUM inerme, glabrum, foliis ciliatis, dentatis. T. XVIII.

An *Cirſium pratenſe* CLUS. Pann. p. 655.
*Flore rubro* BRULM. Breſl. 1726. *M. April.*
*Cirſium Pannonicum I. pratenſe* CLUS. Hiſt. p. CXLVIII. Multo ſimilius eſt Cardui n. 4. Sed diſerte in notis ad C. B. lego, „ plumoſum *Cirſio Cluſiano* pappum eſſe.
An *Cirſium Pannonicum I. Cluſio, folio non laciniato* I. B. III. p. 46.
An *Cirſium anguſtifolium non laciniatum* C. B. P.
*Cirſium alpinum, foliis minus profunde laciniatis, creberrimis ſpinis oblongis* RAJ. p. 307. Videtur.

An *Carduocirſium maximum, profunde laciniatum, in foliorum ambitu ſpinis mollibus hirtum* PLUKN. p. 83. T. 154. f. 2. nimis duriter & anguloſe, H. OX. III. p. 150.

In pratis montanis *les moſſes*, inter *Aquilegiam* & *Chateaux d'Oex*. GAGNEB. *aux Convers*.

Caulis fiſtuloſus, fragilis, tripedalis, pene nudus. Folia pauca, mollia, inciſa, dentibus magnis, triangulis; utrinque glabra, margine rariter ciliato, ima ovato-lanceolata, tantum dentata; ſuperiora profundius inciſa, pene ſemipinnata. Flores longe nudos ramos terminant, magni, calyce penitus inermi, ſquamis fuſcis, & triangularibus. A Carduo 4. differt fere mollitie, & plumis pappi, caeterum perſimile.

10. CIRSIUM elatius, polycephalon, foliis imis integris, ſuperioribus latis, profunde laciniatis. SHERARD. apud RAJ. Syll. p. 398. RAJ. III. p. 197.

An *Carduo-Cirſium, dictum montis piniferi, repens, foliis imis integris, ſubtus incanis, ſuperioribus diſſectis, capitulis ſingularibus, geminis tergeminisue* HOFM. VOLCAM. p. 85?

An *Cirſium alpinum, foliis inferioribus rotundioribus & diviſis, ſuperioribus in acutos & profundos dentes excavatis* PONTED. Tab. p. 132.?

An *Cirſium alpinum foliis ad coſtam integris, per ambitum in amplas lacinias ſectis, flore albido, aſphodeli radice* EIUSD. Diſſ. p. 133.?

SHERARD. ad rivulum a Jura decurrentem, non longe *Geneva*.

„ Folia in caule Lycopi magis diſſecti figuram & diviſiones utcunque aemulantur.

Suſpicor eſſe eamdem priori.

11. CIRSIUM caule floris longitudine.

*Chamaeleon exiguus* TRAG. p. 852. bene.

*Carlina minor* CLUS. Pann. p. 667. *purpureo flore* EIUSD. p. CLVI. cum icone.

*Carduus acaulos ſeptentrionalium, Chamaeleon albus Cordi, Chamaeleon exiguus Tragi* LOB. II. p. 5. ex CLUS.

*Chamaeleon exiguus Tragi* LUGD. I. B. III. p. 62.

*Chamaeleon ſeptentrionalium exiguus* COLUMN. p. 19. obiter.

*Carlina acaulos minor, purpureo flore* C. B. RAJ. p. 310. MUR. p. 657.

*Carlina montana minor, acaulos* BARREL. ic. 493.

*Carduus humillimus ſeptentrionalium, flore purpurorubente* H. OX. III. p. 156.

*Cirſium acaulos flore purpureo* T. aut. de Par. p. 189. I. R. H. PONTED. p. 129. VAILL. p. 201.

β *Flore albo* MOR. VAILL.

γ *Flore dilute rubente* GAGNEBIN.

δ *Foliis pictis* WEINM. T. 319 *b*.

In acclivibus, lapidoſis, & alibi in agris editis non rarum, v. g. juxta viam quae ducit per M. *Hauenſtein* verſus *Balſtal*. Circa *Almedingen*, ſedem generoſi & amiciſſimi FRANCISCI LUDOVICI STEIGERI, in agris ſiccis.

Folia ad terram in circulum diſpoſita, petiolata, ſemipinnata, pinnis bilobatis & trilobatis, ſerratis, in validas ſpinas exeuntibus. Caulis unus vel plures, vix uncialis, uniflorus, neque tamen aphyllos. Capitulum maximum, longum, ſquamis triangularibus, fuſcis, mitiſſimis. Floſculi purpurei: pappus ad biuncem longus. Semen leniter incurvum, fere uti Sp. 7.

12. CIRSIUM foliis ſemipinnatis, pinnis ſemibilobis, capitibus inermibus ſingularibus.

α Varietas foliis latioribus modice dentatis.

*Nardus montana Monſpelienſium* CLUS. Pann. p. 660.

*Cirſio V. congener, Carduus bulboſus Monſpelienſium* EIUSD. Hiſt. p. CL. cum icone LOBELIANA.

*Carduus bulboſus Monſpelienſium* LOB. adv. p. 371. ic. II. p. 18. LUGD. PARK. an ſit *Leucacantha Dioſcor.* LOB. adverſ. p. 370.

*Carduus bulboſus Monſpelienſium, ſive Acanthus ſylveſtris quibuſdam, foliis laciniatis* I. B. III. p. 43.

*Carduus pratenſis, aſphodeli radice, latifolius* C. B. RAJ. p. 305. Syll. ext. p. 86.

*Cirſium latioribus foliis viridibus, laciniatis, radicibus aſphodeli* H. OX. III. p. 151.

*Cirſium pratenſe, aſphodeli radice, latifolium* HERM. I. R. H. VAILL. p. 201. RUPP. BVXB. &c.

β Foliis profunde inciſis, Cardui lanceolati ſimilitudine.

*Iacea aculeata ſeu tuberoſa* TAB. p. 154.

*Acanthus ſylveſtris alter* LUGD. p. 1444.

*Carduus pratenſis aſphodeli radice, foliis tenuiter & profunde inciſis* C. B. Baſ. p. 102. P. RAJ. Syll. ext. p. 86. &c.

*Cirſium aſphodeli radice, foliis viridioribus, profunde & tenuiter diviſis* H. OX. III. p. 151.

*Cirſium pratenſe aſphodeli radice, foliis tenuiter inciſis* I. R. H. VAILL. p. 201. pro diverſo.

C. B.



*Cirſium montanum foliis longis ſerratis ſubtus incanis.*

C. J. Rollinus Med. C. delin: Sculpſ. C. F. Fritsch. filius Acad. Gött. Sculpt.

Tab. XXII. Pag. 683.



Cirſium Alpinum boni Henrici folio.

C. J. Rollinus. Med. C. delin.

Sculp. C. F. Fritsch filius A. Gott. Sculpt.

C. B. varietatem poſteriorem *Michelfeldae*: SCHEUCHZER. ad alpium radices.
Radix ex medio quaſi trunco teretes albasque fibras demittit. Caulis erectus, ramoſus, bicubitalis, non alatus. Folia petiolata, ſemipinnata, pinnis anguloſis, multilobis, dentibus in ſpinas breves terminatis; ora ciliari, ſubtus tomentoſa & alba. Capitula magna in ramis longe nudis; lata, ſquamis triangularibus, fuſcis, inermibus.

* 13. CIRSIUM. . . .

*Cirſium maximum, incano folio, bulboſa radice* CLUS. Pann. p. 660. Hiſt. p. CXLIX. absque icone.

*Cirſium maximum, foliis carnoſis, bulboſa radice, forte Lutetianum* I. B. III. P. I. p. 44. RAJ. p. 306. H. OX. III. p. 150. SCHEUCHZ. It. VII. p. 511. VAILL. p. 201.

*Cirſium maximum aſphodeli radice* C. B. P. I. R. H.

SCHEUCHZERUS in udis pratis montanis *Valeſiae*.

Caulis bicubitalis & ultra, pollicis craſſitie, ſtriatus, tomento obſitus. Folia ex ovatis utrinque acuminata, viridia, ſucciplena, in ambitu mollibus ſpinis hirta. Capita majora, quam Sp. 14., purpurea. Radix craſſis & oblongis fibris, Aſphodeli bulbos referentibus. Ita CLUSIUS & C. B. Addit SCHEUCHZERUS, folia cauli appreſſa, ſubtus lanuginoſa eſſe, capitula in ſummitate plura.

* 14. CIRSIUM. . . .

*Cirſium IIII. ſ. montanum II.* CLUS. Pann. p. 660. Hiſt. p. CXLIX.? breviſſime.

*Acanthium peregrinum* TAB. p. 686.

*Cirſium majus ſingularibus capitulis* LUGD. p. 584.

*Cirſium tomentoſum radice bulboſa, quibusdum Leucacantha Anguillarae* I. B. III. p. 44. MOR. III. p. 151. SCHEUCHZ. It. VII. p. 501.

*Cirſium montanum maximum* RAJ. p. 305.

SCHEUCHZERUS *Seduni* ad vias.

Radices plures, teretes, naporum ſimiles, albae. Folia dodrantalia & cubito longiora, ſuperne tota albicant, inciſa, dentibus decuſſatis, ut in Eriocephalis; ciliis ſ. ſpinis innocuis, undique ex ora exeuntibus. Caulis erectus, ramoſus, tomento obſitus. Flores ſinguli ex ſingulis pediculis, nutantes; calyce miti, floſculis purpureis. Ita I. B.: mihi enim praeter folia nihil ad manus eſt.

15. CIRSIUM foliis longiſſime lanceolatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis. T. XXI.

*Cirſium Britannicum* CLUS. Pann. p. 657.

*Cirſium Anglicum II.* EIUSD. Hiſt. p. CXLVIII. cum icone non optima.

*Cirſium Britannicum Cluſii repens* I. B. III. p. 46. RAJ. 306. Syn. III. p. 193.

*Cirſium ſingulari capitulo ſquamato, vel incanum alterum* C. B. P. ex CLUSIO, I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 332.

*Cirſium Britannicum repens, foliis majoribus, ſubtus incanis* H. OX. III. p. 149.

*Cirſium Helenii folio, capitulo magno* VAILL. p. 200.

An idem *Carduus calyce inermi, foliis lanceolatis, margine ciliatis* LINN. Lap. n. 292? non omnino convenit.

An *Carduus caule fere unifloro, calyce inermi, acuto, foliis lanceolatis, ciliatis, integerrimis, & laciniatis* LINN. Hort. p. 392. ROYEN. p. 134? Ita ſynonyma jubent.

In foſſis vallis *Urſariae* copioſe. Ibidem & in *Rhaetia* SCHEUCHZERUS.

Caulis erectus, firmus, bicubitalis, profunde ſulcatus, tomentoſus, dum junior. Folia frequentia, absque alis, longiſſima, elliptica, in medio latiora, lentiſſime lanceolata, nigra, glabra, ſubtus tomentoſa & incana; margine argute ſerrato, ſpinulis ex ſerrarum dentibus minimis, molliſſimis. Capitula ſingularia nudos caules terminant, craſſa, lata; ſquamis triangularibus, fuſcis. Floſculi purpurei. Nihil in tota planta ſpinarum.

16. CIRSIUM foliis triangularibus, lunate dentatis, ſubtus tomentoſis, capitulis inermibus, in ſpicam congeſtis. Icon exſtat T. XXII.

An *Carduus mollis, Lapathi folio* CLUS. Pann. p. 663. p. 664. I. B. III. p. 46. C. B. P. RAJ. p. 307. *. Syll. exter. p. 85. BOCCONE obſerv. p. 112.

*Carduus mollior II.* CLUS. Hiſt. p. CLI.

*Carduus montanus foliis Helenii, non ſpinoſus* CAM. Hort. p. 35. ex nota manu C. BAUHINI ſcripta.

*Carduus mollis, Helenii folio, Camerarii* PARK. p. 991.

*Cirſium polyanthemum, molliori haſtato folio* H. OX. III. p. 148.

*Carduo-Cirſium Britannici floribus plurimis, in ſummo caule adgeſtis* PLUKN. T. 145. f. 3. utcunque.

*Cirſium alpinum boni Henrici folio* I. R. H. PONT. p. 131.
*Carduus mollis Lapathi foliis* TIT. It.

Ad rupes proxime infra *Teufelsbrück* ad dextram, abunde; &, ni fallor, in *Gotthardo* M. SCHEUCHZER. in jugis *Averſanis* & *Praegallicis*.

Radix lignoſa, evulſu difficilis. Folia copioſiſſima, petiolata, etiam ad caulem, quod in hoc genere rarius eſt; pene cordata, longe acuminata, carnoſa; ex atro virentia, glabra; inferne albiſſima, uti Populi folia, margine ita ſerrato, ut intervalla dentium lunata ſint. Caulis lignoſus, pedalis & cubitalis, ſpica denſa florum terminatus. Capitula parva, longa; ſquamis in toto genere breviſſimis, triangularibus, tomento albicantibus. Floſculi purpurei.

Quae hactenus recenſui, omnia vera ſunt Cirſia, plumulas in ſemine & pappum habent in placenta: quod etiam de *Cirſio humili montano, Cynogloſſi folio, polyanthemo* RAJ. Syn. III. verum eſt, ut adeo ſerratulam LINNAEANAM *Lapon.* n. 291. & ab hac & a noſtris diverſam eſſe oporteat.

## ORDO III.

## I. FLORIBUS OMNIBUS ANDROGYNIS,
## II. PLACENTA PILIS OBSITA,
## II. CALYCIS GLUMIS SEMIPINNATIS.

### *S I L Y B U M.*

VAILL. p. 219.
*CARDUI* Spec. T. & LINNAEI.

Calycis ſquamae ex lateribus emittunt utrinque ſpinas, molles, ipſae vero in fortiſſimos terminantur aculeos: imae repandae extant. Pappus & in placenta & in corona ſeminis plurimus. Semen craſſum, ex ovali conpreſſo incurvum, umbilicatum, apice inciſum.

I. SILYBUM nervis foliorum albis.

558 *Feehdiſtel* BRUNF. II. p. 71.
*Carduus albus* BRUNF. III. p. 41. venis non expreſſis.
*Chamaeleon albus* NEUEN. apud BRUNF. II. p. 243.
*Marianus carduus* CORD. Dioſc. L. III. c. 14.
*Carduus Mariae vulgo dictus* GESN. Hort. p. 251. *b.*
*Spinae albae ſpecies Fuchſio* GESN. Coll. p. 108 *b.*
*Spina alba hortenſis* FUCHS. p. 56. cum venis.
*Carduus Mariae* TRAG. p. 850. bene, RAJ. p. 312. ZWING. p. 648. BLAKW. T. 79.
*Sarduus lacteus* MATTH. p. 676. foliis inciſis, CAM. Epit. p. 445.
*Carduus leucographus* DOD. p. 721. 722.
*Silybum, Carduus Mariae, & lacteus, Leucographis Plinii* LOB. ic. II. p. 7. eadem icon.
*Aliud Cardui ſylveſtris genus in ruderibus* CAES. L. 13. c. 37.
*Carduus Marianus ſ. lacteus* TAB. p. 699.
*Carduus Marianus, ſ. lacteis maculis notatus* I. B. III. p. 52. MAGNOL. Char. p. 170.
*Carduus albis maculis notatus, vulgaris* I. B. P. Baſil. p. 103. H. OX. III. p. 155. T. aut. de Par. p. 323. I. R. H. PONT. p. 124.
*Silybum albis maculis notatum, flore purpureo* VAILL. p. 219. ic. 31.
Icon MERIANAE CXVI.
*Carduus ſquamis calycinis, margine & apice ſpinoſis* LINN. Cliff. p. 393. ROYEN. p. 133.
β *Flore albo* VAILL. &c.

Circa hortos, & inter fimeta in ſuburbanis paſſim reperitur.

Folia ampliſſima, margine undulato, plicato, varie ſerrato, acute ſpinoſo; lucide virentia, nervis albis diſtincta, elegante habitu. Caulis ramoſus, erectus, ad ſex pedes altus, alatus foliorum ſpinoſis originibus, ſuperne longe ſub flore nudus. Flos quisque ſuum ramum terminat, magnus, ſpecioſus: capitulum ſpinis horridum. Floſculi carnei, vagina violacea, pappus ochroleucus.

Semina in medicina adhibentur, amara, farinoſa, ad emulſiones in morbis pectoris laudata, etiam certioribus experimentis, (BRESLAV. 1718. p. 149. 1063.) quibus conſtat, dolores punctorios & coagulatum ſanguinem earum uſu ſublatos fuiſſe. In fluore albo laudant alii BUCHWALD.

ATRAC-

# *ATRACTYLIS.*

LINN. p. 217.
*CARTHAMI* Sp. LINN. n. 632.
*CNICI* Sp. T.

Calyx fit ex degenerantibus paulatim plantae foliis. Prima ad baſin non differunt; ſequentia etiam ſemipinnata ſunt, pinnis & mucrone ſpinoſis, rugoſa adhuc & viridia: intima minime pinnata, in ſimplicem fiunt glumam, apice acuto purpureo terminatam. Baſin calycis lana obnubit. Semina in ambitu absque pappo, interiora vero pappo lato terminantur. VAILL. f. 43.

1. ATRACTYLIS ſucco ſanguineo, flore luteo.
*Atractylis mitior* RUELL. p. 548.
*Phonos, atractylis* GESN. ind. p. 88.
*Atractylis ſylveſtris* EIUSD. Coll. p. 616. Videtur.
*Atractylis* MATTH. p. 810. 811. male, CAM. Epit p. 561. bene, cum charactere, DOD. p. 736. LOB. ic. II. p. 13. eadem, ZWING. p. 648. RAJ. Syll. ext. p. 74. Hiſt. p. 304. BLAKW. T. 468.
*Atractylis Matthioli* TAB. p. 689. male.
*Carthamum ſylveſtre* CAES. L. 13. c. 44. omnino, ob ſuccum ſanguineum.
*Cnicus ſylveſtris prior, Atractylis Dalech.* LUGD. p. 1450. & denuo 1468. & 1469.
*Atractylis Theophraſti & Dioſcoridis, ſanguineo ſucco* COLUMN. p. 19. ic. p. 23. optime.
*Atractylis flore luteo* I. B. III. p. 83.
*Atractylis lutea* C. B. P. VAILL. p. 217.
*Carduus luteus, erectus, reticulatus, ramulis fuſum referentibus* H. OX. III. p. 160.
*Cnicus, Atractylis lutea dicta* HERM. Hort. p. 164. T. aut. de Par. p. 190. I. R. H. PONT. p. 141. MAGN. Char. p. 131. RUPP. &c.
*Carthamus foliis amplexicaulibus, acuminate dentatis* LINN. Cliff. p. 394. ROYEN. p. 136.

In calidiori Helvetia, v. g. in *Valeſia*, in agro *Aventico*, prope pagum *Treicovagnes*, circa *Thuiri*, *Genevam* &c. I. B.

Ima folia ſemipinnata, pinnis argute dentatis, in ſpinas exeuntibus, cito exareſcunt. Ad caulem ſimiliter firma ſunt, nervis eminentibus reticulata, non ita profunde ſemipinnata, amplexicaulia, pene cordata. Caulis rectus, firmus, cubitalis. Ramos flores ſinguli terminant, magni: pappus floſculorum ex albo purpureus, floſculus luteus. Calyx & ſumma planta viſcida ſunt, reſinoſo odore; & defracta quaelibet pars plantae ſanguineum ſuccum plorat. Semen turbinato quadrangulum, ad pappi baſin latum, reſectum.

Amara eſt, balſamica videtur, viribus Hyperici & Cardui benedicti; ſed in officina vix reperitur.

# *CARLINA.*

TOURNEF. T. 285. VAILL. p. 219.
LINN. n. 246.

Perinde uti priori, folia extima calycis nihil a foliis ſemipinnatis plantae reliquae diverſa ſunt; proxima paulum degenerant, fiuntque in ſpinas ramoſas; intima denique laminae ſunt ſimplices, aridae, cartilagineae, acuminatae, ſed ſplendentes, & expanſae in formam radiorum. Semina cylindrica, villoſo involucro tecta, pappo majori, deciduo, in origine craſſo, ſed ramoſo, multifido, ramulis plumoſis; tum altera corolla pappi ſimplicis, brevis, non decidui, exteriori, diſtincta ſquamis erectis, ligulatis. Deinde diameter tranſverſa capitulis longior eſt, ut faciem floris radiati imitetur.

1. CARLINA caule ramoſo, floribus umbellatis.
*Icon* BRUNF. II. p. 69.
*Dipſacus minor* EIUSD. III. p. 33.
*Atractylis media* GESN. Hort. p. 249 *b*.
*Atractylis mitior* FUCHS. p. 121.
*Atractylis ſ. Carthamus ſylveſtris* TRAG. p. 839.
*Carduus vulgaris* MATTH. p. 669. commode, CAM. Epit. p. 439.
*Carlina ſylveſtris vulgaris* CLUS. p. CLVI. T. aut. de Par. p. 66. I. R. H. PONT. p. 168. VAILL. Memoir. p. 220.
*Carlina ſylveſtris* DOD. p. 728. RAJ. p. 288. MAGN. Char. p. 143.
Icon *Cardui ſylv. II.* DOD. p. 739. huc pertinet.

*Sequanorum Cirſium luteum, Carlina ſil. Dodonaei, Atractylis mitior Fuchſii* LOB. Ic. II. p. 14. nomen certe, de icone enim dubito. &c.
*Carduus vulgatiſſimus viarum, Onopyxos Guilandini* LOB. II. p. 20. quod ad iconem.
*Heracantha* TAB. p. 697. commode, AICHST. Aeſtiv. Ord. XI. T. 8. f. 3.
*Carlina ſylveſtris quibusdam, aliis atractylis* I. B. III. p. 81. &c.
*Cnicus ſylveſtris ſpinoſior* C. B. Baſ. p. 102.
*Carduus xeranthemos vulgaris annuus* H. OX. III. p. 162.
*Scolymus ſylveſtris* ZWING. p. 645.
*Carlina caule multifloro corymboſo* LINN. Cliff. p. 395. ROYEN. p. 135.
II. *Carlina ſylveſtris ſpinoſior, polycephalos* C. B. HOFM.
Nihil admodum differre videtur *Carlina ſylveſtris incana, cornucopioides, Senenſis* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 169. T. 125.
*Carlina ſylveſtris quibusdam, aliis Atractylis polycephalos* SCHEUCHZ. It. VI. p. 454.
*b.* Varietas monſtroſa faſciato caule.
*Carduus monſtroſus, figura cornucopiae* IMPERAT. L. LXXVIII. C. I. I. B. III. p. 56.
III. Humilior THAL. p. 6.

Vulgaris in arvis & collibus ſterilibus, apricis.

Caulis erectus, ramoſus, purpureus, a duabus unciis ad cubitum erigitur. Folia amplexicaulia, robuſta, nervis reticulata, tomento obnupta, dentata, dente quolibet duas fere flavas & rigidas ſpinas educente. Flores ramos terminant umbellae ſpecie, ſeſcuncem lati. Laminae intimae calycis radiati flaveſcunt. Floſculi pallentes, ad denticulos purpureus, vagina ſpadicea. Semen columnae ſimile, villoſum, pappo ochroleuco, ramoſo, plumoſo.

2. CARLINA caule unifloro. LINN. Cliff. p. 395. ROYEN. p. 135.

*α* Varietas caule breviſſimo, frequentior.
*Eberwurtz* BRUNF. II. p. 47.
*Carduus Paris* EIUSD. III. p. 35. absque flore.
*Chamaeleon niger* CORD. Dioſc. III. c. XI.
*Silybus* GESN. Coll. p. 107. *vulgo Carlina* deſcr. M. fract. p. 63.
*Carlina* EIUSD. Coll. p. 66. RUELL. p. 482.
*Chamaeleontis genus* GESN. Coll. p. 67 *b.*
*Cardopatium vulgo dictum, caule carens* EIUSD. Hort. p. 251. *b.*
*Chamaeleon albus* MATTH. p. 656. & EPIT. CAM. p. 428. bene, ZWING. p. 639.
*Carlina altera* DOD. purg. p. 439. p. 440. optime, pempt. p. 727.
*Carlina major* ἀκανλος CLUS. Pann. p. 667.
*Chamaeleon albus Dioſc.* ἰξια *Theophr.* EIUSD. Hiſt. p. CLV. ex DOD.
*Chamaeleon albus Dioſcor.* &c. LOB. II. p. 4.
*Vulgaris Carlina* COLUMN. p. 13.
*Carlina minor vulgaris* AICHST. Aeſt. Ord. XI. T. 8. f. 1.
*Carlina acaulos magno flore* C. B. Baſ. p. 103. P. *albo* I. R. H. VAILL. p. 220.
*Carduus xeranthemos flore albo ampliore, acaulis* H. OX. III. p. 262.
*Carlina acaulos flore luteo palleſcente* IC. REG. p. 59.
*b. Flore purpureo* I. R. H. mihi non viſa. SCHEUCHZ. ad radices alpium. LUGD. p. 1453. ex *Allobrogibus.*
*β* Varietas caulifera, diverſa procul dubio a COLUMNIANA purpurea, quam pro cauleſcente deſcribit, & mera varietas, cum a C. B. & Germanis auctoribus recenſeatur, neque alia in Germania naſcatur.
*Cardopatium vulgo dictum, caulem habens* GESN. Hort. p. 251 *b.*
*Chamaeleon albus* FUCHS. p. 881. LOB. Ic. II. p. 4.
*Chamaeleon vulgaris* TRAG. p. 851.
*Chamaeleon niger alter* MATTH. p. 659. CAM. Epit. p. 430. (quem nihil a priori differre monet CAMERARIUS.)
*Carlina prior* DOD. purg. p. 439.
*Carlina ſ. Leucacantha* DOD. Hiſt. p. 727.
*Carlina elatior, Chamaeleon albus vulgaris* CLUS. Hiſt. p. CLV.
*Chamaeleon albus caule donatus* LOB. Obſ. p. 480.
*Carlina cauleſcens magno flore* C. B. P. Baſ. p. 103. MUR. p. 706.
*Carduus xeranthemos flore albo, cauleſcens* H. OX. l. c.
*Carlina cauleſcens* ZWING. p. 639. *magno flore albicante* I. R. H. VAILL. p. 220.
*b. Rubente flore* I. R. H. SCHEUCHZERUS ad radices alpium legit.
*α β* Recte conjungit I. B. & RAJUS, quibus unica eſt.
*Carlina caulifera vel acaulos* I. B. III. p. 181.
*Carlina humilis* RAJ. p. 288.

Paſſim

Paſſim in pratis ſterilibus *Jurae* & *Alpium* autumno floret. Abunde circa lacum *Juratenſem*, in valle *Simmia* &c. In M. *Saleva* I. B. in *Waſſerfall* C. B. in M. *Randenburgico* MURALT. Caulifera circa *Ferrieres* vulgatior eſt GAGN.

Radix lignoſa, brachiata, nigra. Ceſpes foliorum ad terram in orbem ponitur. Glabra ſunt, pinnata, pinnis anguloſis, plicatis, in ſpinas feroces exeuntibus. Caulis plerumque vix ſeſcuncem altus, folioſus tamen, aliquando cubitalis. Flos ampliſſimus, trientali diametro, quando radios explicavit, quod fit interdiu & coelo ſudo; nam nocte & pluvio aëre clauditur. (GUI de la BROSSE de la nat. des plant. p. 62. & C. GESNER.) Radii albi, ſplendidi. Floſculus ex luteo viret, dentibus purpureis. Semen majus minus hirſutum, pappo ſimili.

Diſcus carnoſus floris edulis eſt & validum alimentum praeſtat. Radix acris, amara, aromatica, ſudores movet penetrantiſſime, hinc antiquitus inter alexipharmaca numeratum. Somnum impedire HELMONTIUS.

## ORDO IV.
## II. FLOSCULIS IN AMBITU STERILIBUS.

Hae plantae, praeter diſcum verorum floſculorum majorum, extrorſum repandorum, qui ſemifloſculos quaſi aemulantur tribus Radiatae, ſemine, ſed abortivo, praediti, ſtaminibus & Tuba deſtituti.

### I. CALYCIS SQUAMIS SIMPLICIBVS.

### *R H A P O N T I C U M.*

VAILL. p. 223.
*CENTAUREAE* Sp. LINN.

Placenta papppoſa: Squamae calycis ſubrotundae, neque acutae, neque ſpinoſae, neque pinnatae, etſi ora aliquando findatur, & pene fimbriata videatur. Floſculi neutri tantum quinquefidi, veris & fertilibus non multo majores.

* I. RHAPONTICUM.

*Centaurium majus Germanicum* CORD. Sylv. p. 223 *b.* & huc icon pertinet hiſt. L. IV. c. 59.
*Centaurium majus montanum, Lapathi vel Inulae folio* GESN. Hort. p. 252.
*Centaurium majus, Rhaponticum vulgo dictum* FABRIC. apud GESN. in CORD. p. 235 *b.*
*Rha* DOD. ic. vet. p. 334
*Aretion* DALECH. in Dioſc. Ruellii L. IV. c. 91.
*Rha capitatum folio enulae, centaurii majoris facie* LOB. adv. p. 118. ic. p. 288.
*Rhapontici alia icon* TAB. p. 910. ex LOBELIO.
*Centaurium majus, Rha capitatum, folio Enulae, ſubtus hirſuto & incano* I. B. III. p. 41. cum icone, MOR. III. p. 132. RAJ. p. 331.*.
*Rha capitatum helenii folio* LUGD. p. 1700.
*Rhaponticum folio helenii incano* C. B. VAILL. p. 224. ZWING.
*Centaurium majus folio Helenii incano* I. R. H.
*Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis ovato-oblongis, denticulatis, integris, petiolatis, ſubtus tomentoſis* LINN. Cliff. p. 421. ROYEN. p. 142.
II. *Rhaponticum alterum, anguſtiore folio* LOB. ic. p. 288. LUGD. p. 1701.
*Centaurium ſ. Rhaponticum alterum, anguſtiore folio* I. B. III. p. 41. RAJ. p. 331.*.
*Centaurium majus alterum, capitatum, anguſtiore integro folio* H. OX. III. p. 132.
*Centaurium majus, folio Helenii anguſtiore* I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 132.
*Rhaponticum anguſtifolium incanum* C. B. P. VAILL. p. 224. ZWING. p. 462.

C. GESNER. ſupra *Glaronam.* In *Galanda* M. FABRICIUS. SCHEUCHZER. n. I. in alpibus *Praegallienſibus* & *Averſanis* [niſi is Auctor de Cirſii noſtra ſpecie, lapathi folio, potius loquitur, quum capitula ad 12. congeſta numeret, Rhapontico vero veteres auctores unicum in ſummo caule appingant] plantam vero n. 2. ſupra *Valantiam* Sarunetum & in M. *Grauenhoren.* I. GESNER. n. I. in deſcenſu *Spelugae* ad pagum cognominem.

Ampla folia Enulae, pene cordata, ſubtus lanuginoſa; ora ſerrata, nervo craſſo; petiolata. Caulis rectus, uniflorus, capite magno, purpureis floſculis, ſquamis imis calycis deviis. Ita LOBELIUS in prioribus operibus. Amara eſſe GESNERUS, & hircum olere, margine punctis rufis denticulato.

Pro II. vero iconem dat ſimilem, anguſtiori tamen folio, & longe elliptico.

Inſu-

Infuſum vinoſum ad malum hypochondriacum valde laudat CRATO *Conſil.* L. VI. p. 519.

2. RHAPONTICUM caule humili, unifloro, foliis integris, tomentoſiſſimis.

*Arctium quorundam* LUGD. p. 1307. RAJ. p. 332. obiter.
*Lappa montana altera, lanuginoſa* C. B. P. H. OX. III. p. 147. ex LUGD.
*Centaurium majus alpinum, acaulon fere, foliis verbaſci lanuginoſis* I. R. H.
*Rhaponticoides acaulon ferme, Verbaſci folio, capite magno* VAILL. p. 226. n. 3.

SCHEUCHZERUS in catalogo, ex Montibus altiſſimis *Praegallienſium* & *Auerſanorum.*

Pulchrae plantae caulis vix uncialis eſt. Folia pauca, petiolata, tomento craſſo tota obducta; prima cordata, obtuſa; poſteriora ovato-lanceolata. Flos caulem terminat, ampliſſimus, calyce lanuginoſo, molli; ſquamis ſimplicibus, longis, acutis. Pappus duriuſculus, longus. Color aureus.

* CENTAURIUM alpinum luteum C. B. Prodr. p. 56.

* & Centaurium majus folio in plures lacinias diviſo WAGNERUS inter Helveticas recenſet p. 273. Verum non tanta huic viro fuit Botanices peritia, ut eo unico ſponſore novae cives admittendae videantur.

* ALIA Tuſſilagini alpinae oblongis foliis ſimilis, foliis craſſis, palmum longis, inferne hirſutis, per marginem ſerratis; caule hirſuto, rufeſcente, ſtriato, aſpero; corymbo florum 10. vel 12. Centaurii majoris ſimilium; ſemine papposo SCHEUCHZER. It. II. p. 132. ut videtur, in iisdem montibus *Praegalliae* vallis.

3. RHAPONTICUM foliis ſqualidis, tomentoſis, inferioribus ad baſin ſemipinnatis, ſuperioribus integris.

α *Centaurii majoris pratenſis ſpecies* GESN. Hort. p. 252.
*Scabioſa vulgaris pratenſis* TRAG. p. 243. n. 4. absque icone.
*Centaurii majoris ſpecies minor, foliis indiviſis* GESN. Coll. p. 67.
*Pſeudo-Rhaponticum foliis oblongis* EIUSD.
*Rhaponticum ignobile pratenſe* EIUSD. p. 102.
*Cyanus ſylveſtris anguſtifolius* THAL. p. 30.
*Jacea nigra* TAB. p. 152. *flore rubro* AICHST. Aeſt. Ord. XI. T. 5. f. 1.
*Jacea vulgaris capitata & ſquamoſa* I. B. III. p. 27.
*Jacea nigra pratenſis latifolia* C. B. Baſ. p. 80. MORIS. III. p. 139. T. aut. de Par. p. 20. I. R. H. VAILL. Bot. p. 107. ZANICH. p. 144. ic. 206. n. 2. non vero Anglorum.
*Jacea nigra ſquamoſo capitulo, major* LOES. p. 128. etſi alia ſynonyma habeat.
*Rhaponticum pratenſe, Jaceae folio & facie, flore purpureo, coronato* VAILL. p. 224.
*Centaurea capitulis ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus, ſinuato-dentatis, ramis angulatis* LINN. Cliff. p. 421. ROYEN. p. 142.
b. *Flore albo* AICHST. l. c. f. 2. MUNT. I. R. H. TILL. GARID. VAILL. &c.
c. *Jacea foliis pictis* WAGN. p. 279. pro non deſcripta: videtur varietas eſſe.
β *Jacea nigra anguſtifolia, vel lithoſpermi arvenſis folio* C. B. Prodr. p. 127. P. I. R. H. DILL. TILL. *caule levi* RUPP. *aſpero* MAPP.
*Jacea humilis, incana, pratenſis, folio integro* AMBR. p. 295. cum icone.
*Jacea pratenſis anguſtifolia, incana, floribus incarnatis* HOFM.
*Jacea pumila, ſupina, purpurea* MAPP. p. 150. non autem ſynonymon C. B.
γ *Varietas acaulis* SPERL. Cat. ind. Dan. p. 466.
δ An *Jacea nigra tomentoſa, laciniata* RAJ. Syn. III. p. 199. Sed videtur haec varietas eſſe Cyani noſtri n. 3.

Ubique in pratis & arvis. Varietas β. locis macilentioribus non rara eſt, foliis omnibus indiviſis. Varietas δ. in *Valeſia* naſcitur, tota denſo albo tomento obſita, calycis ſquamis albis, ſplendentibus.

Folia valde variant: Ima pinnata, unico pare pinnarum, nervo ſenſim lateſcente, medio ſegmento maximo, obiter dentato. Superiora, & aliquando omnia, integra, linearia, ſqualida omnia, hirſuta, & albida. Caulis a biunce ad cubitum, parum ramoſus, flore unico ramum ſingulum terminante. Squamarum calycis pars eminens oram ſiccam habet, fuſcam, lacerabilem. In placenta pappus plurimus, in ſeminibus vero pauciſſimus. Floſculi ſteriles, in radios diſpoſiti, bilabiati, duabus laciniis erectis interioribus, tribus majoribus extrorſum pendulis, ſubinde quaternis. Floſculi feminae non penitus regulares, duobus ſegmentis pro Tuba diſcedentibus, pariter ſuave purpurei, vagina violacea. Semen obeſum, lineis varium, ex ovato acuminatum.

4. RHA-

4. RHAPONTICUM foliis pinnatis, tomentoſis, inferiorum pinnis pinnatis.
*Stœbe Salmantica rubra* CLUS. Hiſp. p. 361. bene.
*Stœbe Salmantica tertia* EIUSD. Hiſt. p. IX.
*Aphyllanthes quartum* DOD. p. 125.
*Stœbe argentea Salmantica minor, Stoebe Salmantica altera Cluſii* LOB. ic. p. 544.
*Stoebe minor* TAB. p. 156. omnes ex CLUSIO.
*Scabioſa ſquamata argentea* I. B. III. p. 30.
*Scœbe calyculis argenteis* C. B. P. RAJ. p. 324. Syll. p. 141. &c.
*Jacea non ſpinoſa, foliis magis diviſis, elatior, calyculis ſplendentibus* H. OX. III. p. 140.
*Jacea calyculis argenteis, major* I. R. H. TILL.
*Rhaponticum tenuifolium laciniatum, calyculis argenteis, majus* VAILL. p. 224.
*Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis radicalibus duplicato pinnatifidis, caulinis dentato-laciniatis* ROYEN. p. 142.
β An vere differt *Jacea alba* TAB. p. 153.
*Stœbe calyculis argenteis, minor* C. B. PLUKN.
*Jacea calyculis argenteis, minor* I. R. H.
*Rhaponticum tenuifolium, laciniatum, calyculis argenteis, minus* VAILL.

HUBERUS in lapidoſis prope *Bellinzonam.*

Folia pinnata, pinnis confluentibus, longis, anguſtis, ſemipinnatis, pinnulis acutis, tota tomento albo obſita. Caulis ramoſus, durus, vix dodrantalis. Capitula magna, ſquamis ſiccis, integris, ex ochroleuco ſplendentibus. Floſculi purpuraſcunt.

## *C A L C I T R A P A.*

VAILL. p. 209.

*CENTAUREAE* Sp. LINN. *CARDUI* Sp. T.

Character eſt in calycis ſquama qualibet terminata in valentem aculeum, & ex lateribus ciliata.

1. CALCITRAPA foliis laxe pinnatis, mollibus, capitulis ad latera caulis ſeſſilibus.
*Eryngium* BRUNF. III. p. 59. commode.
*Calcatripa* RUELL. p. 436. 587.
*Eryngium alterum* TRAG. p. 872.
*Polyacantha* CORD. Hiſt. I. c. 16. cum bona icone capituli GESNERIANA.
*Carduus ſtellatus* GESN. Hort. p. 282 *b.* DOD. p. 733. purg. p. 448. bene, RAJ. p. 317.
*Carduus muricatus, vulgo Calcitrapa dictus* CLUS. p. VII. ex DODON.
*Carduus ſtellatus, ſive Stellaria, & Calcitrapa* LOB. II. p. 11.
*Cacatreppola* CAES. L. 13. c. 48.
*Spinaſtella* GESN. ad I. B. Ep. p. 103. TAB. p. 701.
*Myacanthos Theophr.* LUGD. p. 1474. ex CORDO.
*Hippophaeſtum vel Hippophaës Dioſc.* COLUMN. p. 105.
*Carduus ſtellatus, foliis papaveris erratici* C. B. P. &c.
*Jacea ramoſiſſima, capite longis aculeis, ſtellatim naſcentibus, armato* H. OX. III. p. 144.
*Cyanoides ſtellata ſpinoſa, flore purpureo* PONTED. p. 221. ZANICH. p. 76. ic. 152.
*Calcitrapa officinarum flore purpuraſcente* VAILL. p. 209.
*Centaurea calycibus tubulato-ſpinoſis, ſeſſilibus, foliis linearibus, pinnatifidis* LINN. Cliff. p. 423. ROYEN. p. 140.
β *Flore albo* I. B. inter *Genevam* & *Cologne*, TAB. p. 702. cum icone, I. B. PARK. T. VAILL. WEINM. T. 316. *c.* MAPP. &c.

In *Aventico* agro ubique in gramineis tenuibus, ſuburbanis. Bernae *aufm Falkenplaz.*

Caulis brachiatus, procumbens, pedalis & ultra. Folia mollia & ſubhirſuta, nervo lato, pinnis diſtantibus, longis, acutis, modice dentatis. Capitula ad latera ramorum ſeſſilia, in imis glumis calycis. Aculeus princeps glumae calycinae reflexus, flavus, maximus, duriſſimus; laterales utrinque tres quatuorve, multo minores, debiles. Supremae ſpinulis lateralibus deſtituuntur. Semina cordis figura. Extimi floſculi neutri quadrifidi, unum circulum faciunt, quaſi radiorum. Interiores pene bilabiati, omnes laete purpurei. Pappus in placenta argenteus, copioſus.

Amara eſt. Cortex radicis ad drachmam unam infuſus habetur in Gallia pro febrifugo minime infido, [TOURNEFORT.] noſtris ignoto. Seminis drachma

una valde urinam movet GEOFROI, ut etiam ſanguinem pellat LOBEL. Adverſ. p. 372.

## CYANUS.

VAILL. p. 234.
& *IACEA* p. 231.
*IACEAE* T. pleraeque Species,
& *CYANUS* T. 264.
*CENTAUREAE* Sp. LINNAEI.

Huic calycis ſquamae ex latere longe ciliatae, ſed molles & inermes. Notas eſſentiales, quibus a Cyano differat Jacea, non invenio, & major latitudo laciniarum in floſculis neutris per gradus minuitur.

1. CYANUS pinnis foliorum pinnatis, pinnis acutis, gracilibus, dentatis.
*Centaurium majus in muris* GESN. Hort. p. 252.
*Stœbe Salmanticae alteri ſimilis e Gallia* CLUS. Hiſp. p. 362.
*Stœbe Gallica* CLUS. Pann. p. 546. *vel Auſtriaca elatior* Hiſt. p. IX. X.
*Cyanus minimus viticulis ſparſis, ſtriatis, perpuſillis, copioſis calyculis, flore purpureo, obſoleto* LOB. Adverſ. p. 236.
*Cyanus ſylveſtris, tenuifolius, minimus* THAL. p. 30.
*Jacea alba* LUGD. p. 1192. non bene.
*Jacea collina minor, leptophyllos* SCHWENKF. p. 111.
*Centaurii majoris ſpecies tenuifolia* I. B. III. P. I. p. 31.
*Stœbe major, calyculis non ſplendentibus* C. B. Baſ. p. 81. RAJ. Syll. p. 241. Hiſt. p. 324.
*Jacea non ſpinoſa, foliis magis diviſis, elatior, capitulis minoribus, non ſplendentibus* H. OX. III. p. 140.
*Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus* I. R. H. IOHR. SCHEUCHZ. It. IV. p. 337. VAILL. p. 233. ZANICH. p. 145. ic. 8. MAPP.
*Cyanus collinus foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus, flore purpureo* PONT.
β *Flore albo* PONTED.

*Baſileae* copioſe ad ripam *Rheni*, qua *Huningam* deſcenditur. In locis ſiccis & ad vias *Valeſiae.*

Caules duri, ramoſi, ramis etiam diviſis, pedales, & altiores. Folia plurima, ſicca, modo tomento incana, modo glabra, pinnata, pinnis gracilibus, pinnatis, pinnulis non raro dentatis. Capitula plurima caules & ramos terminant. Calyx longus, ſuperne contractior, denſus, ſquamis triangulis, margine albis durisque pilis barbato. Placenta evidentius papposa, in ſeminibus vero brevis pappus eſt. Corona floſculorum neutrorum & totus flos carneus.

2. CYANUS foliis pinnatis, pinnis obtuſis, dentatis.
An *Scabioſa V.* TRAG. p. 243?
*Centaurii pratenſis ſpecies collina major* GESN. Hort. p. 252.
*Rhaponticum degener collinum* EIUSD. Tab. Coll. p. 102. &
*Centaurii majoris ſpecies foliis diviſis, in collibus* p. 67.
*Scabioſa major* MATTH. p. 969. bene.
*Scabioſa* CAM. Epit. p. 710. non placet.
*Jacea major* LOB. Obſ. p. 252. non vero icon p. 541.
*Scabioſa major, flore purpureo* TAB. p. 158.
*Cyanus ſylveſtris major arvenſis* THAL. p. 29.
*Scabioſa montana Dalech.* LUGD. p. 1108. nimis anguloſe, & denuo ic. p. 1066.
*Centaurium collinum Geſneri, flore purpureo* I. B. III. p. 32. PONTED. p. 216.
*Scabioſa major, ſquamatis capitulis* C. B. Baſ. p. 80. P.
*Jacea major* RAJ. p. 325.
*Jacea nigra laciniata* MORIS. III. p. 140.
*Jacea vulgaris laciniata* T. aut. de Par. p. 202.
*Flore purpureo* I. R. H. VAILL. p. 332. &c.
*Centaurea calycibus ciliatis ſubrotundis, foliis pinnatifidis* LINN. Cliff. p. 422. ROYEN. p. 139.
II. *Jacea tertia* TAB. p. 158.
*Jacea altera ſquamatis capitulis* C. B.
*Jacea montana, laciniata, ſquamata* MUR. p. 717. in alpp.
β *Flore albo* THAL. I. B. in *Waſſerfall*, & verſus *Leurach*: I. R. H. MAPP. &c.
γ *Flore ampliſſimo* MERRET.

Ubique ad valla urbium, in acclivibus, ſterilibus, &c. An eadem quam SCHEUCHZER. ait naſci in deſcenſu Spelugae verſus *campum altinum*? non videtur.

Caulis

Tab. XXIII. Pag. 691.





Jacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis.



Xeranthemum Valeſiacum flore clauſo.

C. F. Rollinus, M. C. delin.

Sculpſit C. F. Fritſch filius Acad. Gött. ſculptor

Caulis durus, brachiatus, erectus, bipedalis & tripedalis. Folia alterna, firma, pene glabra, pinnata, coſta lata, pinnis ſimplicibus, linearibus, obtuſis, aliquando & ipſis ſemipinnatis. Nudos ramos terminant ſinguli flores ſpecioſi, ſphaerico & conpacto capite. Squamae parte eminente triangulares, cinctae ornamento fuſco, fimbriato. Corona ſemifloſculorum radiata, conſpicua, laciniae majores quam floſculis. Pappus in ſemine durus, niger, & brevis, in placenta plurimus. Floſculi purpurei. Semen pene ovatum, incurvum, baſi truncatum.

3. CYANUS foliis imis ad baſin pinnatis, ſuperioribus integris, ovato-lanceolatis. T. XXIII.

*Jacea nigra* DOD. Ic. vet. p. 136. Hiſt. p. 136. RAJ. p. 325. Syn. III. p. 198.
*Jacea montana, humilis, hirſuto capite* CLUS. Pann. p. 543. & 545.
*Jacea auſtriaca VI.* EIUSD. Hiſt. p. VII. cum icone ex DOD.
*Jacea nigra vulgaris* LOB. p. 514. eadem, PARK.
*Jacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis* I. B. III. p. 28. T. aut. de Par. p. 473. I. R. H. MAGN. Char. p. 133. VAILL. p. 232. MAPP. p. 151. T. XXIII.
*Jacea nigra laciniata* C. B. P. RAJ. Syll. p. 152. Hiſt.. p. 328. * I. R. H. VAILL. denuo p. 232. MAPP. denuo p. 150.
*Jacea auſtriaca hirſuto capite* H. OX. III. p. 139.
*Cyanus cum ſquamis cilii inſtar piloſis* PONT. p. 211.
& *Cyanoides montana, ſquamis cilii inſtar piloſis* EIUSD. p. 220.
& *Cyanoides vulgaris, anguſtifolia, capitulis minoribus* p. 219. ex ſynonymis.
β *Flore albo* SIBB. SUTH. VAILL.

In *Helvetia* rara, quae *Angliae* familiaris eſt. HUBERUS inter *Chiavennam* & *Ripam*.

Rhapontici 3. valde ſimilis eſt, ſiccis & glabris foliis, imis ſub nervo pinnatis, ſuperioribus integris; ſed latiora ſunt, ex ovato utrinque acuminata, modice dentata, ſubnigra. Deinde capitula differunt, coronata quidem & purpurea, ſed ſquamis calycis terminatis in foliolum nigrum, ſemicirculare, per ambitum ciliis ornatum.

4. CYANUS floſculis radialibus latiſſimis, ſeptifidis.

*Lychnis agria* BRUNF. III. p. 167.
*Cyanus* RUELL. p. 448. FUCHS. p. 428. CAES. L. 13. C. 52. I. B. III. p. 21. RAJ. p. 321.
*Cyanus coeruleus* GESN. Hort. p. 256. Tab. Coll. p. 72 *b*.
*Baptiſecula* TRAG. p. 565.
*Cyanus minor* MATTH. p. 508. CAM. Epit. p. 289. cum charactere, LUGD. &c.
*Cyanus flos* DOD. p. 250. *frumentorum* EIUSD. Coron. p. 51.
*Cyanus vulgaris* LOB. p. 546.
*Cyanus coeruleus arvenſis* TAB. p. 146. THAL.
Μηκων ἡρακλεια COLUMN. phytob. p. 92.
*Cyanus arvenſis flore coeruleo* AICHST. vern. ord. 7. T. 7. f. 1.
*Cyanus ſegetum coeruleus* C. B. Baſ. p. 81. C. B. P. &c.
*Cyanus ſegetum vulgaris, minor, annuus* H. OX. III. p. 134.
*Cyanus ſegetum flore coeruleo* T. aut. de Par. p. 191. I. R. H. PONT. p. 209. VAILL. p. 234. ZANICH. p. 77. ic. 289.
*Centaurea calycibus ſerratis, foliis linearibus infimis dentatis, ſuperioribus integerrimis.* LINN. Cliff. p. 422. ROYEN. p. 139.
β *Puniceo flore* GESN. Hort. & Coll. TRAG. TAB. p. 147. &c.
γ *Albo flore* GESN. Hort. & Coll. TRAG. AICHST. &c.

Inter ſegetes coeruleo flore vulgo naſcitur; atro purpureo flore ad vias in ſuburbanis reperi.

Caulis firmus, erectus, pedalis & cubitalis, ex ſummitate ramoſus, cum foliis tenui tomento obductus. Folia ima integra, dentata, elliptica, alias ſemipinnata, latiora tamen, extremo ſegmento ampliori: ad caulem longa, gracilia, pinnis ad angulum rectum acceſſoriis, gracilibus, acutis: ſuprema denique integra, linearia. Suum quemque ramum flos ſingulus terminat. Calyx conpactus, ora ſquamarum triangularium arida, alba aut fuſca, & ſerrata potius quam ciliata. Flos ſpecioſus, totus ejus coloris, a quo nomen habet. Radii expanſi, ampli, multo majores floſculis foecundis, bilabiati, laciniis latiſſimis, infundibulum facientibus bilabiatum, ſuperne quatuor aut quinque dentibus, inferne duabus aut tribus ſerratis. Thalamus pappoſus, corona ſeminis pappoſa, durior, brevis VAILL. f. 57. uno ſegmento floſculi longiſſimo. Tuba longe eminens, bifido latiuſculo ſtigmate.

Aqua deſtillata florum ad oculos laudatur: infuſionis vis aliqua eſt in diureſi C. HOFMANN. hinc in hydrope laudatur E. N. C. Dec. III. ann. V. VI. Semen amarum,

rum, ad drachmam dimidiam ſumtum, alvum ducit TRAG. Sed exiguus hujus pulchrae plantae uſus eſt, praeterquam in tingendis ſaccharatis, & linteolis parandis pro pictoribus. BLAIR. Pharmacol.

5. CYANUS foliis integris, ſubtus tomentoſis, caule alato.

*Verbaſculum* TRAG. p. 219. cum bona icone.
*Cyanus montanus* GESN. Coll. p. 72 *b.* TAB. p. 150. *ſeu ſylvaticus* GESN. Hort. p. 256.
*Cyanus major* MATTH. p. 507. CAM. Epit. p. 288. minus bene, DOD. Coron. p. 53. bene, pempt. p. 251. LUGD. AICHST. Vern. Ord. 7. T. 6. f. 2. de BRY, ZWING. RAJ. p. 322. BLAKW. T. 266.
*Cyanus major, verbaſculum Tragi* LOB. p. 548. ic. alia.
*Altera Cyani majoris planta in montanis* COLUMN. Phytob. p. 97.
*Cyanus alpinus radice perpetua* I. B. III. p. 23. H. OX. III. p. 134.
*Cyanus montanus latifolius* C. B. Baſ. p. 81. MAGN. Char. 135. *vel Verbaſculum cyanoides* C. B. P. I. R. H. PONT. p. 208. VAILL. p. 235. MUR. p. 527.
*Centaurea calycibus ſerratis, foliis lanceolatis, integerrimis, decurrentibus* LINN. Cliff. p. 422. ROYEN. p. 138.
*b. Flore albo* I. R. H. WEINM. T. 447 *b.*
β *Cyanus montanus anguſtiore & longiore folio, Belgicus* H. R. P. SCH. BOT. HERM. MAGNOL. MOR. I. R. H. VAILL. p. 235. & ic. 13. BOERH. MILL.
*Cyanus major alpinus, inciſis foliis* TRIUMPHETTI p. 26. cum icone, H. OX. III. p. 134. PLUKN. Amalth. p. 69.

Ubique in ſylvis *Jurae*, aduſque *Cluſam* deſcendit: in *Albio* M. C. GESNERUS: in *Uetliberg* MURALTUS: ad alpium radices in pratis, &c.

Caulis erectus, cubitalis, alatus. Folia conferta, ex alis caulis adſcendunt, elliptica, acuta, integra, ſubtus tomento adſperſa. Flos multo major unicus in ſummo caule, ramove, ſimilis priori n. 4: ſquamis calycis & colore ſemifloſculorum: major medietas trifida & quadrifida eſt; minor, inferior, ſimplex aut bifida, anguſtiores quam priori. Floſculi diſci purpurei, vagina atro-purpurea. Semina breviſſima, pappoſa, oblique truncata baſi, ex ovalibus conpreſſa. Tuba ſub fine craſſeſcit, latiuſcule bifida.

6. CYANUS foliis ſubaſperis, glumis calycis in reflexam plumulam deſinentibus.

α Elatior, *Hercynica.*
*Jacea montana villoſo capite, elatior* CLUS. Pann. p. 543.
*Jacea montana villoſo capite, ſ. IIII. elatior* EIUSD. Hiſt. p. VI.
*Cyanus ſylveſtris, montanus, integrifolius* THAL. p. 29.
*Jacea latifolia capite hirſuto* C. B. P. RAJ. p. 327. LOES. H. OX. III. p. 142. SCHEUCHZ. It. II. p. 135. RUPP. GEM.
*Jacea Pannonica capitulis villoſis nigricantibus* VOLC. p. 222. SIEGESB.
*Jacea cum ſquamis pennatis ſ. capite villoſo* RAJ. Syll. ext. p. 151. MAGN. T. aut. de Par. p. 473. I. R. H. GARID. VAILL. p. 232.
*Serratula capite hirſuto, ſquamis pennatis* DILL. p. 156.
*Cyanus alpinus humilis, capite villoſo* PONT. p. 211.
*b. Flore albo* C. B. RUPP.
β Humilior, Helvetica.
*Jacea montana villoſo capite, humilior* CLUS. Pann. p. 543.
*Jacea humilior, ſ. V.* EIUSD. Hiſt. p. VI.
*Jacea anguſtifolia capite hirſuto* C. B. P. RAJ. p. 327. H. OX. III. p. 141. I. R. H. GARID. MAPP.
*Jacea cum ſquamis pennatis, ſ. capite villoſo, humilior* PLUKN. p. 191. VAILL. p. 232.
α β Recte conjungit I. B.
*Jacea cum ſquamis pennatis, ſive capite villoſo, elatior & humilior III.* p. 29.
*Centaurea calycibus ciliatis, ciliis ſetaceis, reflexis* LINN. Cliff. p. 422. ROYEN.

Inter *Urſelen* & *Realp*, & porro in adſcenſu *Furcae* M. HUBER. In pratis udis vallis *Rheinwald*, & alibi SCHEUCHZERUS. I. GESNER. ſupra *Faltz*, pagum Rhaetiae.

Caulis erectus, firmus, cubitalis & ultra, ramoſus aut non ramoſus. Folia per caulem continuo prodeunt, ſicca, ſubhirſuta, pene ovata, per marginem breviter dentata: ſuperiora, amplexicaulia. Capitula ſingula caules terminant. Squamae calycis exeunt in nervum longum, ad angulos rectos ciliatum, fuſcumque, quaſi plumulam, deorſum reflexam. Flos coronatus, purpureus. Placentae pappus longus, in ſemine brevis, neque tamen nullus: quae ratio erat, cur DILLENIUS Crupinae generi inſerere juberet *nov. gen.* p. 139.

7. CYA-

7. CYANUS glumis calycis in plumulam reflexam terminatis, foliis longioribus, molliter tomentoſis.

*Cyanus alpinus capite pennato* SCH. BOT. I. R. H. VAILL. p. 236.

*Cyanus alpinus, Lychnidis candidiſſimo folio, capite reticulato* BOCCONE p. 20. T. 2. RAJ. III. p. 201.

An iſta *Jacea uncialis folioſa alpina, calyce e ſquamis pennatis conpoſito* SCHEUCHZ. It. VI. p. 459. eodem loco cum priori: an priori eadem?

Inter plantas STAEHELINI & GAGNEBINI vidi, & forte SCHEUCHZ. hanc potius quam priorem intellexit, modice diverſam a priori, genere certe non ſeparandam, capitulo ſimillimo, plumulisque calycis, ſed foliis longioribus, totis molliſſimo tomento obductis, & albis.

## PLANTARUM FLORE CONPOSITO
## TRIBUS II.
### *DISCIFLORAE* BOERHAAVE p. 93.
### *CORYMBIFERAE* VAILL. p. 356.
### *DISCOIDEAE NUDAE* JUNG. c. XIX.

His floſculi ſimiliter multi in unum & multifidum calycem colliguntur, ſed breviores quam in priori claſſe, unde caput latius, planius, & minus ventricoſum aut globuloſum naſcitur. Haec nota, etſi levis videri poſſit, in naturali tamen facie perſpicua eſt & nemini obſcura. Porro eaedem plantae vel meros habent androgynos floſculos, vel, quod multo frequentius, androgynos in centro, dum in circumferentia unus pluresve circuli florum femininorum ponuntur. Hi denuo vel cavitatem continent, & fiſtuloſi ſunt, vel in ligulam explicantur. Quare haec tribus diſcedit in duas Gentes minores, quarum primae vel androgyni ſoli floſculi ſunt, vel praeterea feminini, ſed fiſtuloſi: Hos flores *Diſcoideos* vocant. Alteri genti pene ſemper circulus eſt floſculorum in ambitum expanſorum, qui in ligulas planas expanduntur. Hi ſunt *Radiati* flores pene omnium Auctorum, quos non video quare ob pauciſſimas anomalias diſſolvamus, & miſceamus planipetalis puris.

## DISCOIDEAE.
## ORDO I.
## SEMINIBUS CORONA NUDIS.

## *T A N A C E T U M.*
LINN. n. 636.
*TANACETUM* VAILL. p. 369. TOURNEF.
& *BALSAMITA* VAILL. p. 368.
& *CONYZOIDES* T. Mem. de l'Acad. 1706. p. 108.

Calyx hemiſphaericus, ex multis ordinibus ſquamarum ſimplicium compactus, quorum infimi ſuperiores ex parte abſcondunt. Floſculi omnes androgyni, in planum diſcum congeruntur. Placenta pilis nuda. Recte dudum BLAIRIUS *Balſamitam* conjunxit Tanacetis Pharmacol. p. 67.

1. TANACETUM flore ſingulari nutante, foliis cincto.

*Aſter cernuus* COLUMN. p. 251. ic. p. 252. optime, RAJ. Syll. ext. p. 72. Hiſt. p. 338. *Columnae, flore citrino* BARR. ic. 1142.

*Aſter Atticus foliis circa florem mollibus* C. B. Baſ. p. 79. P.

*Chryſanthemum conyzoides cernuum foliis circa florem mollibus* H. OX. III. p. 18.

*Conyzoides flore flaveſcente, cernuo* TOURN. Mem. 1706. p. 108. PONT. diſſ. p. 195.

*Aſteriſcus flore nutante* RUPP. p. 139.

*Balſamita Conyzae folio, flore cernuo* VAILL. Memoir. 1719. p. 369.

*Aſter foliis ovatis, integris; floribus ſolitariis reflexis, calycibus folioſis* ROYEN. p. 531.

C. B. ait *Michelfeldae* naſci.

Caulis brachiatus, pedalis. Folia ovato-lanceolata, ſerrata, ſubhirſuta. Flores in ſummis ramis penitus cincti corona foliorum latiorum, undulatorum, mollium; per maturitatem inverſi nutant iidem, ex inflexo & latiori petiolo; maximi caeterum in hac gente. Floſculi lutei in longis, priſmaticis, ſtrictis ſeminibus. Calycis folia lata, apice, uti in Aſteribus, reflexo.

2. TANACETUM foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, floribus umbellatis.

*Tanacetum* BRUNF. I. p. 250. II. p. 88. DORST. p. 281 *b.* TRAG. p. 158. bene, CORD. Hiſt. II. c. 120. GESN. Hort. p. 283. Coll. p. 109 *b.* MATTH. p. 908. CAM. Epit. p. 650. DOD. p. 36. bene, CAES. L. XII. c. 8. de BOOT. ic. 66. RAJ. p. 365. BLAKW. T. 464.

*Artemiſia monoclonos* FUCHS. p. 46.

*Tanacetum quod non eſt ambroſia* CORD. Dioſc. p. 58.

*Tanacetum millefolii foliis* LOB. p. 749. ex DOD.

*Artemiſia Dioſcoridis* TAB. p. 10.

*Tanacetum vulgare* AICHST. Vern. Ord. 5. T. 5. f. 3. IC. REG. *Flore luteo* I. B. III. P. I. p. 131.

*Tanacetum vulgare luteum* C. B. Baſ. p. 40. H. OX. III. p. 2. T. aut. de Par. p. 366. I. R. H. VAILL. p. 369. MAGN. Char. p. 144. PONT. p. 193. ZANICH. p. 257. ic. 283.

*Tanacetum foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, inciſis, ſerratis* LINN. Cliff. p. 398. ROYEN. p. 155.

β Varietas oris foliorum *criſpis* DOD. & LOBELIO picta.

*Artemiſia ſativa angelica* TAB. p. 10.

γ *Flore albo* TAB. p. 10. An unquam viſa?

Olim ſponte non naſcebatur, teſte GESNERO. Nunc ad muros, ad foſſas, ad fluviorum ripas adclives, minime rara eſt, ſive nova civis fuerit, ſive incrementa ſumſerit, quae rara fuerat. In altiſſimis alpibus *Rhaetiae* SCHEUCHZER.

Caulis firmus, erectus, ramoſus, ad quatuor & quinque pedes adſcendit. Folia pinnata, pinnis ad coſtam dilatatis, ordinate increſcentibus, longis, ſemipinnatis, confluentibus ultimis; ſemipinnulae acute bidentatae: tota caeterum glabra & ſature viridia ſunt. Flores ſummos ramos terminant, collecti in denſas & planas umbellas, absque circumpoſitis foliis. Floſculi exigui, numeroſiſſimi, lutei.

Amara eſt & aromatica: cadavera intacta conſervat. Vermes necare dicitur TRAGO, C. HOFMANNO, ANDRYO (*des vers* c. IX.) ETTMULLERO & aliis; ut neceſſarium viſum ſit ELSHOLZIO & CHOMELIO demonſtrare, ſemen Tanaceti non eſſe verum ſemen contra vermes (E. N. C. Dec. II. Ann. III. Obſ. I. & tr. *des Pl. uſ.* p. 441.) Florum ſiccatorum drachmam pro magno hyſterico exhibet FULVIUS GHERLI *Oſſerv.* 58. Sudorem movet infuſum, ventriculum roborat. Ad cachexiam ſuccus majori, quatuor unciarum, doſi prodeſt, uti Abſinthium, minori, ad intermittentes febres PONTED. Abortum admotum praecavere, dixerunt veteres, & CRATO apud CAMERARIUM; partum vero in balneo juvare LINNAEUS: & vaporem per inferiora receptum menſes pellere S. PAULI. Folia contuſa inter caput & pileum poſita, defatigatos ſolantur BOCCONE Oſſerv. p. 80.

## *A R T E M I S I A.*

LINNAEI n. 644.

*ABSINTHIUM* VAILL. p. 371. TOURNEF. T. 260.

*ARTEMISIA* VAILL. p. 374. TOURNEF. T. 260.

*ABROTANUM* TOURNEF.

Calyx, ut Tanaceto, imbricatus. Floſculi in diſco ſimiliter androgyni; ſed in ambitu feminae ſunt: (DILLEN. Eltham. p. 37. VAILL. ic. 23.) obſcura campanula, tuba vero longiore bicorni. In nonnullis, quae ſeparat & Abſinthia dicit PONTEDERA, aliqua exigua villoſitas in placenta eſt. Separari vero haec tria genera non poſſunt, & flore & habitu & viribus convenientibus. Recte id vidit JUNGIUS, deinde BLAIRIUS *Eſſays* p. 65.

1. ARTEMISIA floribus umbellatis, foliis petiolatis, palmatis, ſericeis.

*Abſinthium alpinum, candidum, humile* C. B. Prodr. p. 71. P. PARK. RAJ. Syll. p. 47. Hiſt. III. p. 231. I. R. H.

BURSERUS ex M. *Gletſchberg* Valleſiorum, non longe a *Valle Auguſta.*

Radix longa, depacta. Folia argenteo villo obſita, longe petiolata, laciniata, ramis pinnatis ad duo & tria paria, pinnis palmatis, quinquefidis, linearibus, anguſtis. Caulis parum ramoſus, dodrantalis. Umbella florum caulem terminat denſiſſima. Calyx tomentoſus. Flores majores quam ſequentibus, ſublutei.

2. ARTEMISIA ex alis florida, foliis brevibus, palmatis, ſupinis, ſemiteretibus.

*Abſinthii genus in Valleſia* I. B. *de Abſinth.* p. 62. *herba alba* GESN. Hort. p. 244. 289 *b.*

*Herba alba* DOD. p. 26.

*Abſinthium ſeriphium* CAM. Hort. p. 3. confundit cum *Seriphio marino.*

*Abſin-*

*Abſinthium ſeriphium montanum candidum* C. B. P. SCHOL. BOT. I. R. H. BOERH. SCHEUCHZ. It. IV. p. 328. It. VII. p. 508.

*Abſinthium Valeſiacum tenuifolium, ſ. herba alba* I. B. III. P. I. p. 179. cum icone ramuli non mala, MOR. III. p. 9.

*Abſinthium album Valeſiacum* PARK. RAJ. p. 369. confundit cum marino, cum ſequente vero Artemiſia VAILLANTIUS.

In *Valeſiae* arenoſis a *Leuca* ad *Gundes* ubique ad vias, nullibi vero in alpibus.

Radix ramoſa, lignea, ampliſſima. Caules plurimi, toti cum foliis goſſypiaceo albo tomento obducti, virgis longis, gracilibus, erectis. Juxta ramos longa ſerie floſculi, calyce pariter tomentoſo & albo. Folia petiolata, brevia, pinnata, pinnis palmatis, in quinque & ſeptem ligulas lineares confertim diviſis, tomento ita obducta, & convolutis oris, ut pulpoſa & pene teretia videantur.

Sapor & odor aromaticus, acris, abſque amarore. Videtur planta magnarum virium eſſe.

3. ARTEMISIA ex alis florida, foliis petiolatis, palmatis, planis, ſericeis.

I. *Aſſenzo alpino IV.* PON. Ital. p. 218. cum icone.

*Abſinthium pumilum* I. B. de Abſinth. p. 75.

*Abſinthium alpinum incanum* C. B. Prodr. p. 71. PARK. RAJ. Syll. exter. p. 47. I. R. H. VAILL. p. 372.

*Abſinthium umbelliferum, muttellina quibuſdam* I. B. III. p. 183.

*Abſinthium pumilum, palmatum, minus, argenteo ſericeoque folio* BARR. ic. 462. RAJ. III. p. 231. PLUKN. Mantiſſ. p. 1.

*Abſinthium pumilum, palmatum, minus, argenteo ſericeoque folio, Hiſpanicum & Italicum* BOCCONE p. 81. T. 71. ex BARRELIERIO.

*Abſinthium ſeriphium, montanum, candidum* SCHEUCHZ. It. I. p. 29. T. 3. f. 1. non placet, It. IV. p. 328.

II. Deinde huc pertinent confuſae inter veteres plantulae:

*Abſinthium alpinum, multo minus* GESN. Hort. p. 243. *b.*

*Abſinthium alpinum humile* EIUSD. p. 290.

*Abſinthium ponticum aliud in alpibus, congener communi* GESN. in epiſt. ad I. B. p. 124.

*Abſinthium ponticum alpinum minus* EIUSD. ib. p. 135.

*Abſinthium ſupinum* DOD. p. 23.

*Abſinthium parvum & incanum, Geſnero humile* CAM. Hort. p. 3.

*Abſinthium ſupinum herbariorum* LOB. Obſerv. p. 434.

*Abſinthium pumilum Camerarii* CLUS. p. 339.

*Abſinthium repens* TAB. p. 3. non male.

*Abſinthium ponticum montanum* C. B. P. (quod ad ſynonyma, nam in horto ſicco eſt vulgare) RAJ. p. 367.*. TILL. VAILL. p. 372.

Et *Abſinthium pumilum repens vel ſupinum* C. B. (quod ad ſynonyma) H. OX. III. p. 9. RAJ. Syll. exter. p. 47. Hiſt. p. 368.*. PLUKN. p. 3. T. 37. f. 1. (ſimilis TABERNAEMONTANI iconi) I. R. H. VAILL. l. c.

*Abſinthii ſeriphii ſpecies, quibuſdam Chamaemelum Chryſanthemum Fuchſii* I. B. III. p. 176.

Et *Abſinthium vulgare montanum* I. B. III. p. 172. ex CAM. & DODONAEO, ſed icon eſt vulgaris.

*Abſinthium alpinum commune, vel minus* H. OX. III. p. 7.

In alpium ſaxoſis paſſim. In *Gemmii* ad Valeſios deſcenſu; in vallis *Grindeliae* alpibus. C. GESNERUS ad *Rhenum ſuperiorem*; & ſuper lacum *Rivarium*; SCHEUCHZ. in *Joch Tittliſperg* & *Gemmio*. In rupibus praealtis ſupra *Aquilegiam*, dictum *Genipi*, quod idem eſt *Gäbius* planta SCHEUCHZERI Itin. V. melius *Gäbuſe* Grindeliorum. I. GESNERUS in alpibus *Urienſium*, *Angelimontanorum*, & *Abbatiſcellanorum*.

Radix craſſa, ramoſa, lignoſa, prioris. Caules multi, vix adtolluntur, praeterquam virgis ſuis rectis, & ex latere longo ordine floriferis, dodrantalibus. Tota autem planta villo, non bombaceo, ut in priori, ſed ſericeo, ſplendente, & inclinato tegitur. Folia non pulpoſa, & quaſi teretia, uti priori, ſed plana, linea paulo anguſtiora, petiolo longo pinnata, pinnis congeſtis paucis, protinus palmatis, trifidis & quinquefidis, laciniis anguſtis, acutis. Calyces villoſi, & flores lutei, ex brevibus petiolis, qua nota a priori facile diſtinguitur.

Amaricat, aromatica eſt, magnae famae planta inter alpicolas. Ad febres intermittentes, quae in alpinis ſaepe ſaeviunt; ad vulnera conſolidanda, ad pellendos menſes, frequenter etiam in ſubitis illis frigoribus ſuppreſſos, communis eſt in toto Bernenſium alpium tractu, quaſi Panacea.

4. ARTE-

4. ARTEMISIA foliis incanis, pinnatis, pinnis bilobis latioribus, floribus ex alis pendulis, in ſpicis heteromallis.

*Abſinthium* BRUNF. II. p. 142. DORST. p. 2. CORD. D. III. c. 26. Hiſt. II. c. 81. TRAG. p. 335. MATTH. p. 685. non placet, CAM. Epit. p. 452. nitide, CAES. L. XII. c. 1. BLAKW. T. 17.

*Abſinthium vulgare* RUELL. p. 493. FUCHS. p. 1. TAB. p. 1. PARK. RAJ. p. 366. IC. REG. T. 1.

*Abſinthium commune* GESN. Hort. p. 243. *b.* Coll. p. 56.

*Abſinthium latifolium* DOD. p. 23.

*Abſinthium vulgare, ponticum Ruellii* LOB. p. 752.

*Abſinthium vulgare majus* I. B. III. p. 168. H. OX. III. p. 7. VAILL. p. 371.

*Abſinthium Ponticum ſeu Romanum officinarum, ſeu Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 42. P. I. R. H. MAGN. Char. p. 139. PONT. p. 223.

Icones WEINM. T. 9. *b.* T. 9. *a.* T. 7. *a.*

*Artemiſia foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis, receptaculo papposo* LINN. Cliff. p. 404. ROYEN. p. 153.

II. *Abſinthium montanum ſeu Romanum* TAB. p. 1.

*Abſinthium montanum vulgare* ZWING. p. 660.

Huc etiam multa ſynonyma, dicta ad II. numeri prioris, pertinent, ſed vix ullo modo poſſunt a GESNERIANA planta liberari, quae omnino eſt, quam diximus n. 3.

Ad vias, & locis ruderoſis, Valeſiae maxime, tum Sarunetum & Rhaetiae: Ita SCHEUCHZER. Ad pagum *Reſchetz* intra *Lauffen* ZWINGER. Sed valde ſuſpicor, ex hortis primum ortam, novam acceſſiſſe civem Germaniae.

Caulis erectus, pedalis & bipedalis, durus. Folia ſuperne obſcure virent, inferne tomento obducuntur nitente, ſericeo, adpreſſo; mollia caeterum & plana, lata, pinnata, nervo foliaceo, lateſcente, pinnis bilobis, pinnulis inaequaliter bifidis, quadrifidis, lanceolatis. Flores nutantes ex petiolis unifloris ſpicas exiguas faciunt, ex uno latere florentes; longe ex alis juxta ramos eriguntur. Squamae calycis latae, glabrae, ora albente. Placenta papposa. In ambitu floſculi obſcuriſſimi, cum tuba longa bicorni; in centro veri, campaniformes. Semina ex ovatis longe acuminata.

Amariſſima eſt, maxime folia, potentiora floribus GEOFROI, cum aromate non ingrato, bili ſuccedanea. Sale fixo maxime abundat, acidis hinc adverſa & cruditati ventriculi. Vix ulla planta frequentius in uſu eſt, quod ſtomachicorum medicamentorum, in relaxatione toni, in cruditate acida pene princeps ſit. Haec etiam eſt ratio, quare, ubicunque roborandum eſt, adhiberi poſſit, in hydrope, morbo hyſterico, hypochondriaco, ſcorbuto, quartana & aliis intermittentibus. Uſus eſt vel crudae plantae, uti ſeminis in pane butyrato, (ad cruditates BUCHWALD. p. 74.) vel ſucci ad unciam unam ſumti, in hydrope, cachexia, &c. vel infuſi vinoſi, aut cum ſpiritu vini facti; vel cereviſiae, quae in hydrope valet, ſed inebriante vi abundat LINDERN *de venen.* p. 547. vel extracti, vel ſpiritus cum fermentante melle parati (LUDOVIC. p. 216.) vel ſpiritus magis alcalini, maxime antacidi, ex foliis initiis putredinis permiſſis GEOFROI p. 14. vel eſſentiae, quando in infuſo ſpirituoſo extractum diſſolvitur; vel alterius ZWELFERIANAE aut HOFMANNIANAE, quando oleum deſtillatum in ſpiritu vini diluitur, cum potentioris certe ſpe efficaciae. Veteres inter purgantia retulerunt, neſcio qua ducti ratione. Vis blande narcotica conjungitur, ſed innoxia: ut nihil ſit, cur ei praeferamus Ponticam ſpeciem, quod conſilium eſt SIEGESBECKII *de rorella.* Ex ſemine ſpiritus coeruleus deſtillat. Externo uſu in fotu cum vino, vel aqua marina, gangraenae potenter reſiſtit BARTHOLIN. E. N. C. Dec. I. Ann. II. Obſ. 2. Ulcera ſordida, bubones venereos, fomentando depurat. Acido ita reſiſtit, ut hac planta vina ſua, in aeſtuoſo coelo facile in acidam naturam degeneratura, condiant Valachi SCHENDUS *van der* BECK *app. ad* E. N. C. *Vol.* I. Sed ea vina oculis nocere, non ſolum ex libris veterum, ſed expertus, monet BOERHAAVIUS. Vermiculos certe, aceti incolas, necat BONANN. microgr. p. 291.

5. ARTEMISIA foliis planis, ſemipinnatis, pinnis rariter dentatis, floribus erectis, denſe ſpicatis.

α Virgis rubentibus.

*Artemiſia* RUELL. p. 551. DORST. p. 1. TRAG. p. 344. GESN. Hort. p. 248. *b.* MATTH. p. 848. CAM. Epit. p. 595. BLAKW. T. 431.

*Artemiſia latifolia* FUCHS. p. 44.

*Arte*

*Artemiſia major* CORD. Hiſt. L. 2. p. 83.
*Artemiſia* GESN. Coll. p. 60.
*Artemiſia latioris folii* DOD. p. 33.
*Artemiſia mater herbarum* LOB. p. 764.
*Artemiſia vulgaris* CAES. L. 12. c. 5. I. B. III. p. 184. PARK. RAJ. p. 372.
*Artemiſia rubra* TAB. p. 7. bene.
*Artemiſia vulgaris major* C. B. Baſ. p. 41. MAGN. Char. p. 140. LINN. Lap. n. 297.
*Artemiſia latifolia vulgaris major* H. OX. III. p. 5.
*Artemiſia vulgaris major, caulibus & flore purpuraſcentibus* T. aut. de Par. p. 176. I. R. H. PONT. p. 292.
*Artemiſia officinarum, flore purpuraſcente* VAILL. p. 375.
*Artemiſia foliis pinnatifidis, pinnis laciniatis, floribus erectis* LINN. Cliff. p. 404. ROYEN. p. 153.
β *Frutice candido* GESN. l. c. FUCHS. CLUS. p. 340. THAL. p. 5. TAB. p. 8. cum icone, C. B. HERM. I. R. H. VAILL. &c. Diſtinguit BLAIR. ſed vix videtur credibile, adeo ſimillimas omni dote plantas, vere diverſas eſſe.
γ *Flore ſulfureo* VAILL.
δ *Minor* I. B. C. P.
ε *Foliis variegatis* HORT. ELES. I. R. H. WEINM. T. 171.

In ruderoſis & ad vias. Verum neque hanc putaverim veram eſſe indigenam. Caulis ad quatuor usque pedes adſurgit, plerumque purpureus, rarius vireſcit. Folia hinc viridia, inde albiſſima, & tomentoſa, firma, ſemipinnata, cum nervus valde latus ſit, & lateſcat eundo, pinnis longis, acuminatis, per paria dentatis. Flores ſeſſiles, erecti in denſas ſpicas, quae longa ſerie circa ramos exſtant VAILL. ic. 36. Calyx longior quam priori, neque in planta pappus. Floſculorum perinde alii feminae, exigui, tuba non majores, tubae cornubus latiuſculis, uno recto, altero incurvo: androgyni rubri, tuba breviori, in plumulam purpuream terminata, modice eminente ex floris tubo.

Acris eſt, & aromatica, oleoſa, cum terrea natura. Ab omni tempore pro medicamento emmenagogo habita, & in feminarum inſeſſionibus ante partum uſu recepta fuit. Imo pro ipſo abigendo foetu adſumtam fuiſſe, narrat P. AMMANN. *Med. Crit.* p. 6. Decoctum dolores a partu tollit, & lochia urget BUCHWALD. p. 34. 35. Spiritus fermentatitius grato ſapore eſt & odore. Externo uſu ad ſclopetorum ictus, ad ambuſta laudatur E. N. C. *Vol.* 2. *obſ.* 195. balneum ad reficiendas vires a morbo chronico labefactatos, vapor ad diſſipanda oedemata. Moxam eſſe Artemiſiae fungoſam carnem CLEYERUS habet E. N. C. *Dec. II. Ann. IV. Obſ. I.* qua incenſa & uſtulato pede podagrico, malum, certe ad aliquot dies, certo tollitur TEMPLE.

6. ARTEMISIA foliis planis, longe petiolatis, pinnis pinnatis, caule procumbente, laxe ſpicato.

An *Abrotanum campeſtre ſ. IV.* TRAG. p. 340?
Et *Abrotanum ſylveſtre ſ. V.* EIUSD. p. 34. an utrumque?
*Ambroſia altera* MATTH. p. 852. CAMERAR. Epit. p. 597. LUGD.
*Abrotanum candidum* CORD. III. c. 59. Hiſt. I. c. 65. ob locum natalem.
*Artemiſia ſylveſtris leptophyllos quaedam* GESN. Hort. p. 248.
*Artemiſia tenuifolia* DOD. p. 33. ex MATTH. THAL. p. 6. I. B. *de plant. a Div.* p. 33. H. OX. III. p. 5. VAILL. p. 376.
*Ambroſia tertia Dioſcoridis leptophyllos* LOB. p. 765. mala ic.
*Ambroſia tenuifolia purpuraſcens* CLUS. Pann. p. 559.
*Artemiſia tenuifolia* III. EIUSD. p. 340. absque icone.
*Abrotanum campeſtre* TAB. p. 16. C. B. Baſ. p. 41. PARK. RAJ. p. 371.
*Artemiſia tenuifolia ſ. leptophyllos, aliis Abrotanum ſylveſtre* I. B. III. p. 194.
*Artemiſia foliis multifidis, linearibus, caule procumbente* LINN. Cliff. p. 405. ROYEN. p. 154.
α *Caulibus rubentibus* (quae nempe vulgatior eſt) SCHWENKF. HERM. T. aut. de Par. p. 46. I. R. H. PONT. p. 289.
β *Caulibus albicantibus* THAL. p. 6. T. aut. de Par. I. R. H. &c.

C. B. ad ripam *Rheni* Baſileae. Copioſiſſime in *Valeſia* ad vias, & ad ripam lacus *Ebrodunenſis* ſupra *Grandſon*. In comitatu *Sarunetum* SCHEUCHZ.

Radix dura, ramoſa. Caules plurimi, erecti, vel ſemiproſtrati, brachiati, lignoſi, cubitales. Folia virentia, firmula, ex teretibus conpreſſa, pinnata, petiolis & foliorum & pinnarum longis, pinnis in extremo pinnatis, pinnulis anguſtis, acu-

 tis

tis, propioribus. Flores in ſpicas breves, ex lateribus foliorum prodeuntes, circa longas, pene nudas rectasque virgas. Exigui ſunt, ſquamis magnis calycis, ovatis, virentibus, oris albis. Floſculi pauci, utriusque tamen ſexus. Pappus nullus.

Odor acris, aromaticus; ſimiliſque ſapor, absque amarore.

## ORDO II.
## DISCIFLORAE SEMINE PAPPO CORONATO.

*GNAPHALIUM* LINN. n. 645.
*ELICHRYSUM* TOURNEF. T. 259. VAILL. p. 383.
*FILAGO* TOURNEF. T. 259. VAILL. p. 391.

Characterem diverſitatis horum generum invenire non potui: ut omnino cum LINNAEO ſentiam. Nam & ſplendor ſquamarum calycis per gradus minuitur, & figura pentagona in vulgatiſſimae Filaginis flore deeſt, & fila, in quae folia ramive tracti diſcedunt, communem characterem dant utrique generi. Ergo Gnaphalio calyx ſquamis imbricatis, plerumque coloratis, aliqua parte ſui aridis, poſt defloreſcentiam expanſis, ut inſtar radiati floris ſuperſtes ſit. Pappus ſeminis floſculi longitudine. Floſculi alias duorum ſexuum, feminae in ambitu, & androgyni; alias, androgyni omnes, alias in diverſis plantis ſexus ſeparati & ſoli obtinent ſinguli.

### I. FLOSCULIS ANDROGYNIS IN UNA PLANTA, IN ALTERA FEMINIS.

1. GNAPHALIUM ſexubus tota planta diſtinctis.

α Planta floſculis omnibus androgynis. Confer DILLENIUM *append. ad Cent. VI.* E. N. C. p. 78.
*Piloſella minor* DOD. p. 68. icon interior, CLUS. Pann. p. 486. Hiſt. p. 330.
*Gnaphalium montanum ſuaverubens* LOB. p. 483. TABERN. p. 392. AICHST. Vern. Ord. 3. T. 16.
*Gnaphalium montanum album* LOB. ic. p. 482. peculiaris, neque bona; RAJ. p. 283.
*Gnaphalium montanum folio rotundiore, purpurea & alba* HIST. OXON. III. p. 89. T. XI. f. 32.
*Gnaphalium montanum purpureum* IC. REG. T. 94.
*Elichryſum montanum folio rotundiore, ſubpurpureo* I. R. H. TILL. &c.
Et *Flore candido* EORUMD.
Et *Flore ſuaverubente* EORUMD.
Et *Flore variegato* EORUMD.
*Helichryſum montanum rotundiore flore* VAILL. p. 387. cum iisdem varietatibus.
β *Planta floſculis omnibus feminis.*
*Piloſella minor* FUCHS. p. 606. DODON. p. 68. icon exterior, excepto flore; LUGD. I. B. III. p. 162.
*Lagopus* TRAG. p. 332.
*Gnaphalium montanum purpureum* LOB. ic. p. 483. ex DOD.
Icones TAB. p. 392. 393. huic propiores ſunt.
*Gnaphalium montanum Dalechampii* LUGD. p. 1116. male.
*Gnaphalium montanum longiore folio & flore* C. B.
*Chryſocome humilis montana acutiore folio* H. OX. III. p. 89.
*Elichryſum montanum longiore folio & flore purpureo* I. R. H. TILL. GARID. &c.
VAILL. eodem nomine, ſed cum adſpiratione.
Icon GARIDEL. pro ſp. folio rotundiore n. 30. hujus eſt.
Et pro *Gnaphalio montano, flore candido*, inter ICONES REGIAS n. 95.
*b. Flore albo* EORUMD.
*c. Flore purpureo* EORUMD.
α β *Gnaphalii genus aliud, vel mollius* GESN. Tab. Coll p. 79. *b.*
*Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, corymbo terminatrici, ſarmentis procumbentibus* LINN. Cliff. p. 400. ROYEN. p. 147.

Utrumque in adclivibus, macilentis vulgare eſt.

Denſi ceſpites foliorum ſeſſilium late terram contegunt, & reptando augentur, flagellis procumbentibus, novosque ordientibus ceſpites; omnia vero quaſi petiolata, ante finem lateſcunt, & obtuſo rotundo ambitu terminantur, nervo in ſpinulam educto; hinc virentia & ſubhirſuta, inde incana & tomentoſa, arida & firmula. Caulis floriger erigitur ad dodrantem usque, foliis longioribus & acutioribus, terminatis umbella florigera. Calyx ſurſum dilatatur. Squamarum pars eminens perenni

enni colore lacteo, vel rubello, vel purpureo ornatur. In varietate α) flores androgyni, ſemine praediti ſunt, & tuba, quae ſtaminum tubo includitur; floſculo purpuraſcente, tubo ſtaminum croceo, pappo albo craſſiori. Huic flos brevior eſt, & habitus humilior. Alteri β) flores feminae, longiores ob ſubpoſitum majus ſemen & ſtrictae campanulae longitudinem; & totus habitus capituli major, longior, tuba praelonga bicorni. Haec praeterea altior eſt, & inelegantiori flore. Semen oblongum, acutum & tenue. An androgynis ſemen infoecundum? Certe minus eſt quam feminis.

*Hiſpidulae* nomine & *Piloſellae* in medicinam recipitur ad ſiccandas defluxiones in pulmones, & tuſſim convulſivam puerorum. Syrupus in officinis proſtat. Subauſtera eſt & oleoſa planta GEOFROI III. p. 525.

## II. FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

2. GNAPHALIUM foliis peranguſtis, confertis, umbella exigua, lutea, caulem terminante.

Annon *Elichryſos tenuifolia* CORD. L. V?
*Stoechas citrina tenuifolia Narbonenſis* I. B. III. p. 154. bene, non autem ſynonyma; RAJ. Syll. exter. p. 241. Hiſt. p. 281. KNAUT.
*Elichryſum ſeu Stoechas citrina minor* BARR. ic. 410. VAILL. p. 385.
*Stoechas citrina* MUNT. ic. 292.
*Elichryſum ſ. Stoechas citrina anguſtifolia* I. R. H. differt capitulis magis cylindricis & anguſtioribus: an MAPPI p. 97?

CONSTANT *au deſſus de Blonai.*

Radix lignoſa, recta defixa. Caules multi, erecti, tomentoſi, minime ramoſi, dodrantales. Folia frequentia, tomento obſcurius obducta, linearia, brevia, acuta, marginibus contractis, Roris marini foliis ſimilia. In ſummo caule umbellae arctae florum exiguorum, luteo ſubfuſco colore, non valde ſplendido, hemiſphaericorum; ſquamis, quam Stoechadi, acutioribus.

3. GNAPHALIUM foliis longe acuminatis, firmioribus, ſubtus tomentoſis, caule ſupremo ramoſo, umbella lactea terminato.

*Gnaphalium Americanum* CLUS. p. 327. bene, Pann. p. 496. I. B. III. p. 162. PARK. RAJ. p. 284. & Syn. III. p. 182.
*Helichryſum ſ. Chryſocome repens, foliis deciduis, flore externe albo, intus flaveſcente* H. OXON. III. p. 89.
*Elichryſum latifolium Americanum* I. R. H. MILL. MAGN. &c.
*Helichryſum Americanum latifolium* VAILL. p. 388.
*Gnaphalium vulgare majus* BUCHW. p. 136.
*Gnaphalium foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, alternis, caule ſuperne ramoſo, corymbis faſtigiato* LINN. Cliff. p. 401. ROYEN. p. 139.

Non recenſerem, lectum ad *Arolam*, loco nimis propinquo praedio *Drakau*, niſi DILLENIUS inter Anglicas haberet, ſimili loco lectum; & videtur etiam in *Dania* naſci, ex BUCHWALDI loco citato.

Caulis craſſus, trium quatuorve pedum, ramoſus, tomento albo obductus. Folia oblonga, linearia, lanceolato fine, ante finem latiora, viridia, inferne tomentoſa, & ex albo ſubfuſca. Flores in ſummis caulibus in umbellam laxam, ramoſam. Capitulum hemiſphaericum. Calycis ſquamae, parte colorata, lacteae, abſque ſplendore. Floſculi omnes androgyni, ex luteo virides, ſtaminum tubo eminente, croceo, deinde fuſco.

## III. FLOSCULIS IN UNOQUOQUE FLORE PLURIMIS IN AMBITU FEMININIS, IN CENTRO PAUCIS ANDROGYNIS. CALYCIS SQUAMIS NITENTIBUS, CAPITULIS TERETIBUS.

*ELICHRYSA* T. & VAILL.

4. GNAPHALIUM, foliis molliſſimis, tomentoſis, obtuſis, umbella argentea caulem terminante.

*Chryſocome altera* CLUS. Hiſp. p. 367.
*Chryſocome III. peregrina II.* CLUS. Hiſt. p. 326. abſque icone.

*Elichryſum ſylveſtre latifolium, capitulis conglobatis* C. B. P. HERM. T. aut. de Par. p. 331. non autem ſynonyma, I. R. H. MAGN. Char. p. 139. MILL.
*Gnaphalium ad Stoechadem citrinam accedens* I. B. III. p. 160. RAJ. Syll. ext. p. 135. Hiſt. p. 284. MAGN. Bot. p. 111.
*Chryſocome citrina, ſupina, latifolia, Italica* BARR. ic. 367.
*Helichryſum ſ. Chryſocome annua ſylveſtris, capitulis minoribus conglobatis* MORIS. III. p. 88. non vero ſynonyma.
An *Gnaphalium majus, lato oblongo folio* PLUKN. p. 171. T. 31. f. 6? (nimis duriter)
*Helichryſum ſylveſtre latifolium, capitulis conglobatis* VAILL. p. 388.
An *Elichryſum paluſtre, in Lalandia lectum* A. H. II. Obſ. 130.?
*Gnaphalium foliis ſemiamplexicaulibus, enſiformibus, repandis, obtuſis, utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis* ROYEN. p. 194.

Circa *Cudrefin* C. B. Ego in palude, quae eſt circa ſcaturiginem *Heilbad*, prope thermas *Valeſias*. HUBERUS circa *Bellinzonam* & *Clauennam*, ibidem ad ripam *Mairae* SCHEUCHZ.

Caules multi, erecti, toti cum foliis albo tomento obducuntur. Folia copioſa, linearia, ſine obtuſo, unciam & duas uncias longa, ad tres & quatuor lineas lata; molliſſima, hinc vaga. In ſummis caulibus ramoſae umbellae florum ſeſſilium. Calyx ex argenteo ſplendet, in petiolis decemfloris, & ultra. Capitulum pene cylindricum. Floſculi alii feminae, numeroſi, albidi: androgyni flavicant.

5. GNAPHALIUM ramis ſpicatis frequentiſſimis, alis foliorum inſidentibus.
*Ruhrkraut* TRAG. p. 331. icon exterior.
*Pſeudo-Leontopodium* MATTH. p. 1194. CLUS. Pann. p. 495. Hiſt. p. 330. abſque icone, LUGD.
*Filago Germanica altera, ſecundum folia florida* LOB. adverſ. p. 201. ic. p. 482. cum icone propria.
*Gnaphalium vulgare majus* THAL. p. 55.
*Chryſocome lanuginoſa Dalech.* LUGD. p. 1125. commode, ſed flores ait aureos eſſe.
*Gnaphalium majus* TAB. p. 390. *anguſto oblongo folio* C. B. P. H. OX. III. p. 91. PLUKN. HERM. TIT. &c. *ſ. maximum virgatum* MUR. p. 714.
*Gnaphalium majus Germanicum* PARK. p. 685. 686.
II. *Gnaphalium Anglicum vel Belgicum, folio longiore* LOB. ic. p. 482. HORT. BLES. IONQ.
*Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio, alterum* C. B. P. LOES. SIBB. SUTH. HERM. VOLC. TIT.
*Gnaphalium Anglicum* MERRET. *vulgare majus* PARK. p. 685.
I. II. *Gnaphalium rectum* I. B. III. p. 160. cum bona icone.
*Gnaphalium Anglicum* RAJ. p. 295. Syn. III. p. 183.
*Elichryſum ſpicatum* T. aut. de Par. p. 332. I. R. H. MAGN. Char. p. 139. RUPP. &c.
*Helichryſum ſpicatum* VAILL. Mem. p. 389.
*Gnaphalium floribus ſparſis per caulem ſimpliciſſimum* LINN. Cliff. p. 402. ROYEN. p. 148.

Valde frequens in ſylvis circa *Bernam*, & adclivibus dumetis M. *Gurten*, &c.

Caules recti, ramis copioſiſſimis, ſed brevibus; cubitales, & ultra; albi & tomentoſi. Folia viridia, cinereo tomento obnupta, ſubtus lanuginoſa, linearia, acuta, ſeſquilineam lata, erecta. Ex alis foliorum continui rami, toti obſiti floribus, quorum conjunctione laxa ſpica pene per totum caulem efficitur. Capitula oblonga, ſurſum anguſtiora. Squamae baſi virides, deinde ſpadiceo notatae, ora pallente & ſplendida. Floſculi feminae plurimi: androgyni quatuor, aut quinque ſublutei. Semen, ut ſociis, longum & tenue.

In Gotthardo M. ſimillimam reperi, humiliorem, foliis latioribus, ad decem lineas.

6. GNAPHALIUM foliis anguſtiſſimis, caule non ramoſo, brevi ſpica nuda, ſubfuſca, terminato.
An *Gnaphalium ſupinum Lavandulae folio* BOCCONE p. 107. T. 85? Non recedit.
An *Elichryſum alpinum minimum, capillaceo folio* I. R. H.?
*Gnaphalium oblongo folio* SCHEUCHZ. It. II. p. 134.
*Gnaphalium umbellatum minimum* EIUSD. It. IV. p. 335. ex loco natali, nam nomen longiſſime recedit.
*Helichryſum ſpicatum minimum* VAILL. p. 389.

In *Gotthardo* M. & in *Furcae* M. deſcenſu ad *Valeſios*. Ibidem SCHEUCHZ. In *Speluga* I. GESNERUS.

Caules copioſiſſimi, tomentoſi, trium & quatuor unciarum, non ramoſi, erecti aut procumbentes, plerumque ex atro purpurei, ſed tomento albo tecti. Folia linearia, modico tomento, ſeſcuncem longa, lata lineam. In ſupremo caule alis foliorum

liorum inſident in ſpicae ſpeciem. Capitula ſimilia prioris capitulis, etiam majora, quatuor, ad octo. Floſculi feminae aliquot, & multi androgyni.

An fuerit varietas prioris ex conditione loci humillima?

7. GNAPHALIUM caule non ramoſo, umbella tomentoſa longis foliis inſidenti.

An *Wollblumen* ARET. Neſſ. p. 234.
*Gnaphalium alpinum* GESN. Epiſt. p. *93 b.* CLUS. Pann. p. 495. Hiſt. p. 328. ZWING. p. 767.
*Leontopodium* MATTH. p. 1193. *Matth.* DOD. p. 68. ex CLUSIO, LUGD. TAB. p. 393.
*Gnaphalium alpinum pulchrum* I. B. III. p. 161. RAJ. p. 296. Syllog. exter. p. 134. PLUKN.
*Gnaphalium alpinum magno flore, folio oblongo* C. B. P. H. OX. III. p. 92. TIT.
*Gnaphalium, Leontopodium ſupinum* BARR. ic. 127. n. VIII.
Et *Gnaphalium, Leontopodium erectum* EIUSD. ic. 127. VIII.
Et forte *Gnaphalium erectum anguſtifolium minus* EIUSD. ic. 128. n. VI.
*Gnaphalium alpinum ſ. Leontopodium Matthioli* IC. REG. T. 59.
*Filago alpina capite folioſo* I. R. H. TILL. PONT. p. 165. cum deſcriptione, SCHEUCHZ. It. VI. p. 456.
*Helichryſum alpinum pulchrum, comis folioſis* VAILL. p. 388.
β Icon monſtroſa videtur.
*Leontopodium ſ. pes Leoninus* LOB. adv. p. non. Ic. p. 484.
*Leontopodium, ſpecies Gnaphalii* TAB. p. 393.
*Gnaphalium alpinum magno flore, folio brevi* C. B. P. MOR. l. c. RAJ. p. 296.
*Gnaphalii alpini pulchri aliud genus* I. B. III. p. 161.
*Leontopodium majus* PARK. p. 684.
*Helichryſum alpinum pulchrum, comis folioſis, minus* VAILL. p. 389.

In ſaxoſis M. *Dolaz.* In M. *Waach* vallis *Simmiae.* HUBERUS inter *Filiſür* & *Bergün*, SCHEUCHZER. in montibus *Soglio* vicinis, & vallis *Averſanae*, & in montibus *vallis Rhenanae.* I. GESNER. in *Albula*, & *Gemmio.*

Folia nigricant, ſed copioſiſſimo tomento obducuntur, oblonga, in medio paulo latiora, fine obtuſo: talia cum ſint, & ad terram & in ſuprema parte caulis congeruntur patula, in reliquo caule pauciora. Caulis ſemipedalis, non ramoſus. Inſident vero ſupremis foliis flores exigui, calyce extus tomento copioſiſſimo obſito, qua nota facile diſtinguitur.

8. GNAPHALIUM latiori folio, caule non ramoſo, ſpica nuda fuſca terminato.

*Leontopodium parvum Lobelii* CLUS. p. 328.
*Gnaphalium alpinum minus* C. B. Phyt. H. OX. III. p. 92. T. 13. f. 6. MUR. p. 714.
*Gnaphalio alpino affine, Leontopodium parvum Lobelii* I. B. III. p. 161. RAJ. p. 296.*
*Leontopodium minus* PARK. p. 984.
*Filago alpina minor erecta* SCHEUCHZ. It. II. p. 133.
II. *Gnaphalium alpinum nanum vel pumilum* BOCCONE plant. rar. p. 40. T. 20. non recedit.

In *Neſſo* M. legi. I. GESNER. in *Gemmio* M. SCHEUCHZERUS in alpibus *Rhaeticis*, MUR. in *Glaronenſibus.*

A prioribus omnino differt. Radix pariter nigra & lignea, craſſa. Folia ima lingulata, ſuperiora etiam ad tres lineas lata, hinc viridia, inde craſſiſſimo tomento obnupta. Caulis non ramoſus, erectus, dodrante minor, ex apice praefert flores tres vel quatuor, ex virente, fuſco, & inelegante calyce. Floſculi plerique feminae, &, niſi plurimum fallor, ſaepe omnes. Cum I. ſpecie nihil commune habet, neque volui hactenus ab iis ſeparare, quibuscum capituli colore & facie convenit.

9. GNAPHALIUM caule ramoſiſſimo, diffuſo, umbellis ſeſſilibus, fuſcis.

*Filago minor* DOD. p. 66. LOB. p. 481. ex DOD. (icon non placet, cum habitu ſit nimis gracili) PARK. DILL. LEOPOLD.
*Gnaphalio vulgari ſimilis* I. B. III. p. 159. MAGN. Bot. SCH. BOT.
*Gnaphalium vulgare* MERR. p. 47.
*Gnaphalium annuum ſerotinum, capitulis nigricantibus, in humidis gaudens* H. OX. III. p. 92.
*Gnaphalium humile, ramoſum, capitulis nigris* RAJ. p. 295. Syn. III. p. 181. PLUKN.
*Helichryſum aquaticum minus, capitulis foliatis* T. aut. de Par. p. 274. MAGN. Hort.
*Elichryſum aquaticum ramoſum minus, capitulis foliatis* I. R. H. VAILL. Bot.
*Filago paluſtris, capitulis nigricantibus, ſupina* RUPP. p. 157. LIND. BUXB. GEMEINH.
*Helichryſum aquaticum ramoſum, capitulis foliatis* VAILL. p. 388.
*Gnaphalium caule ramoſo diffuſo, floribus confertis terminatricibus* LINN. Cliff p. 402. ROYEN. p. 148.

Ubique in hortis & ad foſſas.

Caulis ramoſiſſimus, ſaepe vix ultra aliquot uncias effertur, patulis ramis & procumbentibus, tomento, ſed ſuperne denſiori, obſitus. Folia mollia, linearia, ante finem latiora, lanceolata, modice tomentoſa, maxime inferius. In ſummis ramis copioſiſſimi flores ſedent, multo tecti tomento. Calycis ſquamae ſplendentes, fuſcae; juniores vero luteo-fuſcae. Floſculi androgyni ſatis multi, lutei.

II. *Gnaphalium medium* TAB. p. 390. non bene, C. B. Baſ. p. 78. & plerorumque.

*Gnaphalium procumbens noſtras, maxime tomentoſum, capitulis ex viridi flaveſcente compoſitis* PLUKN. p. 172. ſiquidem a priori diſtinguit.

*Filago ſylvatica lanuginoſa erecta, Lavandulae folio* VAILL. p. 391.

Nihil omnino differt, & eſt exemplar erectius prioris, teſte horto ſicco C. B.

## ORDO IV.

## III. FLOSCULIS IN EODEM FLORE FEMININIS ET ANDROGYNIS.

## II. CAPITULO CONICO PENTAGONO MINUS NITENTE.

*FILAGO* TOURNEF. T. VAILL. p.

10. GNAPHALIUM caule dichotomo, ſphaeris floralibus in angulo diviſionis ſeſſilibus.

*Antipater* RUELL. p. 441.
*Gnaphalium* FUCHS. p. 222. commode.
*Ruhrkraut* TRAG. p. 331. icon interior.
*Gnaphalion, Ruhrkraut* GESN. Coll. p. 79. *b.*
*Impia Plinii* GESN. Hort. p. 262 *b.*
*Lomentum ſ. Centunculus* CORD. Dioſc. L. 3. c. 132.
*Gnaphalium vulgare* MATTH. p. 861. CAM. Epit. p. 606. bene, LUGD. TAB. p. 389. &c.
*Filago ſeu Impia* DOD. p. 66. T. aut. de Par. p. 80. I. R. H. VAILL. Mem. p. 391. & ic. 7. PONT. p. 164. RUPP. ZANICH. p. 100. ic. 114. n. 1.
*Gnaphalium vulgare, Filago, Centunculus* LOB. ic. p. 480.
*Herba Impia* CAES. L. XII. c. 15.
*Gnaphalium Germanicum* I. B. III. p. 158.
*Gnaphalium vulgare majus* C. B. Baſ. p. 78. RAJ. p. 295. ZWING.
*Gnaphalium annuum vulgare, capitulis rotundis, ſeſſilibus, ad angulos floridum* H. OX. III. p. 92.
*Gnaphalium caule dichotomo, erecto, floribus in alis ſeſſilibus* LINN. Lap. n. 299. ROYEN. p. 148.

In omnibus agris, inter ſtipulas, abunde.

Caulis erectus, ſed ampliſſime brachiatus, dichotomus, folioſus. Folia lineam & duas lineas ubique lata, tomentoſa, mollia. In angulo diviſionis ramorum ſingula ſphaera ſedet, ex floribus undique ſe erigentibus, tomento conjunctis. Nempe, revera in juniori planta ſphaerae florales ramos terminant; verum ſubnaſcens lateraliter ramus, facit ut in adultiore ſtirpe eadem ſphaera longe infra ſummum caulem in diviſione ſedeat. Calyx pentagonus, ſquamis nitentibus, acutis, ex viridi fuſcis; ora ſublutea. Androgyni floſculi pauci, duo, tres; ſublutei.

Paſſim, & populariter, ſcopo adſtringendi adhibetur in dyſenteria & diarrhoea. Ad vermes arcendos & in verminoſis morbis brutorum animalium valet BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* p. 148.

11. GNAPHALIUM caule erecto, ramoſiſſimo, glomerulis florum ad alas longe ſeſſilibus.

*Filago alia* DOD. p. 67. abſque icone.
*Filago vulgaris, floribus per caulem ſparſis* T. aut. de Par. 80. RUPP.
*Filago altera* I. R. H. TILL. GARID. PONT. p. 165.
*Filago incana, tomentoſa, erecta* VAILL. p. 391.
*Filago incana, capitulis in ſummis caulibus & ramulis diſpoſitis* DILL. app. p. 2. MAPP. p. 105. Videtur.

Haec in *Valeſia* ad vias frequentiſſime reperitur, apricorum amans, & calidorum ſterilium clivorum.

Caulis erectus, ſed ramoſiſſimus, ramis adſcendentibus, pedalis, cum tota planta tomentoſus, folioſus. Folia ima ad quatuor ſuperiora unam lineam lata, mollia, linearia. Flores per totum caulem in agmina conjuncti inſident foliorum alis, & ramos

mos ſpicis laxis terminant. Calyx pentagonius, conicus, extus totus tomentoſus, albus ex viridi, absque nitore. Sexus in flore uterque. Cum ſpicato n. 5. nihil quidquam commune habet.

12. GNAPHALIUM caule erecto, ramoſo, foliis breviſſimis, glomerulis ſeſſilibus diſſitis, prope ſummitates poſitis.

*Gnaphalium minimum* LOB. p. 481. non bene, I. B. III. p. 159. ex LOBELIO, RAJ. p. 296. cum deſcriptione, PLUKN.
*Gnaphalium minus* TAB. p. 391. ex LOBELIO, *repens* C. B. Baſ. p. 78. P. MAGN. &c.
*Gnaphalium minimum erectum, in arenoſis naſcens* H. OX. III. p. 92. T. XI. f. 3.
*Filago minor* I. R. H. TILL. GARID. RUPP.
*Filago brevi anguſtoque folio erecta* VAILL. Mem. p. 392.
Et *procumbens* EIUSD. ib.
*Gnaphalium minus Gerardi* PONT. p. 166.

Ad macilenta viarum, v. g. paulo cis *Grauholz*.

Radix minima. Cauliculi triunciales & ſemipedales, foliis toti obducti, erecti, ſuperne ramoſi & brachiati. Folia incana, mediam lineam lata, ſemunciam longa. Glomeres florum, uti in priori, paſſim ad ramos, ſed pauciores, magis ſparſi, propiores vertici: conici ſunt, ſulcati, calyce ex albo virente, abſque nitore. Floſculi utriusque ſexus. Quodvis latus coni duae glumae faciunt, cum acceſſoria ad baſin.

13. GNAPHALIUM caule ramoſo, foliis longis & anguſtis, glomerulis florum ſubſtratis.

*Gnaphalium vulgare tenuifolium* I. B. III. p. 159. abſque icone, H. OX. III. p. 92. MAGN. Char. p. 139.
*Filago vulgaris tenuiſſimo folio, erecta* T. aut. de Par. p. 81. I. R. H. VAILL. p. 391. RUPP. BUXB. &c. &
*Procumbens* VAILL.
II. An vere differt *Gnaphalium vulgare ramoſiſſimum, foliis anguſtiſſimis, polyſpermon* RAJ. p. 296? folia dicit brevia, Syn. III. p. 181.
*Gnaphalium minimum alterum noſtras, Stoechadis citrinae foliis tenuiſſimis* PLUKN. p. 172. T. 298. f. 2. bene.

I. B. & STAEHELINUS *Baſileae* in ſegetibus.

A priori differt caule magis ramoſo, foliis adhuc anguſtioribus, ſed unciam longis, minus tomentoſis, quorum aliquot ſub glomerulo quovis florum longe eminent.

## CHRYSOCOMA.

LINN. n. 639.
CONYZAE Sp. TOURNEF. & VAILL.

A Gnaphalio fere differt calyce toto concolore, virente, nulla parte neque colorata, neque arida. Deinde fila non trahit lacerata. Floſculi omnes androgyni.

1. CHRYSOCOMA foliis linearibus, petiolo ſub flore intumeſcente.

*Linariae tertium genus* TRAG. p. 358. bene.
*Linaria aurea Tragi* LOB. ic. p. 411. AICHST. Aeſtiv. Ord. I. T. 14. f. 1. HOFM. RAJ. p. 292. Syll. ext. p. 166.
Et *Linoſyris nuperorum* LOB. ic. p. 409. GARID.
*Oſyris Auſtriaca* CLUS. Pann. p. 301. 311. Hiſt. p. 325.
*Linaria aurea* TAB. p. 825.
*Chryſocome Dioſcoridis & Plinii* COL. p. 81. ic. p. 82.
*Heliochryſos Tragi, ſive linaria tertia* I. B. III. p. 151.
*Linaria folioſo capitulo, lutea, major* C. B. P. &c.
*Virga aurea Linariae folio, floribus congeſtis & umbellatim diſpoſitis* H. OX. III. p. 125.
*Conyza Linariae folio* T. aut. de Par. p. 422. I. R. H. & T. 259. F. G. L. H. K. VAILL. p. 397. PONT. p. 157. ZANICH. p. 73. ic. 71.
*Chryſocoma calycibus laxis* LINN. Cliff. p. 639. ROYEN. p. 145.
β *minor* TAB. p. 825. C. B. H. BLES. KNAUT. BUXB.

In rupibus *Paſſgartflüh* ſupra Biennam. In *Neocaſtrenſi* comitatu SCHEUCHZER.

Caulis folioſus, longe abſque ramis, ex ſummitate ramoſus, cubitalis. Folia Linariae, anguſtiora, linearia, acuminata, viridia, glabra. Flores in ſpicatam umbellam. Petioli ſub floribus intumeſcunt. Sub floribus ſquamae acceſſoriae, quaſi paulatim calycem ordiuntur, foliorum plantae ſimiles, rectae, laxe diſpoſitae, longae, angu-

anguſtae, acutae. Floſculi lutei, magni, omnes androgyni; ovarium villoſum, pappus denſus, ochroleucos.

## C O N Y Z A E.

*CONYZAE* LINN. n. 646. pleraeque ſpecies.
*CONYZAE* VAILL. & TOURN. ſp.

A Cryſocome diſtinguitur calycis ſquamis apicem, ut in Aſtere, extrorſum reflectentibus; floſculis in ambitu femininis.

1. CONYZA foliis ovato-lanceolatis, floribus laxe umbellatis.
*Conyza major* GESN. Hort. p. 255. MATTH. p. 870. bene, CAM. Epit. p. 612. cum charactere, LUGD.
*Conyza helenitis* GESN. ic. ad CORD. Hiſt. II. c. 145. non autem planta CORDI, quae flore ſit radiato.
*Conyza major altera* DOD. p. 51. ex MATTH.
*Baccharis Monſpelienſium* LOB. ic. p. 574. ex DODONAEO, PARKINS. MAGN. Char. p. 138. BLAKW. T. 102.
*Conyza helenitis Cordi* THAL. p. 21. cum paſſim naſci dicat.
*Conyza major vulgaris* C. B. Baſ. p. 78. P. RAJ. p. 292. T. aut. de Par. p. 73. I. R. H. T. 259. A. B. C. D. E. VAILL. p. 394. PONT. p. 156. ZANICH. p. 72. ic. 245.
*Conyza major Matthioli, Baccharis quibuſdam* I. B. III. p. 1051.
*Eupatorium montanum Verbaſci foliis, vulgatius, Baccharis dictum* H. OX. III. p. 99.
*Conyza foliis lanceolatis, acutis, caule annuo, corymboſo* LINN. Cliff. p. 405. ROYEN. p. 157.

Abunde ad vias ſepesque.

Caulis erectus, firmus, brachiatus, bipedalis. Folia obſcure viridia, rugoſa, mollia, ſubtus incana, ovalibus paulo longiora. Flores ramos terminant, laxe umbellati, calyce pene cylindrico, ſurſum lateſcente, ſquamis longis, triangularibus, viridibus, mucrone purpureo, reflexo, & recedente a parte calycis reliqua. Floſculi feminini multi, campanula pene nulla. Tuba praelonga, purpurea. Androgyni vero flavum floſculum habent, tubumque bicornem intra vaginam. Semen oblonge ellipticum, ſulcatum, baſi circulari.

Odor leniter, neque abſque gratia, aromaticus. Hinc TRAGO dicitur emmenagoga eſſe.

*Aſteres*, calyce proximos, conjungere vetant neceſſitudines aliae majoris momenti.

## E U P A T O R I U M.

TOURNEF. T. 95. VAILL. p. 398. LINN. n. 638.
JUNG. in *Doxol. min.*

Calyx ſquamis paucis non aridis, neque coloratis, rectis, apice non reflexo. Floſculi valde pauci, calyce longiores, androgyni, longi, tuba longiſſima, bicorni. Pappus in ſemine in noſtris non plumoſus. Folia huic, in tota gente ſoli, conjugata.

1. EUPATORIUM foliis plerumque ternatis.
*Eupatorium adulterinum* FUCHS. p. 265. I. B. II. p. 1065. SCHW.
*Herba S. Kunigundis* TRAG. p. 490. 491.
*Eupatorium Avicennae* GESN. Tab. Coll. p. 76. Hort. p. 258. IMPERATI L. 28. c. I. BLAKW. T. 110.
*Eupatorium vulgare* MATTH. p. 1025. CAM. Epit. p. 757. male.
*Vulgare Hepatorium* DOD. p. 28.
*Cannabina aquatica ſ. Eupatorium mas* LOB. ic. p. 528. ex DOD.
*Eupatorium vulgo appellatum* CAES. L. 12. c. 16.
*Eupatorium Cannabinum* C. B. Baſ. p. 91. P. PARK. RAJ. p. 293. T. aut. de Par. p. 193. I. R. H. & T. 259. VAILL. p. 398. MAGN. Char. p. 137. PONT. p. 161. ZANICH. p. 97. ic. 7. & 173.
*Eupatorium Cannabinum vulgare, foliis trifidis, profunde dentatis* H. OX. III. p. 92.
*Eupatorium foliis digitatis* LINN. Cliff. p. 396. ROYEN. p. 155.
β *Flore albo* LOES. VAILL. WEINM. T. 496. *a.*
γ *Foliis integris, minime digitatis* RAJ. Syn. III. p. 180.

Prior ubique provenit in aquoſis: alteram *Gernsheimi* legi, in *Palatinatu.*

Caules

Caules hirſuti, quadranguli, tripedales & ſepedales. Folia ex craſſo petiolo ternata, omnibus foliolis acute ſerratis, ſubhirſutis, medio maximo, ovato-lanceolato, lateralibus, late ex petiolo ortis, anguſtioribus. Summi caules umbellam planam gerunt, denſamque. Floſculi purpurei: & ſimilis Tuba. Semen nigrum, longum, gracile, pyramidale, baſi acuta.

Odor acris, ſapor peramarus eſt. Multum habet alcalinarum partium GEOFROI III. p. 453. GESNERUS decocto pugilli unius radicis alvum & vomitum ſibi movit *Epiſt.* p. 63. 121. quem effectum CHOMELIUS non vidit, & nimiae doſi tribuit BOERHAAVIUS. In cachexia, & ictero, & hydrope ruſticum medicamentum eſt BUCHWALD. p. 120. confirmatum a CHOMELIO: poſt paracenteſin infuſo florum utuntur (BLAIR). Doſis ſucci unciae unius, extracti ad drachmam TOURNEF. Non alio medicamento ſcorbuticos Turfae foſſores ſibi mederi, putrida ulcera pedesque tumentes ſanare, febres etiam intermittentes poto infuſo debellare docet BOERHAAVIUS. Extus admota, vulneraria eſt TRAG. & hydropicis cruribus, aut ſcroto tumenti apprime convenit CHOMEL.

## *CACALIA.*

TOURNEF. T. 258. VAILLANT. p. 404.
*TUSSILAGINIS* Sp. LINN.

Facile a Petaſite diſtinguitur calyce, & Eupatorio propior eſt: differt tamen calyce cylindrico, ſquamis paucis, circiter quinque, conglutinatis, ut monophyllos & dentatus videatur. Floſculi pauciſſimi, omnes androgyni, & quadrifidi.

### 1. CACALIA.

α Varietas foliis ſubtus albentibus, & tomentoſis: Eadem ſolet altior eſſe & florum umbellis denſioribus.

*Bechion ſylveſtre* CORD. Sylv. obſ. p. 222. hoc vel β

*Cacalia* du CHOUL. p. 74. an Ic. ad Dioſc. ? RUELL. c. 108. L. IV. LOB. Adverſ. p. 255. Ic. p. 592. non bene, CAES. L. XII. c. 19.

*Cacalia Ghini* MATTH. p. 1184. absque icone.

*Cacalia incano folio* CLUS. Pann. p. 501. ic. p. 100. Hiſt. p. CXV. RAJ. Syll. exter. p. 80. Hiſt. p. 291. PONT. p. 158.

*Tuſſilago alpina maxima* SCHWENCKF. p. 211.

*Cacaliae quibusdam primum genus* I. B. III. p. 569.

*Cacalia foliis craſſis hirſutis* C. B. Baſ. p. 58. H. OX. III. p. 94. TILL. I. R. H. ZWING. p. 758. SCHEUCHZ. It. I. p. 32. TIT. VAILL. p. 404. *ſ. vulgaris* MUR. p. 705.

*Cacalia incano rotundo folio* PARK. p. 1221.

*Cacalia alpina Petaſitidis foliis, ſubtus lanuginoſis* PLUKN. p. 74. VOLC. p. 75.

*Cacalia foliis craſſis, lanuginoſis* TIT. It.

*Cacalia tomentoſa* BOECLER. Mat. Med. II. p. 488. MAPP. p. 47.

*b Flore albo* BURSER. Act. Suec. p. 506.

*c Foliis profunde ſectis* SCHEUCHZ. iconem habuit plantae lectae prope *Valenz Sarunetum.*

β Foliis ſubtus glabris, vel ſolis nervis hirſutis, humilior & pauciflora. Conf. *It. Helvet.*

*Cacalia glabro folio* CLUS. p. CXV. cum icone LOBELII, quam iſte pro villoſa dedit, Pann. p. 501. H. BLES. PHYTOP.

*Cacaliae quibusdam genus alterum* I. B. III. p. 569.

*Cacalia foliis cutaneis acutioribus & glabris* C. B. H. OX. III. p. 94. T. 12. f. 6. HERM. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 32. TIT. VAILL. p. 404. PONT. p. 158. MAGN. Char. p. 137. WAGN. RUDB. p. 96.

*Cacalia folio glabro acuminato* PARK. p. 1221.

*Cacalia quibuſdam* RAJ. Syll. ext. p. 80. Hiſt. p. 291.

*Cacaliae genus alterum, foliis acutioribus, utrinque viridantibus* PLUKN. p. 74.

*Cacalia glabra* ROBERT. ic. p. 52.

*Cacalia foliis craſſis, hirſutis* MAPP. p. 47. videtur huc potius pertinere.

*b Flore albo* PONT.

α β *Tuſſilago caule ramoſo* ROYEN. p. 159.

An vere differt *Tuſſilago Alpina ſ. montana Dalech.* LUGD. p. 1052. ſimillima noſtrae, ſed flore, ut ajunt, ſubluteo.

Varietas ſubtus hirſuta in alpibus frequentior eſt, & in dumetis inter *Biennam* & *Deſſenberg* non rara. MURALT. in M. *Legerberg.* Glabra rarior eſt, eam legi in *Creux du Vent*, in montibus *Bienmenſium* &c. HUBERUS circa Thermas *Fabarias;* SCHEUCHZER. in Monte *Legerberg* &c.

 Caulis

Caulis cubitalis & bicubitalis, hirſutus, ſaepe purpureus, per intervalla folia & ſcapos florigeros edit. Folia petiolata, circa petiolum exciſa, modo cordata, modo latiora, renis figura, ſemilunariter ſerrata, ſubtus vel glabra, vel nervis ſolis hirſutis, vel tomentoſa, & tunc quidem craſſiora. Summus caulis, ramoſus, latam fert & denſam umbellam. Calyx fere purpureus, Floſculique & Tubae. Floſculi vix ſupra quatuor. Semina longa, ſtricta, ſulcata, quadrangula. Pappus ſimplex.

## *PETASITES.*

*TUSSILAGINIS* LINN. n. 648. pleraeque Sp.
*PETASITES* VAILL. p. 402. TOURNEFORT. T. 258.
& *TUSSILAGO* T. T. 267. VAILL.

A Cacalia differt calycis ſquamis multorum ordinum imbricatis, floribus obeſioribus, floſculis plurimis, habitu ſingulari, caule nempe ſimplici, aphyllo, ante folia erumpente, ſolis ſquamis coloratis, a foliis diverſiſſimis, adſperſo. In conjungenda vero Tuſſilagine, ob ſpeciem tertiam, omnino cum LINNAEO ſentio.

### ORDO I.
### FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

1. PETASITES floribus ſpicatis, floſculis omnibus androgynis.
*Petaſites* FUCHS. p. 644. ſpica nimis denſa & confuſa, TRAG. p. 414. 415. eadem, CORD. Hiſt.
541 p. 123. bona deſcriptio, GESN. Hort. p. 271. *b.* Coll. p. 96. LONIC. DOD. p. 597. bene, CAES. L. 12. c. 20. an THAL.? AICHST. Hybern. T. 5. f. 1. RAJ. p. 260. MUNT. VOLC. BLAKW. T. 222.
*Tuſſilago major* MATTH. p. 845. non bene, CAM. Epit. p. 592. HOFM.
*Petaſites vulgo appellatus* CLUS. Pann. p. 502. obiter.
*Petaſites florens, & ſine flore* EIUSD. p. CXVI. icon DOD.
*Petaſites flore purpureo* CAM. Hort. p. 122.
*Petaſites, Tuſſilago major* TAB. p. 749. male.
*Petaſites vulgaris rubens* ZWING. p. 754. *rotundiore folio* I. B. III. p. 566.
*Petaſites major & vulgaris* C. B. Baſ. p. 58. P. VAILL. BOT. p. 159. Memoir. p. 403. PONT. p. 159. MAGN. Char. p. 137. IC. REG.
*Petaſites major vulgaris rubens, rotundiore folio* H. OX. III. p. 95.
*Petaſites major & vulgaris altera, quae poteſt acaulis vocari* RUPP. p. 153.
*Tuſſilago ſcapo imbricato thyrſifloro, floſculis omnibus hermaphroditicis* LINN. Cliff. p. 411. ROYEN. p. 159.
β *Flore albo*: an AICHST. Hybern. T. 5. f. 3.? potius crediderim.

Haec ſpecies in Helvetia vulgata eſt, in aquoſis v. g. *Bernae* an der *Worble*, bey der *Wegmühle* &c. Ad *Birſam*, & inter *Lochtſtall* & *Schauenburg* ZWINGER. Flore albo legi ad *Birſam*, prope S. Jacob.

Radix alba, mollis, ex magno tubere fibras demittit. Caulis prior erumpit dodrantalis, aut pedalis, ſimplex, purpureus, ſquamis conſperſus concoloribus. Eum terminat ſpica brevis, denſaque, florum erectorum ex brevibus petiolis, plerumque unifloris. Calyx ſubruber, ex quatuor ſquamarum ordinibus, ſuperne laxior, quaſi campaniformis. Floſculi a decem ad viginti, albi, vel rubris lineis diſtincti, ſpecioſi, regulares. Vagina eminens, purpurea. Tuba clavata, alba. Poſt thyrſum floralem menſe Majo folia ſuccedunt ex longis pediculis, cordata, ſed prope mucronem latiora, margine angulato & ſemilunariter dentato, ſparſa ſubtus lanugine. Eſt ubi reniformia ſunt. Radix acris, aromatica, non ingrato ſapore; reſinoſa, ſi verno tempore effodiatur S. PAUL. Sudorem pellit: hinc inter Alexipharmaca numeratur; & bubonibus extus admota in peſte prodeſt. Sed ob acrem vim etiam in aſthmate laudat BUCHWALD. p. 197. Cataplaſmate podagricum ſanatum habet WOOD. in Epiſt. ad RAJUM.

### ORDO II.
### II. FLOSCULIS IN AMBITU FEMININIS.
### I. NON LIGULATIS, NEQUE PATENTIBUS.

2. PETASITES floribus ſpicatis, pleriſque floſculis androgynis.
*Petaſites flore albo* CAM. Epit. p. 593. optime, THAL. p. 9. an AICHST. Hybern. T. 5. f. 2.? H. BRES. IONQ. ZWING. p. 754.
*Petaſites noſter, Leucanthemos* CAM. Hor. p. 122.

*Petaſites*

*Petaſites albus anguloſo folio* I. B. III. p. 567. RAJ. p. 261. ex I. B. PLUKN. PONTED. p. 159. MILL.

*Petaſites alpina* SCHWENKF. p. 155.

*Petaſites minor* C. B. LUGD. LOES. HERM. VOLC. VAILL. p. 404. LEOP. &c.

*Petaſites major albus, anguloſo folio* H. OX. III. p. 95.

*Tuſſilago major altera, vel petaſites minor* HOFM.

*Tuſſilago ſcapo imbricato, thyrſo faſtigiato, floſculis femininis nudis, paucis, centralibus hermaphroditicis* LINN. Cliff. p. 411. ROYEN. p. 159.

Icon C. GESNERI apud CAMERARIUM demonſtrat, indigenam fuiſſe. Prope *Bernam* ad *Arolam* ſub pago *Worlauffen* dicitur lecta fuiſſe a HAGENBACHIO. Circa *Ferriere* legit & miſit D. GAGNEBIN.

Thyrſus ſpicatus, ſpica brevi, uti in priori n. I. Folia anguloſe reniformia, ſubtus omnino lanugine incana. Flos primae ſpeciei, magnus, calyce ſurſum laxato, virente. Feminini floſculi pauciores, plures mares, longiſſimo tubo, conſpicua campanula ochroleuca.

Hoc eſſe videtur *Aconitum Pardalianches Matth.* in faucibus Jurae, inter *Gets* & *Miſſon* PONS in LUGDUN. p. 54. 55.

3. PETASITES floribus ſpicatis, floſculis pauciſſimis androgynis.

*Petaſites major, & vulgaris prima ſpecies* RUPP. p. 153.

*Petaſites in medio majoribus floſculis, reliquis minoribus* BUXB. pl. Hal. p. 258.

*Petaſites major, floribus longis pediculis inſidentibus* DILL. in RAJ. Syn. III. p. 179. Hort. Eltham. p. 309. ic. 297. ubi calyx paulo aliter pingitur, longus, ventricoſus, ora contracta, ſquamis multorum ordinum.

*Tuſſilago ſcapo imbricato, thyrſo oblongo, floſculis femininis nudis, centralibus hermaphroditicis pauciſſimis* LINN. Cliff. p. 411. ROYEN. p. 159.

*Petaſites maximus, maritimus, Boruſſiae* MENZ. Pugill. H. OX. III. p. 95. idem eſſe videtur.

*Petaſites* AICHST. l. c. hujus ſimilior eſt, calyce & ſpica.

Pro *minore* miſit I. GESN. Gottingae haec ſpecies vulgatior eſt *It. Hercyn.* n. 2.

Scapus altior, cubitalis, tripedalis. Folia maiora, non raro cubitalia, quae ad petaſum ſufficiant. Spica longior, laxior, floribus ex longioribus & ramoſis petiolis pendulis. Calyx magis cylindricus, ex duplici ſquamarum ordine, ſubrotundis ſquamis, & concinnius diſpoſitis, ut uno circulo calyx terminetur. Flos ſemper incanus adparet, ob pappum calyce longiorem, & femininorum floſculorum exiguitatem. His quinque breviſſimi dentes, campanula peranguſta, tuba longa, bicornis. Androgynus unus & duo, ſubrubelli, magna campanula, tuba clavata, ſtamina quinque libera, minime in tubum connata.

4. PETASITES ſcapo paucifloro, floribus ſubtus tomentoſis, albiſſimis.

*Cacalia tomentoſa* C. B. Prodr. p. 102. H. BLES. H. OX. III. p. 94. SCH. BOT. I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 130. T. 18. f. I. It. IV. p. 331. VAILL. p. 404. BOERH. etc.

*Petaſites minor* SCHEUCHZ. It. IV. p. 425.

A *Tuſſilagine ſcapo thyrſifloro faſtigiato, floribus radiatis* LINN. Lap. n. 303. differt foliis non ita profunde, neque triangulariter ſectis, (quae in Laponica fere Gei rotundifolii maioris ſimilia ſunt) & floribus pauciſſimis.

Non rariſſima in alpibus, v. g. in adſcenſu *Gemmii*, quo ex valle *Frutingenſi* pervenitur ad *Spithalmatte*. In humidis prope *Filiſür* HUBERUS.

Radix craſſa, lignoſa. Folia ex radice modo fere triangularia, modo cordis forma, ſuperne ex atro virent, modico tomento conſperſa, ſubtus albiſſimo tomento obducta, argute ſerrata. Caulis, quem rarius edit, humilis: Spica pauciflora; tres pingit SCHEUCHZER. magnos, calycum imbricatis ſquamis multorum ordinum.

* PETASITES *minor, folio anguloſo craſſiori* T. in catalogo ſeparatur a SCHEUCHZ. & indicatur, in M. *Pilati*, ſupra *thermas Fabarias*, alibique in alpibus Helveticis. Sed ignotum, & abſque ſynonymo a TOURNEF. propoſitum, deſcribere nequeo.

5. PETASITES ſcapo unifloro, floſculis in ambitu femininis, tubuloſis.

I. *Hemionitis* Icon poſt Dioſcoridem Ruellii ad c. 129. L. 3.

*Tuſſilago foliis minoribus & ſolidioribus* GESN. Fract. p. 65.

*Aſarina* MATTH. p. 38. peſſime, flore radiato, quem melinum dicit eſſe.

*Aſarina Matthioli* TAB. p. 752. *flore Anthemidis* I. B. III. p. 566.

*Tuſſilago alpina minor* SCHWENCKF. p. 212.

*Aſarina foliis aſari* C. B.

II. α foliis tomentoſis.

*Tuſſilago alpina I. caneſcente folio, flore aperto* CLUS. p. CXII. & eadem *flore evanido* p. CXIII.
*Tuſſilago alpina I.* EIUSD. Pann. p. 497. cum icone evanidi floris.
*Tuſſilago montana minima* LOB. ic. p. 590. cum duabus ex CLUSIO iconibus, LUGD. p. 1053. & *alpina altera Cluſii* p. 1052.
*Tuſſilago alpina minor, folio rotundo* I. B. III. p. 565.
*Tuſſilago alpina rotundifolia, caneſcens* C. B. H. OX. III. p. 130. MUR. p. 641. SCHEUCHZ. It. IV. p. 342. TIT. It.
*Tuſſilago alpina* RAJ. Hiſt. p. 260. Syll. exter. p. 251.
*Tuſſilago parva alpina* MENZ. Pug.
*Petaſites alpina rotundifolia, minima, caneſcens* SCHEUCHZ. It. VII. p. 516. cum deſcriptione.
*Senecio alpinus, rotundifolius, parvus* PONT. p. 155.
*Petaſites monanthos, rotundifolia, glabra* VAILL. p. 405.
III. *Tuſſilago glabro fere folio* CLUS. Pann. p. 498. 499.
*Tuſſilago II.* IBID. p. 498. quam iconem pro ſpecie flore aperto exhibet in *hiſtoria*.
*Tuſſilago alpina glabro folio* CLUS. Hiſt. p. CXIII. & II. in icone, ſine flore; RAJ. Syll. exter. p. 257. Hiſt. p. 260.
*Petaſites alpina rotundifolia glabra* C. B. P. TIT. WAGN.
*Petaſites monanthos rotundifolia, glabra* VAILL. p. 403.
I. II. III. *Tuſſilago ſcapo fere nudo, unifloro, foliis cordatis, angulatis, denticulatis* LINN. Cliff. p. 411. ROYEN. p. 159.
β *Flore albo* I. GESNER. ad radicem M. *Gletſcher*, ſupra thermas Valeſias.

In alpinis & altioribus *Jurae* nemoribus locisque ſubudis, umbroſis, minime rarus.

Caulis verus, qui praeterea radix eſt, proſternitur, & longe folia edit, fibrillasque nutritias. Folia longe petiolata, firma carne, ambitu reniformi, acute circumcrenata; juniora tomentum ſubtus habent, quod adulta dejiciunt. Scapus paucis ſquamis conſperſus, dodrantalis. Flos ſpecioſioris magnitudinis, quam priores. Calyx purpureus. Feminini floſculi unico ordine ad decem, campanula minima, bifida: Androgyni ad 28. conſpicui, purpurei, tuba perinde bicorni & eminente. Semina priſmatica, ſtriata.

6. PETASITES ſcapo unifloro, floſculis in ambitu ligulatis.
*Ungula Caballina* BRUNF. L. I. p. 41. absque flore, TRAG. p. 418.
*Tuſſilago* FUCHS. p. 140. RUELL. p. 557. CORD. Dioſc. p. 58. MATTH. p. 844. CAM. Epit. p. 590. 591. cum charactere, LUGD. AICHST. Hybern. T. 6. f. 1. I. B. III. p. 563. PARK. H. OX. III. p. 130. RAJ. p. 259. RUPP. &c.
*Bechium ſ. farfara* DOD. p. 596. duae icones.
*Tuſſilago farfara* LOB. p. 589. ex DODON.
*Tuſſilago, quae vulgo farfara* CAES. p. 490.
*Tuſſilago vulgaris* CAM. Hort. C. B. Baſ. p. 58. T. aut. de Par. p. 235. I. R. H. PONT. p. 235. MAGN. Char. p. 124. VAILL. Memoir. 1720. & ic. I. p. 375. IC. REG.
*Tuſſilago ſeu farfara* VOLC. BLAKW. T. 204.
*Tuſſilago ſcapo imbricato, unifloro, foliis cordatis, angulatis, denticulatis* LINN. Cliff. p. 411. ROYEN. p. 159.

Nihil frequentius primo vere ad foſſas, & in agris ſubhumidis.

Scapus primus prodit, ſquamis adſperſus frequentibus, dodrante minor, uniflorus. Folia ex imo caule ſubnaſcuntur, utcunque cordata, anguloſa, ſerrata dentibus ſemilunaribus. Calyx fere uti in n. 3. ex unico ordine foliorum longorum, in cylindrum conjunctorum, cum aliis ad baſin acceſſoriis. Semifloſculi radiati, plani, numeroſiſſimi, ſed ligulati, ſine obtuſo, flavi: feminini floſculi ad triginta, luteoli, eminente vagina flava, & tuba clavata, minime bicorni, campanula ſpecioſa.

Folia amara, ſubviſcida, creduntur lenire, & aperire; hinc in morbis pectoris, phthiſi, aſthmate &c. cum floribus, in infuſo, decocto, & fumo, tabaci modo adſumta, qui modus antiquiſſimus etiam PLINIO notus fuit, in frequentiſſimo uſu ſunt BUCHWALD. p. 279. &c. Ad calculum comminuendum, ſuccum copioſe ſumtum commendant (COMM. NORIC. 1736. p. 394.) nimis, vereor, debilem. Ex lanugine radicis fomes paratur SCALIGER. *de Subtilit. Exerc.* 180.

SENECIONEM ob ſummam ſimilitudinem, cum DILLENIO & LINNAEO ad Iacobaeam retuli.

## CORYMBIFERAE DISCOIDEAE.
## ORDO III.
## PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.

*XERAN-*

## XERANTHEMUM.

TOURNEF. T. 284. VAILL. 1718. p. 222. LINN. n. 643.

Calycis imbricati primae ſquamae ovales, exigua ariſta; ultimi ordines longi, pungentes; ſicci omnes & ſplendentes. Floſculi in ambitu feminae, ſemine villoſo, quinque triangularibus ſquamis coronato, floſculo ſtrictiori, longiori: Androgyni interiores, latiori campanula, eminente vagina, ſquamis erectis floſculorum longitudine.

1. XERANTHEMUM capitulis inapertis. T. XXIII.

*Xeranthemum* GESNERI apud I. B. iii. p. 25. RAJ. p. 287.

*Stœbe incana altera, Cyani aut Jaceae capitulis, & flore Ptarmicae vulgaris herbariorum* LOB. Adv. p. 235. ic. p. 544.

II. *Ptarmicae Auſtriacae affinis, nata Cluſio* CLUS. poſt. p. 32.

*Jacea oleae folio, minori flore* C. B.

*Xeranthemum flore ſimplici purpureo minore* I. R. H. VAILL. p. 223.

*Jacea incana, cyani capitulis* C. B. P.

*Xeranthemum oleae folio, capitulis ſimplicibus, incanum, foetens, flore purpuraſcente minore* MORIS. III. p. 47. Cur foetens? contra fidem CLUSII & noſtram obſervationem. An de alia planta agitur?

*Xeranthemum incanum, flore albo* I. R. H. MAGN. Hort. VAILL. p. 223.

*Xeranthemum Valeſiacum flore clauſo* COMM. LIT. 1731. Spec. L. Vid. iconem T. noſtr. XXIII.

Ad vias *Valeſiae* circa *Sideram* & *Leucam*. In herbis ſiccis C. B. erat, adlatum ex Hiſpania. GAGNEBINVS etiam miſit, in Gallia Narbonenſi lectum.

Exigua radix: Caules multi, parum ramoſi, lignoſi, erecti, pedales, folioſi, una cum foliis lanugine tecti. Folia linearia, acuta, ſuperne ſubatra, inferne alba, utrinque lanuginoſa. Caules ſinguli flores terminant, ſquamis imis argenteis, ultimis, quae pro radiis ſunt, carneis, aut albis, nunquam patentibus, uti quidem ſolent in hortenſi ſpecie. Similes inter floſculos bracteae.

## BIDENS.

TOURNEF. T. 262. LINN. n. 641. JUNG. Doxol. min.
*CERATOCEPHALUS* VAILL. 1720. p. 421. & f. 46. 47. 48.

Haec familia inter utrumque genus ambigit, radiata modo, modo nuda. Calycis ſquamae erectae, obtuſae, ſimileſque inter floſculos. Floſculi in ambitu ſi qui ſunt, ligulati, plani, tridentati, ſteriles ſunt, tuba deſtituti, ſemine abortivo, minime ariſtato: Veri vero androgyni, brevi tubo, campanula quadrifida & quinquefida. Semen longum, planum, medio dorſo eminente, cornubus rectis duobus, ſive retrorſum hamatis ariſtis, majoribus, floſculi longitudine, ex angulis praeditum, uno aut duobus cornubus minoribus, ex linea media, quae ſemen dividit. Olim BOBARTUS dentes fere quatuor eſſe monuerat (in Epiſt. poſt. RAJI.) Folia conjugata.

1. BIDENS foliis tripartito diviſis. CAESALP. p. 488.

*Verbena ſupina* TRAG. p. 211. abſque icone, T. aut. de Par. 60. I. R. H. & T. 262. MAGN. Char. p. 141. LINN. Lapon. n. 292.

*Verbeſina* GESN. Hort. p. 296 b

*Torbeſina Bononiae* EIUSD. p. 259 b.

*Hepatorium aquatile* DOD. p. 595. cum icone.

*Hydropiper, Pſeudohepatorium femina* LUGD. p. 1039. &

*Hydropiper alterum Dalechampii* IBID. an flore radiato?

*Verbeſina, ſ. Cannabina aquatica, flore minus pulchro, elatior ac magis frequens* I. B. II. p. 1073.

*Cannabina aquatica, folio tripartito diviſo* C. B. Baſ. p. 91. P.

*Conyza paluſtris, foliis tripartito diviſis* LOES. p. 53. ic. 10. flore radiato.

*Eupatorium aquaticum femina* RAJ. p. 360.

*Chryſanthemum cannabinum bidens, folio quinquepartito, ſ. vulgare* H. OX. III. p. 17.

*Ceratocephalus vulgaris, foliis tripteris & pentapteris, caule rubente* VAILL. Memoir. p. 423.

*Bidens coronis ſeminum retrorſum aculeatis, ſeminibus erectis* LINN. Cliff. p. 399. ROYEN. p. 157.

β *Caule flaveſcente* VAILL.

γ Varietas, ſiquidem hoc nomen meretur, foliis ſupremis tridentatis. *Bidens lamii folio longiori* BLANKENH. de Acmell. Palat. f. 1.

Nihil vulgatius ad foſſas.

Caulis valde brachiatus, bipedalis. Folia petiolata, ex una coſta tria, aut quinque,

 mino-

minora quidem ad latus, late cum coſta confluentia; medium amplius, pene rhomboideum; ſerrata omnia profundius. Sub flore corona latior foliorum plantae undulatorum. Calycis & placentae ſquamae virides, lineis nigris, quales & in floſculis ſunt. Semen ſurſum lateſcens, conpreſſo-triquetrum. Dentes plerumque tres, ſed duo perſtant, ſagittati iidem, uti ora deorſum hamata & aſpera eſt.

521 2. BIDENS foliis longe ellipticis, ſerratis, indiviſis.

*Eupatorium aquaticum femina ſeptentrionalium, ſtellato & odore flore* LOB. ic. p. 529.
*Conyza aquatica, foliis integris latioribus* THAL. p. 20.
*Bidens folio non diſſecto* CAES. l. c. T. aut. de Par. p. 249. I. R. H.
*Eupatorium cannabinum chryſanthemum* TAB. p. 117. bene.
*Conyza paluſtris* AICHST. Aeſt. Ord. 5. T. 7. f. 2.
*Verbeſina pulchriore flore luteo* I. B. III. p. 1074.
*Cannabina aquatica folio non diviſo* C. B. Baſ. p. 91.
*Conyza paluſtris, foliis ſerratis* LOES. p. 54. ic. II.
*Eupatorium aquaticum, folio integro* RAJ. p. 361.
*Chryſanthemum cannabinum bidens, foliis integris, oblongis* H. OX. III. p. 17.
*Forbicina vulgaris, folio integro* PONT. p. 248.
*Ceratocephalos Perſicae folio, flore luteo diſcoide* VAILL. p. 422.
Et *radiato* EIUSD. ib.
Icones WEINM. T. 375. *d.* & *e.* & f. I. BLANKENHORNII huc pertinent.
II. Omnino eadem eſt *Hepatorium aquatile, folio non diviſo, flore aureis undique petalis radiato* TRIUMPHETTI p. 65.
*Chryſanthemum aquaticum bidens, ſ. hepatorium aquatile, folio non diviſo, flore aureis petalis undique radiato* H. OX. III. p. 17. T. 5. f. 25.
β Varietas humilis, non ramoſa, quales autumno ad imum caulem majoris progerminant.
*Eupatorium cannabinum palmare & anguſtifolium* MERRET. p. 37.
*Verbeſina minima* DILL. Gieſſ. p. 167. nov. ſpec. p. 66. Syn. RAJ. p. 188. T. 7. f. 2.
*Ceratocephalos minimus integrifolius* VAILL. p. 422.
*Bidens palmare & anguſtifolium* LEOPOLD. p. 21.

Similibus locis *Bernae*, circa *Mathod.* &c.

Caulis ramoſiſſimus, erectus, cubitalis. Folia patula, longe ex ellipticis acuminata, ſerrata. Capitulum majus ſimile, etiam foliis ſuccinctum; ſquamae perinde nigro lineatae. Radii plerumque nulli: ſi adſunt, flavi, patentes, ſpecioſi, uno ordine. Ariſtae fere quatuor, quarum mediae breviores. Floſculi flavi.

Acris odor utriusque ſpeciei, quando teritur, vires aliquas promittit. Cum ergo videret NEBELIUS, aut certe diſcipulus ejus, Acmellam ex Bidentis genere eſſe, incubuit in hanc plantam, & facta analyſi eamdem omnino eſſe putavit cum Ceylanica; non botanice certe: an vero medicis notis conveniat, ignoratur.

## *C O R Y M B I F E R A E.*

### TRIBUS II.
### DISCO RADIATO.

JUNG. Phytol. c. XIX. VAILL. Memoir. 1720. p. 357.

Hae pleraque cum Diſcoideis communia habent; ſed circa floſculos diſci androgynos circumſtant feminini floſculi, quibus tubus brevis eſt, interius reſectus, exterius in planam bracteam expanſus, tubo plerumque longiore, quae fere ſemper ad angulum rectum ex flore patula exſtat. Semifloſculi ſteriles, in hoc genere rariores ſunt, contra quam CAMERARIUS adfirmat E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* I. *Obſ.* 107.

### ORDO I.
### PLACENTA SQVAMIS DISTINCTA.

## *B U P H T H A L M U M.*

LINN. n. 659.

*A S T E R I S C U S.*

TOURNEF. T. 283. VAILL. 1720. p. 429. DILL. Elth. p. 42.

Huic calycis ſquamae imbricatae, trium ordinum: ſemifloſculi apice trifido, & eorum ſemina plana, marginata, feminina, abortiunt. Ovaria vero floſculorum non marginata, quadrilaterae columnae figura ſunt, breviſſima coronula. Floſculi regulares,

lares, quinquefidi. Squamae inter floſculos cavae, exterius ovariis foecundis adponuntur.

1. BUPHTHALMUM flore nudo, foliis conjugatis.

*Cannabinae aquaticae ſimile, capitulis nutantibus* C. B. Prodr. p. 138.

*Conyza capite nutante* I. B. II. p. 1055. cum icone, in qua pappum videtur pingere & folia alterna: RAJ. p. 361.*.

C. B. *Michelfeldae.*

Habitus ita accedit ad Bidentem 2. ut confundi poſſint; & folia pariter conjugata ſunt, ſed toto diffident charactere. Calycis enim ſquamae paucae, late ex ovalibus acuminatae, laxe diſpoſitae. Semifloſculi breves & latiſſimi, tribus amplis dentibus diviſi, ſemine lato, plano, utrinque acuminato, breviſſimo pappo coronato. Tuba longa. Floſculorum ſemen ſimile videtur, paulo craſſius; ſquamae inter floſculos ellipticae; vagina longe eminet. Deinde capitula ex alis ſummorum foliorum prodeunt, omni corona foliorum deſtituta: Folia ipſa latiuſcula baſi amplexicaulia, deinde lateſcunt, & longo deſinunt mucrone, hirſuta & ſerrata. Caulis cubitalis, ex ſummitate ramoſus.

2. BUPHTHALMUM foliis linearilanceolatis, ſerratis, villoſis, calycibus nudis. LINN. Cliff. p. 464. ROYEN. p. 170.

*Aſter Pannonicus* CLUS. Pann. p. 526. ic. p. 527.

*Aſter III. Auſtriacus I.* EIUSD. Hiſt. p. XIII. MENZ. Ingolſt. p. 55.

*Aſter luteus major, foliis ſuccíſae* C. B. P. RUPP. BUXB. ZWING. p. 945.

*Aſter luteus Pannonicus primus* H. OX. III. p. 117. T. 21. f. 1. inter pappoſos.

*Aſter montanus luteus, flore pallido, foliis non ita rigidis, leviter una cum caule hirſutis* BURS. Act. Suec. p. 531.

*Aſter luteus Pannonicus major, ſ. Auſtriacus primus* CLUSII RAJ. p. 267. ? certe pappoſum dicit ſemen.

*Chryſanthemum Aſteris facie, foliis ſuccíſae* HERM. Hort. p. 144. flor. p. 34. primus ſuae ſedi reſtituit.

*Aſteriſcus calyce brevi, anguſtifolius* BOERH. p. 105.

*Aſteriſcus perennis villoſus, ſerratus, calyce imo non folioſo* VAILLANT. p. 430.

II. Omnino huc pertinet:

*Conyzae ſpecies alia, caule cubitali* GESN. Coll. p. 70.

*Conyza major altera* THAL. p. 21. ic. II. optime.

*Conyza montana lutea, foliis oblongis* C. B. P.

*Aſter montanus luteus, foliis oblongis* I. R. H.

Adeoque VAILLANTIUM, qui haec nomina inter Helenia habet, de alia planta dicere neceſſe eſt.

Circa *Langenbruk* ad ſepes abunde, verſus *Wallenburg* It. Helvet. n. LXXXVII. HUBERUS circa *Weſen.* In *Neocaſtrenſi* comitatu naſci D. DIVERNOI.

Caulis hirſutus, erectus, ramis erectis, unifloris; cubitalis, & ultra. Folia longe elliptica, longe mucronata, margine breviter & rariter ſerrato; ſubaſpere hirſuta. Flos caulem terminat ſpecioſa magnitudine, nulla omnino corona folioſa ſuſceptus. Calycis ſquamae hirſutae. Flos totus flavus; petala plana, trinervia, apice anguſtiori, tridentato.

Eamdem plantam, cum nomine *Aſteroides Salicis folio*, miſit ex M. *Uetliberg* I. GESNERUS.

3. BUPHTHALMUM floribus nudis, foliis ſubtus incanis, pinnatis, pinnis argute ſerratis.

*Chamomilla crocea* RUELL. p. 569.

*Chamaemelum Chryſanthemon* FUCHS. p. 26. non bene.

*Buphthalmum* GESN. Ind. p. 15: MATTH. p. 909. bene, CAM. Epit. p. 651. male, TAB. p. 21. C. B. Baſ. p. 41.

*Chryſanthemum verum* GESN. Coll. p. 68. *b.*

*Buphthalmus, Germanis Streichblumen* TRAG. p. 152.

*Chryſanthemon quibusdam* CORD. Dioſc. p. 60.

*Anthemis* GESN. Schol. ad c. 154. L. III.

*Buphthalmum vulgare* CLUS. Pann. p. 569. RAJ. p. 349. *Chryſanthemo congener* CLUS. Hiſt. p. 332. bene.

*Cotula lutea* DOD. Coron. p. 241. Hiſt. p. 259. abſque icone.

*Buphthalmus, oculus bovis* LOB. ic. p. 772. male.

*Chamaemelum, Chryſanthemum quorumdam* I. B. III. p. 122. VAILL. p. 413.

*Buphthal-*

*Buphthalmum Tanaceti minoris foliis* C. B. I. R. H. PONT. p. 253. MAGN. Char. p. 126. I. R. H.
*Chryſanthemum foliis Tanaceti* LOES. p. 47. ic. 9.
*Chryſanthemum Tanaceti folio, flore aureo, Italicum* BARR. ic. 465. bene.
*Chryſanthemum perenne, brevioribus & incanis foliis, Tanaceti inſtar alatis* H. OX. III. p. 20.
*Buphthalmum caule ramoſo, foliis pinnatifidis linearibus, laciniis ſerratis, dentatis, floribus pedunculatis* LINN. Cliff. p. 414. ROYEN. p. 171.

β *Flore pleno* LEOPOLD.

Non ita, uti in Germania, frequens eſt. Ad Rhenum tamen legi. C. B. in dumetis prope rudera *Auguſtae*, & non longe a *Riehen*. I. B. *Baſileae*, extra portam *Lapideam*.

Caulis durus, pedalis & ultra, ramoſiſſimus. Folia viridia, inferne incana, petiolo lato, pinnata, pinnis ſimplicibus, acute dentatis, nervi latitudine. Singulus ſuum ramum flos terminat, ſpecioſus, patulus. Calycis ſquamae denſiſſime in hemiſphaerium congeſtae. Semifloſculi latiuſculi, tridentati, cum floſculis flavi. Squamae placentae fine acuto, quaſi ariſtato. Semina in ambitu omnino incurva, per medium ſulcata, lateribus tenuibus, quaſi alatis; ſub floſculis vero quadrangula.

De odore & viribus Chamaemeli participat, cujus faciem prae ſe fert. Pulverem florum ad icterum CAMERARIUS, ad volvulum expertus laudat EHRHARD. ad LONICERUM p. 36. Doſin facit drachmarum duarum. Urinam ciet BRASSAVOLA.

## *ACHILLEA.*

VAILL. p. 414. LINN. n. 661.
*MILLEFOLIUM* TOURNEF. T. 283.
& *PTARMICA* T. 283.

Calycis ſquamae denſe imbricatae, ordinatim terminatae, & hemiſphaericae: Semifloſculi breviſſimi, ut latitudo vix cedat longitudini; trinervii, tridentati; deinde pauci, vix ſupra decem.

### I. ACHILLEAE FOLIIS INTEGRIS.
*PTARMICA* T. 283. BOERH.

1. ACHILLEA foliis integris, minutiſſime ſerratis. VAILL. p. 416. LINN. Cliff.
532 p. 412. ROYEN. p. 176.

*Tarchon* GESN. Ind. quadr. p. 126. *qui in pratis quibuſdam luxuriat* EIUSD. Epiſt. ad I. B. p. 96.
*Ptarmice* FUCHS. p. 638. 639. GESN. Coll. p. 99 b.
*Pyrethro cognata herba* GESN. Hort. p. 275 b.
*Millefolium tertium* TRAG. p. 478.
*Tanacetum album ſeu acutum* EIUSD. p. 159. ex FUCHSIO.
*Ptarmica* CORD. Dioſc. L. 2. c. 192. MATTH. p. 585. CAM. Epit. p. 354. RAJ. p. 344. BLAKW. T. 276.
*Ptarmica vulgaris* CLUS. p. XII. AICHST. Aeſt. Ord. XI. T. 5. f. 3. non bene, PARK.
*Draco ſylveſtris, ſ. Ptarmice* DOD. p. 710.
*Ptarmica, ſ. Ptarmica folio Taraconis, vel ſternutatoria* LOB. ic. p. 455.
*Quaedam in aſperis* CAES. L. 12. c. 25.
*Ptarmica vulgaris folio longo, ſerrato, flore albo* I. B. III. p. 147. T. aut. de Par. p. 297. I. R. H. PONT. p. 260. MAGN. Char. p. 129.
*Dracunculus pratenſis, ſerrato folio* C. B. Baſ. p. 27. P.
*Dracunculus pratenſis viridis, ſ. Ptarmica vulgaris folio ſerrato* H. OX. III. p. 40.
β *Humilior* HERM. Hort.
γ *Flore pleno* CLUS. cum icone, C. B. MERR. MUNT.
δ *Ptarmica alpina foliis anguſtis, partim ſerratis, partim integris* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 107. T. 85. I. R. H. non videtur differre.
*Ptarmica, ſ. Dracunculus pratenſis minor, viridis, foliis profundius & elegantius inciſis* PLUKN. Mant. p. 157.

In humectis abunde circa *Bernam* &c.

Caulis firmus, cubitalis, ramoſiſſimus, erectus. Folia firma, fragilia, viridia, longa, linearia, argute ſerrata. Flores in umbellas laxas, toti cum diſco albi; tubis tantum in ſemifloſculis fuſcis, luteis in diſco. Squamae inter flores apice ſubhirſutae. Calyx ſubhirſutus. Semifloſculi pauci, ad undecim.

Acris odor eſt & aromaticus. Salivam maſticata movet, & faucium mucoſis obſtructionibus prodeſt BOERHAAVE.

2. ACHIL-

2. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis ſerratis maximis, extremis confluentibus.
*Dracunculus alpinus, foliis ſcabioſae* C. B. Prodr. p. 59. P. RAJ. Syll. exter. p. 119. Hiſt. p. 344. WAGN.
*Tanacetum alpinum* BURS. Act. Suec. p. 503. ex loco natali.
*Tanacetum inodorum, Leucanthemum alpinum* BARR. ic. 991. non placet.
*Dracunculus latifolius alpinus, folio ſcabioſae* H. OX. III. p. 41. &
*Bellis perennis, matricariae folio* IBID. p. 30.
*Ptarmica alpina, matricariae foliis* TRIUMPH. Obſ. p. 83. cum bona icone, RAJ. Syll. p. 209. BOCCONE p. 150. T. 110. ex TRIUMPH. I. R. H. IC. REG. PONT. p. 262.
*Corymbifera, Millefolii umbella, folio alato & laciniato* RAJ. p. 345. pro nova.
*Achillea, Matricariae folio, flore albo* VAILL. p. 405.

In adſcenſu *Gotthardi* ab ipſo ponte *Teufelsbrück*, ſurſum. In *Grimſula* M. ad viam abunde. In M. *Stifel Abbatiſcellanorum* I. GESNER. & in deſcenſu M. *Furkmatt*. Infra *Weiſſenſtein* HUBERUS. Ad *fabarias* etiam *Thermas* C. B.

Radix lignoſa. Caulis erectus, non ramoſus, cubitalis & ultra. Folia pinnata, primis pinnarum tribus paribus minoribus diſtinctis, reliquis cum coſta confluentibus. Pinnae firmae, virides, omnes profunde & acute circumſerratae, parte vero inferiori profundius, ut pene ſemipinnatae ſint. Flores in umbellam, quae caulem terminat. Squamae calycis glabrae, ſubluteae, oris fuſcis & ſiccis. Semifloſculi pauci, ſex, ſeptem; cum diſco albi. Squamae inter flores glabrae.

3. ACHILLEA elatior, foliis pinnatis, pinnis minutiſſime ſerratis, VAILL. 1720. p. 416.
*Ptarmica alpina, foliis profunde inciſis* I. R. H.
*Ptarmica alpina, millefolii folio* BOCC. Muſ. di Piant. p. 144. T. 101.

SCHEUCHZER. in editioribus alpium Helveticarum.

Foliis a priori diverſa eſt, quae amplexicaulia ſunt, ſemipinnata, coſta folioſa, pinnis latiuſculis, acutis, lanceolatis, nonnunquam dentatis, nonnunquam intermiſtis minoribus. Calyce pallido differt ab Achillea alpina n. 6. cujus praeterea ſatis ſimilis eſt, altior tamen, & laxior.

4. ACHILLEA foliis ſericeis, petiolo longo, lateſcente, ſine lato, ſemipinnato.
*Abſinthium montanum umbelliferum* CLUS. Pann. p. 555. ic. p. 553.
*Abſinthium alpinum umbelliferum* CLUS. Hiſt. p. 340. RAJ. Syll. p. 48.
*Abſinthium album* LOB. Ic. p. 753. TAB. p. 4. RAJ. p. 345. *capitulis ſcabris* LUGD. p. 946. ex LOBELIO.
*Abſinthium album ſquamoſis capitulis* I. B. *de Abſinth.* p. 76.
*Abſinthium albis floribus, capitulis ſquarroſis* I. B. III. p. 185.
*Abſinthium alpinum umbelliferum latifolium* C. B. P. TIT. p. 2. It. &c.
*Dracunculus argenteus, ſ. Ptarmica incana humilis, foliis laciniatis, Abſinthii latioribus aemulis* H. OX. III. p. 40. T. 10. f. 5.
*Ptarmica humilis incana, foliis laciniatis, Abſinthii aemulis* HERM. PLUKN. MAGN. I. R. H. PONT. p. 262.
*Achillea humilis incana, Coronopifolia, flore candido* VAILL. p. 416.
*Achillea foliis ſinuato-lanceolatis, planis, villoſis, nitidis, obtuſis* LINN. Cliff. p. 412. ROYEN. p. 176.

C. B. & WAGNERUS inter alpinas Helveticas numerant.

Radix lignoſa; caulis ad terram folioſus, ſuperne pene nudus, umbella terminatus, dodrantalis. Folia Abſinthii fere, tomento albo nitente obſita, petiolo longo, latiuſculo, lateſcente, ſine palmato, ſive ſemipinnato, profunde tribus ad ſeptem pinnis ſimplicibus, aut ſemel dentatis, diviſo. Flores in umbella ad viginti. Squamae calycis ſubhirſutae, ſubluteae, ora ſicca fuſca. Semifloſculi albi, circiter octo.

5. ACHILLEA foliis pinnatis, lanugine totis obductis, floribus albis umbellatis.
*Millefolium alpinum, incanum, flore ſpecioſo* I. B. III. p. 138. H. OX. III. p. 39. T. XI. f. 11. RAJ. p. 347*. Syll. ext. p. 182. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 138.
*Millefolium alpinum tomentoſum odoratum nanum* BOCCONE Muſ. di Piant. p. 166. &
*Millefolium tomentoſum odoratum* EIUSD. T. 120.
*Millefolium alpinum flore ſpecioſo* SCHEUCHZ. It. IV. p. 338.
*Achillea alpina incana flore ſpecioſo* VAILL. p. 415. confundit cum varietate minore ſpeciei noſtrae ſextae.

F. PLATER. ex *Valeſia* habuerat. SCHEUCHZER. in altiſſimis jugis *Averſanorum* &

*Praegallienſium* montium. Copioſiſſime naſcitur in deſcenſu *Furcae* M. verſus fontem *Rhodani.* Ibidem SCHEVCHZER.

Caulis folioſus, humilis, vix ſemidodrantalis, umbella terminatur. Folia tota longa lanugine obnupta, pinnata, pinnis plurimis, linearibus, aliquando uno aut altero dente notatis. Calyces pene ſpadicei, lanuginoſi. Radii albi, ſex ad octo.

In M. *Ceniſio* decocto utuntur, uti planta *Genipi.* BOCC. muſ. di Fiſ. p. 191.

6. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis longis, acutis, ſubhirſutis, raro dentatis.
*Parthenium alpinum* CLUS. Pann. p. 262. Hiſt. p. 336. RAJ. Syll. p. 198.
*Millefolium alpinum* I. B. III. p. 139. *de plant. a Div.* p. 55.
*Matricaria alpina Chamaemeli foliis* C. B. P. RAJ. p. 398. PLUKN. an SCHEUCHZ. It. IV. p. 338? cum flores neget eſſe multo majores floribus vulgaris millefolii.
*Millefolium alpinum leve, ampliore folio* H. OX. III. p. 39.
Et *Millefolium alpinum hirſutum* IBID. p. 38.
*Chamaemelum alpinum ſaxatile perenne, flore albo ſingulari, calyce nigricante* TILL. T. 19.
*Anthemis alpina ſaxatilis umbellata perennis, calyce nigricante* MICH. p. 33.
β Quid eſt varietas *foliis pinnatis* BURS. p. 503?

In ſaxoſis altioribus alpium, *Grimſulae*, *Gotthardi*, *Furcae*, *Gemmii* abunde. In M. prope *Weſen* I. B.

Radix craſſa, lignea; caules multi, duri, vix ſemipedales. Folia viridia, ſubhirſuta, pinnata, pinnis longis, linearibus, acutis, aliquando dentatis, nervo lato. Umbella florum caulem terminat, ſpecioſorum, ad octo lineas latorum. Calycis ſquamae leves, e luteo virides, ora ſicca & nigra. Petala plana, pauca, ſex, octo; alba.

Odor grate & acriter aroma ſpirat. SCHEUCHZERVS deſtillari ait a Valeſiis, & pro cephalico atque uterino medicamento haberi. Alpicolae noſtri perinde *Genipi* vocant, uti *Abſinthium* alpinum, & ſimiliter inter vulneraria principe loco ponunt.

Decocti unciis octo in Pleuritide ſudorem ſibi movere alpicolas BOCC. *Muſ. di Fiſ.* p. 191.

β *Iva moſchata* GESN. Hort. p. 263. Epiſt. p. 66.
*Chamaepitys millefolio alpino ſimilis, differens odore* GESN. add. ad Hort. 236.
*Tanacetum parvum alpinum* LUGD. p. 956. male.
*Aſſenzo III. alpino umbellifero* PON. Ital. p. 220.
*Millefolio alpino affinis planta, quibuſdam Iva moſchata* I. B. III. p. 140. RAJ. p. 347 *. Syll. ext. p. 282. ZWING. p. 504.
*Tanacetum alpinum odoratum* C. B. P. SCHEUCHZ. It. II. p. 142. T. 21. f. 3. It. VI. p. 462.
*Dracunculus argenteus ſ. Ptarmica alpina humilis, alatis foliis* H. OX. III. p. 41.
*Anthemis alpina ſaxatilis odorata minima perennis, floribus exiguis umbellatim conpactis* MICHEL. p. 53. n. 14.

In *M. Braulii* jugo GESNER in alpibus *Rhaeticis* I. B. *Praegallienſibus* SCHEUCHZER. In M. S. *Bernardi.*

Diſtinguunt auctores, etiam melioris notae I. B. & SCHEUCHZERVS. Sed in exemplaribus C. B. & iconibus SCHEUCHZERI nulla omnino diverſitas eſt.

7. ACHILLEA pinnis foliorum ſemipinnatis, & varie inciſis.
An *Achillea* CORD. p. 136. & *Dioſc. IV.* p. 36?
*Millefolium purpureum* C. GESN. add. ad Hort. p. 268. TAB. p. 130.
*Millefolium majus* MATTH. p. 1141. CAM. Epit. p. 877. male, ZWING.
Et *Stratiotes millefolium* MATTH. p. 1007. bene.
*Millefolium rubro flore* CLUS. Hiſt. p. 331. non autem icon.
*Millefolium ſ. Achillea* DOD. p. 100. icon, non deſcriptio.
*Millefolium terreſtre vulgare, Stratiotes; Millefolium Dioſcorid.* LOB. p. 747. icon, non nomina, quae ad ſequentem referuntur.
*Millefolium purpureum majus* C. B. Prodr. p. 72. RAJ. p. 347 *. MOR. III. p. 39. I. R. H. ZWING. p. 918. MAPP. p. 198.
ll. *Millefolium montanum Tanaceti foliis, flore purpureo* DODART. MOR. l. c.
*Ptarmica alpina Tanaceti folio, flore purpureo* I. R. H.
l. ll. *Achillea Tanaceti folio, flore purpureo* VAILL. p. 415.
β *Flore albo* H. OX. VAILL.

C. GESNER in pratis circa *Curiam.*

Caulis erectus, cubitalis, durior. Folia multo latiora, quam ſequenti, pinnata, pinnis ſemipinnatis, laciniis varie dentatis, inordinatis, petiolis latis. Vmbellae laete purpureae. Squamae fuſca ora alatae, & reliqua eadem Achilleae n. 6.

8. ACHIL-

8. ACHILLEA pinnis foliorum plurimis, longe aequalibus, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis.

*Millefolium album* BRUNF. III. p. 171.
*Millefolium* RUELL. p. 595. DORST. p. 190. icon exterior, CAES. L. 12. c. II. BOOT. Ic. 36. BLAKW. T. 18.
*Millefolium terreſtre majus* CORD. p. 139.
*Stratiotes millefolia* FUCHS. p. 727. CORD. Dioſc. p. 63 *b*. & IV. c. 36.
*Millefolium vulgo dictum* GESN. Hort. p. 268. Coll. p. 90 *b*.
*Millefolium purpurei floris* DOD. p. 100.
*Millefolium terreſtre purpureis floribus* LOB. p. 747. icon.
*Millefolium minus* MATTH. p. 1042. male.
*Millefolium terreſtre minus Dioſcoridis* TAB. p. 130. commode.
Et *Millefolium purpureum* EIUSD. ib. potius enim hujus, quam prioris ſimile eſt.
*Millefolium ſtratiotes, pennatum, terreſtre* I. B. III. p. 136.
*Millefolium vulgare purpureum minus* C. B. Baſ. p. 42. H. OX. III. p. 38. T. aut. de Par. p. 347. I. R. H. PONT. p. 260.
Et *Millefolium vulgare album* C. B. Baſ. p. 42. H. OX. l. c. T. aut. de Par. p. 118. I. R. H. PONT. p. 258. MAGN. Char. p. 130. ZANICH. p. 187. ic. 143.
*Millefolium vulgare* PARK. RAJ. p. 345.
*Achillea vulgaris, flore albo* VAILL. p. 415.
Et *carneo* EIUSD. ib.
Et *purpureo* EIUSD. ib.
Icon MERIANAE LXVII.
*Achillea foliis pinnato-pinnatis* LINN. Lap. n. 311.
*Achillea foliis duplicato pinnatis, glabris, laciniis linearibus acute laciniatis* LINN. Cliff. p. 413. ROYEN. p. 175.

Ubique ad vias, frequentius albo flore, deinde carneo diluto, raro laete purpureo; uti in n. 7.

Caulis erectus, pedalis. Folia & ad caulem, & ad terram plurima, in circulum poſita, firma, ſubhirſuta, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis trifidis, & quinquefidis. Pinnarum paria plurima ſunt, lente & creſcentium, & decreſcentium, petiolis latis. Umbellae denſae; ſquamae virentes, ora dilutiſſime fuſca. Petala plana quatuor aut ſex, floſculi medii ochroleuci, aut carnei. Semen griſeum, leniter incurvum, hinc convexum, inde cavum.

9. ACHILLEA pinnis foliorum & pinnulis remotis, & anguſtis pinnulis plurimis.

*Nobile millefolium* TRAG. p. 476. bene.
*Millefolium terreſtre minus* CORD. Dioſc. L. 2. c. 58. & p. 139. Videtur.
*Millefolium Stratiotes* GESN. Hort. p. 268.
*Millefolium Tanaceti odore* GESN. Epiſt. ad I. B. p. 101 *b*.
*Tanacetum minus* DOD. ic. II. p. 315. *ſive album* EIUSD. pempt. p. 37.
*Tanacetum minus, candidis floribus* LOB. ic. p. 750. non bene.
*Achillea* MATTH. p. 1007. non bene, ſi haec eſt. Sed videtur potius ad ſpeciem 7. pertinere; CAM. Epit. p. 750. CAES. p. 481. de hac videtur.
*Sideritis Matth.* LUGD. p. 772.
*Achillea, millefolium nobile* TAB. p. 129.
*Achillea millefolia odorata* I. B. III. p. 140.
*Tanacetum minus album, odore camphorae* C. B. Baſ. p. 40. r.
*Achillea ſ. millefolium nobile* RAJ. p. 386. VAILL. p. 414.
*Millefolium nobile & Stratiotes vera* H. OX. III. p. 38.
*Millefolium nobile* RAJ. Syll. ext. p. 182. I. R. H. PONT. p. 259. MAPP.

GESNER *vorm Steinthor Baſileae*. C. B. in agrorum limitibus verſus *Haeſingen* & circa pontem *Wieſae* in arenoſis. Copioſe *Biennae* reperi *auf der Paſſgartflüh*. *Neocomi* D. DIVERNOI.

Altius eſt vulgari, pedali majus, folioſo caule, pinnis foliorum, quae in n. 7. & 8. pleraeque proximae ſunt, remotioribus, longioribus, paribus pinnularum ſex & ultra, anguſtioribus, magis lanuginoſis, petioli etiam ubique anguſtiores. Tubae flavae, inde facies floris ochroleuca. Odor multo gratior, & acrius aromaticus. Calyces ſubfuſci, & lanuginoſi.

Vulnerarium medicamentum eſt, ex praecipuis, reſolvendo, deinde roborando, acri illud vi, hoc terrea adſtringendi praeſtat. Succus ad aliquot uncias potus ad fluorem album, gonorrhoeas, ad haemorrhagias valet, & pulmonum labem. In haemorrhoidibus ſiſtendis in ſe ipſo expertus laudat BUCHWALD. p. 178. in haemoptyſi

moptyſi BRESLAV. 1718. M. Mart. BAIER. apud LANG. de *millefol.* p. 14. uteri haemorrhagiis THOMASIUS ibid. p. 16. ſanguine ex inteſtinis fluente a nimio conatu CHOMEL. p. 574. (ſucco ad ſex uncias dato) conſolidando vulneri lithotomi utuntur. Infuſum theiforme gratiſſimum eſt, ad cardialgias, ad lochia ſuppreſſa, ad colicam. Succus urinas cruentat C. HOFMAN. menſesque revocat BUCHWALD. & naribus immiſſus ſanguinem ciet, indicio virium penetrabilium. STAHLIUS non alio medicamento tonico, & ſtomachico frequentius uſus eſt. In debilitate hypochondriaca, febribus intermittentibus, phthiſi aliisque malis mire laudatur a F. HOFMANNO. Oleum ſtillatitium, perinde uti Chamaemeleum, ſapphirino colore eſt PETZSH. *de millef.* p. 15. 26. &c. Haec omnia de priori ſpecie 8., ſed longe magis de hac valent, quae multo praeſtantior eſt.

10. ACHILLEA pinnis aequalibus, confertis, tomentoſis, pinnulis capillariter diviſis.

*Achillea minima* BURS. l. c. p. 503.
*Millefolium odoratum minus Monſpelienſium* HORT. BLES. H. OX. III. p. 38. RAJ. p. 346.* Syll. ext. p. 182. ZWING. p. 618. SCHEUCHZ. It. VII. p. 515. &c.
*Tanacetum minus, albo millefolii flore, odorum* BARR. ic. 692. bene.
*Millefolium odoratum minus album* I. C. ROB. T. 140.
*Millefolium odoratum Monſpelienſe* I. R. H. TILL. GARID.
*Achillea odorata minor Monſpelienſium* VAILL. Mem. p. 415.

Circa arcum *Valeriam Seduni* legi. Ibidem SCHEVCHZER. HUBERVS verſus *Ripam*, quae prope *Clavennam* eſt.

Priori accedit, habitu erecto, folioſo, hirſuto, ſed etiam magis lanuginoſum eſt, pinnae vero multo propiores & multo breviores, pinnulae penitius capillaceae, calyx totus pallens, flos albus, minimus, odor gratior, & aromaticus.

β *Millefolium alpinum* CLUS. p. 331. Pann. p. 562. SCHEUCHZ. It. IV. p. 338. *incanum, carneo flore* C. B. RAJ. Syll. p. 182. Hiſt. p. 347.* I. R. H. ZWING. p. 918.
*Millefolium alpinum Cluſio, incanum, nonnihil carneum* I. B. III. p. 138.

In *Gemmio* M. idemque a I. GESNERO habeo, ſed flore utrumque albido.

Non video, qua ratione a priore ſeparetur.

Huic ad conglutinanda vulnera principem potentiam eſſe BOCCONE *oſſerv.* p. 128. *Muſ.* di Fiſ. p. 216. etiam ad gonorrhoeam.

11. ACHILLEA pinnis foliorum aequalibus, tomentoſis, pinnulis primis trifidis, ſecundis ſimplicibus.

*Millefolium luteis floribus* GESN. Tab. Coll. p. 90 *b*. Hort. p. 268.
*Heliochryſum alterum* MATTH. p. 1045.
*Heliochryſum Italicum* CAM. Epit. p. 788. male, ſi huc pertinet.
*Stratiotes lutea* CLUS. Hiſp. p. 371. bene LUGD.
*Stratiotes millefolia flavo flore* CLUS. Hiſt. p. 330.
*Millefolium minus ſ. Stratiotes chiliophyllos* DOD. p. 101. ex CLUSIO.
*Millefolium luteum* LOB. ic. p. 748. TAB. p. 131. RAJ. Syll. ext. p. 182. Hiſt. p. 347.
*Millefolium tomentoſum luteum* C. B. I. B. III. p. 138. H. OX. III. p. 39. PONT. p. 259.
*Achillea lutea tomentoſa minor, tenuiſſime laciniata* VAILL. p. 418.
*Achillea foliis linearibus pinnatifidis, villoſis, foliolis tripartitis, intermedio longiore* LINN. Cliff. p. 413. ROYEN. p. 175.

In herbario C. B. fuit, cum ſcheda, ex *Valeſia* miſſum eſſe.

Caules lanugine obducuntur, firmi, dodrantales, folioſi: folia tenuiter diviſa, pinnis brevibus, aequalibus, confertis, pinnulis primis trifidis, ſecundis ſimplicibus, petiolo amplexicauli. Calyx ſubhirſutus, e luteo pallens. Flos totus flavus & concolor. Semen exiguum, planum, curvatum. Odor & ſapor grate aromaticus.

## *CHAMAEMELUM.*

VAILL. p. 409. TOURNEFORT. T. 281.
*ANTHEMIS* LINN. n. 660.

Pleraque cum Achillea communia habet, ſed differt florum radiis pluribus, & longioribus, & diſco convexo: a Buphthalmo vero, ſeminibus omnibus ſimilibus.

1. CHAMAEMELVM foliis laxe pinnatis, pinnis palmatis, caule folioſo unifloro.

An *Abſinthium foliis minutis, flore Chamaemali* GESN. Hort. p. 244.

*Abſinthium*

*Abſinthium montanum* COLUMN. phytobaſ. plant. nov. Hiſt. p. 24. *Abrotani feminae flore* ejusd. in textu p. 23.
*Abſinthium montanum Chamaemeli flore* I. B. III. I. p. 184. ex COLUMNA.
*Chamaemelum montanum lanuginoſum, magno flore* H. OX. III. p. 35. S. VI. T. 10. f. 4.
*Bellis incana Chryſanthemi cretici folio* BOCCONE Muſ. di piant. T. 98. bene, & p. 136.
*Chamaemelum alpinum abrotani folio* I. R. H. VAILL. 1720. p. 412. ubi alias plantas adjunxit.

I. GESNERVS *hinter dem Oehrli Abbatiſcellanorum.*

Radix videtur perennis eſſe; caules ceſpitoſi, pedales, imi folioſi. Folia longe petiolata, plana, pinnis ad tria & plura paria, primis palmatis, quinquefidis, quadrifidis, ultimis tantum inciſis. Flores in ſingulis ramis ſinguli, ſpecioſa magnitudine: Calycis ſquamae triangulares, fuſcae, nervo luteo. Petala plana, alba, latiuſcula, apice inciſo. Diſcus luteus.

2. CHAMAEMELUM foliis lanuginoſis, pinnatis, pinnis capillariter multifidis, brevioribus.

*Parthenium, nobilis Chamomilla* TRAG. p. 149. bene.
*Chamaemalum nobile repens* GESN. Coll. p. 68.
*Chamaemelum odoratum vel nobile* EIUSD. Hort. p. 253. & *nobile* EIUSD. app. p. 291.
*Chamaemelum odoratum* DOD. Coron. p. 243. Hiſt. p. 259. 260. bene.
*Anthemis ſ. Leucanthemis odorata* LOB. ic. p. 770. eadem.
Icon in CAM. Epit. p. 646. optima eſt.
*Chamaemelum Romanum* TAB. p. 19. *flore ſimplici* AICHST. Aeſt. Ord. XI. T. 3. f. 2.
*Chamaemelum odoratiſſimum repens, flore ſimplici* I. B. III. p. 118. H. OX. III. p. 35. RAJ. p. 353. ZWING. p. 511.
*Chamaemelum nobile ſ. Leucanthemum odoratius* C. B. I. R. H. PONT. p. 256.
*Chamaemelum officinarum* VAILL. p. 410.
*Anthemis foliis pinnato-decompoſitis, laciniis ſetaceis* LINN. Cliff. p. 415. ROYEN. p. 172.
β *Flore pleno* CAM. Epit. l. c. AICHST. l. c. f. 3.
γ *Flore ſemipleno* WEINM. T. 363. *d.*

CONSTANT circa *Lauſannam en Chamblande*, & ad viam verſus *Fechy.*

Caules procumbunt, valde ramoſi, dodrantales. Folia pinnata ſunt, nervo lato; pinnae diſſitae, quarum primae pinnulae cum reliquis decuſſantur, laciniatae omnes ad baſin, ipſis laciniis paucis, bifidis, & trifidis: facile criſpantur & contrahuntur, & lanugine obnupta quaſi incana videntur. Flores ſinguli ramos terminant. Calyx albicat ex viridi. Radii albi tridentati, diſcus luteus, modice convexus. Semen pene conicum. VAILL. f. 31.

Haec ſpecies in officinas recipi debet, grato odore & aromatico conſpicua, etſi vel proxima, vel Matricaria prima, multo frequentius utantur Germani. Flores amari ſunt, ſtomachici, carminativi, febrifugi, veteris Regis NECHEPSI, deinde ACHILLIS GASSERI, ZACUTI, MORTONI, SCHULZII, & BOERHAAVII experimento. Doſis eſt pulveris ſcrupulus unus & dimidia drachma per ſingula quadrihoria: & drachma una de die F. HOFMAN. ſucci vero uncia una. Infuſum aquoſum menſes pellit, dolores a partu reſiduos ſolatur, calculos absque impetu noxio promovet, & vomitus nephriticos & convulſivos coërcet: Vinoſum, calide ſumtum, ad guſtum ſalſum, colicae efficaciter medetur WELSCH. Mictom. p. 35. & nephritidi BLAIR. Aqua deſtillata ſudorem movet, recepta in puerperiis. Oleum ſtillatitium, non quidem ex hac ſpecie, ſed ex Matricaria prima, coeruleum paratur, potens in ſuſcitandis motubus ad uterum, ad ſudorem. Externo uſu Chamaemelum inſigniter diſcutit absque nimio calore, quod acidum admiſtum habeat; reſolvit, emollit: ad cardialgias, durities mammarum, teneſmos, uteri morbos a puerperio, dyſurias utile. In clyſteribus emollientibus vix unquam omittitur, & vel ſola ſufficit puerperis, in flatuum abundantia &c.

3. CHAMAEMELUM foliis pene glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiuſculis.

*Anthemis* DORST. p. 56. icon exterior.
*Parthenium* FUCHS. p. 583. latitudinem folii exprimit.
*Buphthalmum minus* CORD. Dioſc. p. 60.
*Cotula foetida* RUELL. p. 569. BRUNF. I. p. 255. TRAG. Apodix. p. 302. GESN. Coll. p. 72 *b.* Hort. p. 291. AICHST. Aeſtiv. Ord. Frut. T. 10. f. 2. RAJ. p. 355. BLAKW. T. 67.
*Chamaemelum ſylveſtre foetidum ſ. cotula foetida* DOD. p. 258. non autem icon.
*Cotula alba* EIUSD. ic. non placet, ob tenuitatem foliorum.
*Cotula foetida officinarum, eſt Parthenium, vel virginea* LOB. p. 773. ex DODONAEO.

*Cota* CAES. L. 12. c. 23.
*Cotula* TAB. p. 21. non bene.
*Chamaemelum foetidum ſ. Cotula foetida* I. B. III. p. 120. PONT. p. 256.
*Chamaemelum foetidum* C. B Baſ. p. 41. T. aut. de Par. p. 258. I. R. H. VAILL. p. 410. & f. 32.
*Chamaemelum annuum, praecox, foetidum, ſemine aureo* H. OX. III. p. 36.
*Anthemis foliis pinnato-decompoſitis, laciniis linearibus, caulibus diffuſis, radice annua* ROYEN. p. 172.
β *Flore pleno* MERR.

Frequens inter ſtipulas & ad vias.

Caulis erectior, ramoſus, dodrantalis. Folia virentia, glabra, latis petiolis, pinnata, pinnis etiam latioribus, ordinatis, propioribus primis minoribus, deinde ſemipinnatis, pinnulis ſemper latiuſculis, neque perinde capillaribus uti priori. Semifloſculi multi, ſtricti, albi, tridentati. Diſcus valde convexus, per aetatem pene parabolicus: floſculi, uti ſolent, non penitus regulares, lutei. Odor validior, neque ſatis gratus.

Hanc ſpeciem, quando unice emolliendum eſt, praefert HOFMANNVS. Sed MATTHIOLVS acrem eſſe adfirmat, ut cutem applicata exulceret. Succum urinam ciere, pulmones liberare, ducere atram bilem LOBELIVS *Adverſ.* p. 344.

β *Buphthalmum* FUCHS. p. 144. non bene, ſi hoc eſt; ſimilius autem eſt Matricariae n. 1.
*Chamomilla fatua* TRAG. p. 148.
*Cotula non foetida* GESN. Hort. p. 291. TRAG. l. c. PARK.
*Cotula alba, non foetida* DOD. Coron. p. 240. Hiſt. p. 258. abſque icone.
*Inodora Cotula* LOB. Adv. p. 345.
*Chamaemelum inodorum ſ. Cotula non foetida* I. B. III. p. 120.
*Chamaemelum inodorum* C. B. Baſ. p. 41. I. R. H. PONT. p. 257. RUPP.
*Chamaemelum inodorum, annuum, humilius, foliis obſcure virentibus* H. OX. III. p. 36.
An *Chamaemelum ſerotinum annuum, foliis obſcure virentibus, flore majore* MORIS. III. p. 35.

In agris *Baſileae* &c.

C. BAUHINVS hanc plantam ad Matricariam 1. retulit, RAIVS recte ad Chamaemelum foetidum cum quo breviori & latiori folio conſentit, & ſquamis in placenta.

## PLANTAE FLORE RADIATO.

### ORDO II.

### II. PLACENTA NUDA.

### I. SEMINE PAPPO NON CORONATO.

## *MATRICARIA.*

*MATRICARIA* VAILL. p. 365. TOURNEFORT. T. 281. LINNAEI n. 655.
& *BELLIDIOIDES* VAILL. p. 361.
*CHRYSANTHEMUM* LINN. n. 654.
*LEVCANTHEMVM* TOVRNEF.
& *CHRYSANTHEMUM* TOVRNEF. T. 280.

Calyx hemiſphaericus, ſquamis imbricatis, denſe congeſtis, & reliqua Chamaemeli, ſed nullae inter floſculos ſquamae. Adfinitatem *Bellidis majoris* cum Chryſanthemis, & diuerſitatem a Bellide minore, perſpicax viderat JVNGIVS. LINNAEANA a calyce, fateor, obſcurior videtur: nam omnibus omnino Matricariis calyces diverſae longitudinis ſquamas habent, & in apice marginatas.

1. MATRICARIA foliis pinnatis, pinnis latis, capillariter multifidis.

*Anthemis* DORST. p. 56. *b.* icon interior.
*Chamaemelon Leucanthemon* FUCHS. p. 25.
*Chamomilla vulgaris* TRAG. p. 148.
*Anthemis* CORD. Diſc. p. 59 *b.*
*Chamaemalum* GESN. Tab. Coll. p. 68. *vel Anthemis* EIUSD. Hort. p. 253.
*Cotula non foetida alia* EIUSD. Hort. app. p. 291.
*Anthemis ſ. Chamomilla* MATTH. p. 905. bene, CAM. Epit. p. 645.
*Chamaemelum vulgare* DOD. Coron. p. 236. Hiſt. p. 257. bene.
*Anthemis vulgatior ſ. Chamomilla* LOB. ic. p. 770. ex DODON.
*Chamaemelum* CAES. L. 12. c. 22. THAL. TAB. p. 18. BLAKW. T. 296.

LUGDU-

LUGDUNENSES ter, p. 1344. 1345. 968.
*Chamaemelum vulgare amarum* I. B. III. p. 116. RAJ. p. 355.
*Chamaemelum vulgare, Leucanthemon Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 41. H. OX. III. p. 35. T. aut. de Par. p. 255. I. R. H. PONTED. p. 255.
*Chamaemelum annuum vulgare, Leucanthemon Dioſcoridis* MICHEL. p. 34. cui Chamaemela noſtra ſunt Anthemides.
*Chamaemelum vulgare leucanthemon* ZANICH. p. 48. ic. 250.
*Matricaria leucanthemos annua, Chamaemeli folio, ovariis nigricantibus* VAILL. p. 370.
*Matricaria foliis ſupra decompoſitis ſetaceis pedunculis ſolitariis* LINN. Cliff. p. 415. ROYEN. p. 173.
II. *Chamaemelum ſerotinum annuum, foliis obſcure virentibus, flore majore* H. OX. III. p. 35. Ita VAILL. cum ſynonyma ſint Cotulae non foetidae.
β *Caule rubente* I. R. H.

Caulis plerumque erectus, altior, etiam bipedalis. Folia pene capillaria, glabra, pinnis remotis, ad magnos angulos trifidis & bifidis, vel ſimplicibus. Calyces pene plani, ſquamae virides. Placenta longa, cylindrica. Flos coloribus, & diſco valde convexo, Chamaemeli foetidi ſimilis, radiis pariter tridentatis.

Odor tenuis dulcis, minime ingratus, non raro nullus, ut merito ſuſpicer, Cotulas non foetidas FUCHSII & aliorum potius huc pertinere. Vires eaedem, quae Romani Chamaemeli, paulo debiliores; ut non videam, quare ab EHRHARDO praeferatur: promiſcue vero hoc cum Romano, & Cotula foetida adhibetur. Decoctum amarum eſt.

2. MATRICARIA foliis pinnatis, pinnis latis, inciſis, ſemifloſculis breviſſimis.

*Matricaria prima* BRUNF. p. 249. l. 245. bene.
*Matricaria* EIUSD. III. p. 63. RUELL. p. 568. DOD. Coron. p. 236. Hiſt. p. 35. RAJ. p. 357. BLAKW. T. 192.
*Febrifuga* DORST. p. 121.
*Artemiſia tenuifolia* FUCHS. p. 45. TAB. p. 8.
*Matricaria hortenſis* TRAG. p. 155.
*Parthenium* CORD. p. 59 *b.* Hiſt. p. 161. CAM. Epit. p. 649. *Matricaria* GESN. coll. p. 94 *b.*
*Parthenium, vulgo Matricaria* GESN. Hort. p. 271.
*Parthenium ſeu matricaria* MATTH. p. 902. THAL.
*Matricaria noſtras* LOB. ic. p. 751.
*Matricaria, vulgo minus Parthenium* I. B. III. p. 129.
*Matricaria vulgaris* C. B. Baſ. p. 40. H. OX. III. p. 32. *ſeu ſativa* C. B. P. I. R. H. PONT. p. 284. MAGN. Char. p. 129. VAILL. p. 365.
Et *Matricaria ſylveſtris flore toto luteo* C. B. P. quam pro Jacobaeae ſpecie habet DILLENIUS.
*Matricaria ſ. Parthenium* IC. ROBERT. p. 137.
*Matricaria foliis conpoſitis planis, foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis* LINN. Cliff. p. 416. ROYEN. p. 173.
β Flore pleno SCHWEERT. II. T. 13.

In ruderoſis abunde, ſi ſatis certo ſpontanea eſt.

Caulis tripedalis, firmus, erectus, valde ramoſus. Folia viridia, hirſutie ſubaſpera, pinnata, nervo lateſcente, paribus duobus & tribus, pinnis latis, circumſcriptione brevi, pene ovali, ſemipinnatis, aut tantum rotundule dentatis, extremo lobo trifido maiore. Flores in longis nudis pediculis. Calycis ſquamae, ſi propius inſpicias, pariter margine ſicca alatae. Placenta planior, modice convexa. Semifloſculi bractea brevis, alba, tridentata, pene millefolii, diſcus luteus.

Odor ſingularis, pene Chelidonii majoris: vis oleoſa GEOFROI III. p. 826. Ab omni tempore pro emmenagoga, & uterina habita eſt, & inde nomen habet: ad lochia pariter, & dolores a partu (S. PAULI &c.) paulo debilior Chamaemelo. In nephritide, in variis imi ventris obſtructionibus etiam laudatur. Externo uſu ad mammarum tumores, ad dolores fixos commendatur. Cataplaſma ad cephaleas clavumque frigidum commendat CHESNEAU. Trita folia auri inſerta reſiſtunt odontalgiae CHOMEL.

3. MATRICARIA foliis imis petiolatis, ad caulem auritis & ſerratis.

α Varietas alpina ſpinoſioribus pulpoſis & acutioribus foliis, ſuperne in lanceolatum finem deſinentibus, flore pro portione plantae majoribus, radice craſſa, lignoſa.
*Bellis alpina folio longiore & craſſiore* CAM. Hort. p. 27.
*Bellis maxima* SCHWENKF. p. 29.

*Bellis*

*Bellis alpina major, folio rigido* RAJ. Syll. p. 76. Hiſt. p. 351. ob locum natalem ZWING. p. 787. WAGN. p. 272. non autem C. B. quem lego in notis plantam habuiſſe longiſſimis foliis & acute inciſis. Vid. IT. HELV. n. 61.

Huc pertinere puto *Bellidem montanam majorem, folio acuto* MUR. p. 704.

β Varietas vulgatiſſima, foliis obtuſioribus, tenuioris carnis, caule ramoſiore.

*Quinta ſpecies Parthenii, Gänsblumen* BRUNF. I. p. 254. l. 258.

*Flos S. Johannis* DORST. p. 127 *b.* bene.

*Bellis major Barbari* TRAG. p. 144.

*Bellis major* RUELL. p. 441. FUCHS. p. 148. MATTH. p. 910. bene, pro varietate *b.* , CAM. Epit. p. 635. vulgatior, GESN. Hort. p. 250. Tab. Coll. p. 62. DOD. p. 265. ex MATTH. CAES. L. 12. c. 26. p. 494. LUGD. AICHST. Aeſt. Ord. 5. T. 6. f. 1. I. B. III. p. 114. RAJ. p. 350. BLAKW. T. 42.

*Bellis major ſ. conſolida media vulnerariorum* LOB. ic. p. 478.

*Bellium majus* TAB. p. 331.

*Bellis ſylveſtris caule folioſo, major* C. B. Bal. p. 77.

*Bellis polyclonos ſylveſtris major, caule folioſo* H. OX. III. p. 28.

*Leucanthemum vulgare* T. aut. de Par. p. 109. I. R. H. PONT. p. 28. MAGN. Char. p. 126. ZANICH. p. 161. ic. 184.

*Bellidoides vulgaris* VAILL. p. 362.

*Chryſanthemum foliis amplexicaulibus oblongis, ſuperne ſerratis, inferne dentatis* LINN. Cliff. p. 416. ROYEN. p. 175.

*b* Varietas foliis omnibus profunde inciſis, ſemipinnatis, hirſutis, caule magis ramoſo.

*Leucanthemum vulgare, caule villis caneſcente* I. R. H.

Icon WEINM. T. 238 *b.*

*c* Diſco albo HOFM. M. Mauric. p. 8.

*d* Semifloſculis fiſtuloſis.

*e* Foliis & petalis acuminatis I. G. *an der Siel.*

*f* Foliis anguſtioribus denticulis rarioribus & magis exſtantibus VAILL.

*g* Folio obtuſo crenato I. R. H. SCHEUCHZ.

*Bellis montana, folio obtuſo crenato* C. B. Prodr. p. 121. P.

*h* *Foliis ſaturate virentibus, profunde inciſis, flore minore* PLUKN. Amalth. p. 4.

Ubique in herboſis & ad vias. Varietas prima in ſaxoſis alpium & *Jurae* M. Caulis erectus, ramoſus, pedalis, & cubitalis. Folia ad terram, ut in Pyrethro n. 1. & 2. petiolata, extrema ſola parte foliacea, ovata, crenata: ad caulem vero ſeſſilia, profunde dentata, primis dentibus ſe circa caulem decuſſantibus, fine obtuſo, tribus dentibus pene aeque altis inciſo. Singulus ſingulum ramum flos terminat, ut umbellam laxam efficiant, ſquamis calycis fuſca ala cinctis, quae in alpina varietate n. α latior eſt. Petala plana, tridentata, alba, diſcus luteus. Semen profunde ſulcatum, fuſcum jugis albis.

Habetur pro vulnerario, pro medicamento ad tabem. Eadem ad morbos aeſtuoſos huic tribuit BOCCONE, quae alii Bellidi minori. Decoctum acre, pene piperis ſapore, diureticum habetur & pectorale ad purulentorum exſcreationem GEOFROI.

## *P Y R E T H R U M.*

*MATRICARIAE* Sp. VAILL.
*CHRYSANTHEMI* Sp. LINNAEI.

Hae plantae calyce, & flore, & nuda placenta cum Bellide majore conveniunt, differunt autem ſemine coronato, corona denticulata, quae orientem floſculum ſuſcipit.

I. PYRETHRUM foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis dentatis.

α Flore majore.

*Tanacetum inodorum* I. CLUS. Pann. p. 550. Hiſt. p. 338. RAJ. Syll. p. 243.

*Tanacetum montanum, flore inodoro majore* C. B. P. ZWING. p. 504. male ſcribit *minore.*

*Tanacetum inodorum, floribus bellidis majoribus* AICHST. Aeſt. Ord. 5. T. 4. f. 1.

*Tanacetum inodorum latifolium, magno Bellidis flore* BARR. ic. 781.

*Bellis Tanaceti folio quorundam* RAJ. p. 352.

*Bellis Tanaceti folio minor, flore majore* H. OX. III. p. 30.

*Matricaria Tanaceti folio, flore majore, ſemine umbilicato* MICHEL. p. 34.

β Flore minore.

*Tanacetum inodorum II.* CLUS. Pann. p. 551. Hiſt. p. 338. RAJ. p. 352.

*Tanacetum inodorum* DOD. p. 37. PARK. RAJ. Syll. p. 243. *minori flore* ZWING. p. 505.

*Tanace-*

*Tanacetum non inodorum, perperam ſideritis Italorum* LOB. p. 750.
*Tanacetum leucanthemum* TAB. p. 131.
*Tanacetum montanum inodorum, minori flore* C. B. Baſ. p. 40. P. MURALT. p. 736.
*Athanaſia leucanthemos* MAGN. Char. p. 128.
*Bellis montana minor, Tanaceti folio* MOR. Prael. PLUKN. p. 66. T. 82. f. 1.
*Tanacetum inodorum latifolium alpinum, magno Bellidis flore* BARREL. ic. 786. videtur.
*Bellis Tanaceti folio, major & elatior, flore minore* H. OX. III. p. 30.
*Matricaria Tanaceti folio, flore minori, ſemine umbilicato* I. R. H. SCHEVCHZ. It. I. p. 43. VAILL. p. 366. MAPP. p. 189.
*Parthenium quod Matricaria Tanaceti &c.* MICH. p. 34. n. 5. & n. 3.
*α β Tanacetum album* I. B. III. p. 133.
*Chryſanthemum foliis pinnatis, pinnis ſerratis, caule multifloro* ROYEN. p. 174.

*Genevae* RAIUS. C. B. in adſcenſu montis verſus aedem *S. Chriſtianae.* Ego inter *Münchenſtein* & *Muttenz* in ſylvis. SCHEUCHZER. in nemoribus vallis *Angelimontanae.* In M. *Legerberg* GESNER.

Caulis firmus, erectus, trium & quatuor pedum, brachiatus. Folia ampla, firma, atro-viridia, pinnata, pinnis longis, ſemipinnatis, laciniis ipſis acute dentatis. Flores in umbellas. Calycis haemiſphaerici ſquamae virides, ora fuſca. Semifloſculi albi, tridentati, floſculi lutei, diſcus planus. Et floſculi & ſemifloſculi ſemina corolla quinquedentata ornantur. Nullus odor, aut ſapor eminet.

2. PYRETHRUM foliis omnibus longe petiolatis, palmatis, incanis.

*Pyrethrum alpinum* GESN. Hort. p. 274 *b. chamaemelo ſimile* EIUSD. Coll. p. 100.
*Chamaemelum alpinum* C. B. ex notis meis, *inodorum* PARK. RAJ. p. 356.* Syll. p. 93. ZWING. p. 511. SCHEVCHZ. It. I. p. 33.
II. *Leucanthemum alpinum* CLUS. p. 335. Pann. p. 564.
*Chamaemelum alpinum inodorum, foliis incanis latioribus & ſinuatis* H. OX. III. p. 35. T. 12. f. 5.
*Buphthalmum amarum, abſinthii umbelliferi fere foliis, inodorum* PLUKN. p. 73.
An & *Chamaemelum montanum incanum abſinthioides Italicum* BARR. p. 457? certe icon accedit.
III. *Leucanthemum alpinum tenuifolium* BARR. ic. 458. n. III. bene.
IV. *Leucanthemum Pyrenaicum minimum, multifido & incano folio* I. R. H.
*Bellidioides incano hirſuto pennatoque folio* VAILL. Mem. p. 364.

In alpium ſaxoſis fere ubique, v. g. in M. *Scheideck*, *Gemmio*, *Gotthardo* &c. SCHEUCHZERUS ad pedem M. *Titlisberg* & in valle alpina *Waldnacht*, & in *Gotthardo* M.

Radix acri ſapore eſt, lignea; caules procumbentes, vix ſemipedales: Folia ex glauco viridia, craſſa, modo hirſutie incana, qualia ex Pyrenaeis habeo, modo ſubhirſuta, modo glabra, longo petiolo, fine palmato, ſive proximis & profundis, fere ſeptenis, laciniis inciſo. Flores ſinguli ſuum caulem terminant, ampli, calyce pene toto fuſco, linea lutea diviſo, ſemifloſculis albis, bidentatis. Seminis corona in floſculis & ſemifloſculis foliacea, alba.

3. PYRETHRUM foliis glabris, imis petiolatis, palmatis, ad caulem ſemipinnatis.

*Bellis alpina minor* C. B. Prodr. p. 120. P. ex notis, RAJ. Syll. exter. p. 76. Hiſt. p. 351.*. SCHEVCHZ. It. I. p. 31.
*Bellis alpina minor, rigido folio* PARK. p. 529. (malum nomen) H. OX. III. p. 29.
*Leucanthemum alpinum anguſtifolium* BARREL. ic. 458. n. 11. bene, & forte etiam *latifolium* Ibid.
*Bellis alpina foliis profundius diſſectis* SCHOL. BOT. p. 184.
*Bellis montana foliis coronopi, laciniis* PLUKN. p. 65. T. 17. f. 3.
An *Leucanthemum alpinum foliis profunde inciſis* I. R. H.? Certe SCHEVCHZ. hoc nomine utitur It. I. p. 42. It. II. p. 136. It. IV. p. 307. VAILLANT. vero aliam videtur intelligere.
Et *Leucanthemum alpinum foliis Coronopi* SCHEVCHZ.
*Matricaria alpina Jacobaeae folio minus ſecto, flore magno albo* VAILL. 1720. p. 368. ex ſynonymo I. B.

In alpinis ſaxoſis paſſim. C. B. in Valeſia ſupra M. *Gemmi* & circa *Thermas Fabarias.* SCHEUCHZERUS & I. GESNERUS in alpibus *Glaronenſibus*, *Abbatiſcellanis*, *Rhaeticis.* Ego in *Gotthardo*, in M. *Rohtenhorn.* HUBERUS ex *Albula* Rhaetiae M.

A Matricaria proxime diſtat: convenit habitu caulis floriſque; erectus ille, dodrantalis eſt: folia ad terram multa, oblonga, per ambitum acute inciſa, longe petiolata, petiolo lateſcente, in fine palmato, ſeptem nempe & novem profundis

 laciniis

laciniis confertim inciſo, ad caulem pauciora, ſeſſilia. Calyx nigrior, quam vulgari. Petala plana tridentata, in centro ſublutea. Semifloſculorum ſemen corona ornatur lata, in tres fere partes fiſſili, in floſculis vero brevis eſt, obſcura, & continua corolla.

*Leucanthemum alpinum foliolis ad caulem adnatis crenatis* SCHEVCHZERUS in catalogo ſeparat ab hac ſpecie, cum qua in Itinere IV. conjunxerat Verum Synonymon ex BOCCONE citatum pertinet ad Bellis-Leucanthemum MICHELI, neque videtur plantae alpinae eſſe.

## *CALTHA.*

TOURNEF. T. 284. VAILL. p. 371.
*CALENDULA* LINN. n. 672.

Calycis ſquamae duorum ordinum, longae, & anguſtae. Semifloſculi numeroſi, lati, tridentati. Semina duorum generum. Quae ſub ſemifloſculis ſunt, extima, hinc convexa, & per mediam partem inſtar limae aſpera (VAILL. f. 26.) inde foveis duabus inciſa, media parte eminente. Interiora, quae ſub floſculis ſunt, minus lata, ſolidiora, majori parte aſpera, caeterum ſimilia & foecunda ſunt VAILL. f. 27. Quae vero ſub floſculis naſcuntur, ſterilia eadem, delabuntur inmatura.

1. CALTHA floribus minimis pallentibus.
*Calendula circa Monſpelium naſcens* GESN. Hort. p. 251.
*Calendula ſylveſtris minor* CAES. p. 495.
*Calendula arvenſis* TAB. p. 335. bene.
*Caltha minima* I. B. III. p. 103.
*Caltha arvenſis* C. B. H. OX. III. p. 14. RAJ. p. 338. Syll. ext. p. 81. T. aut. de Par. p. 182. I. R. H. PONT. p. 271. VAILL. p. 372.
*Caltha humilis & minima* C. B. P. I. R. H.
*Calendula minor arvenſis* HERM. MAGN. Char. p. 128. RUPP. p. 138.
Icones WEINM. T. 284. T. 285. *a. b.*

Circa *Baſileam*, STAEHELINUS in herbario vivo.

Huic caulis humillimus, dodrantalis; folia unciam longa, dimidiam lata, acuta, rariter dentata, flos vix uncialis, pallidior, quae notae nullo cultu in majoris indolem tranſeunt.

Omnes noſtrates Calendulae acres ſunt, amarae, penetrabili, ſaponacea potius quam aromatica ſubtilitate. Recentis plantae ſuccus alvum humectat, aridae calfacit. Motus vitales ſuſcitat omnes, & excretiones morantes urget, ſive menſes fuerint, ſive ſudor, ſive ſanguis conpactus diſſolvendus. Hinc vis hujus plantae, cum aceto conjuncta, in aceto, cui flores ſunt infuſi, ab omni tempore magni facta eſt in peſte, in petechiis, & malignioribus exanthematibus. Porro reſolvit eadem coagula viſcerum, uterum, ſcrophulas (in cibo adſumta CHOMEL.) chloroſin. Doſis ſucci unciarum trium, extracti drachmae unius aut duarum. Extus admota veſicas trahit.

## *BELLIS.*

TOURNEF. T. 280. VAILL. p. 358. LINN. n. 656.

Huic calyx pene Calendulae, ex ſemiduplici fere ordine ſquamarum ovalium erectarum VAILL. f. 20. MALPIGH. ic. 119. Semifloſculi plurimi, apice integro, lanceolato, diſcus floris conicus: Semen marginatum (VAILL. f. 20.) longe cordatum.

1. BELLIS ſcapo nudo unifloro LINN. Cliff. p. 418. ROYEN. p. 177.
*Solidago* BRUNF. II. p. 29. *minuſcula* I. p. 78.
*Primula veris* DORST. p. 234 *b.* TRAG. p. 161. CAES. p. 493.
*Bellis minor ſylveſtris* FVCHS. p. 147. TAB. p. 328. C. B. Baſ. p. 77. RAJ. p. 349. T. aut. de Par. p. 57. I. R. H. PONT. p. 276. MAGN. Char. p. 127. VAILL. p. 359. ZANICHEL. p. 35. ic. 206. f. 1. & 197. n. 2. BLAKW. T. 200.
*Bellis minor* RUELL. p. 441. GESN. Hort. p. 259. Coll. p. 62. MATTH. p. 912. Epit. p. 655. minis glabra.
*Bellis ſylveſtris* DOD. p. 265. ex *media* MATTHIOLI.
*Bellis major ſylveſtris* LOB. p. 476. ex DOD.
*Bellis minor ſylveſtris ſpontanea* I. B. III. p. III. cum icone ſcabioſae.

*Bellis*

*Bellis minor pratenſis ſ. vulgaris* H. OX. II. p. 31.

β Petalis fiſtuloſis GAGN. ad *Boinaud* & circa *Ferriere* au verger de *Renan*.

γ Praeter hortenſes varietates huc refero:

*Sylveſtrem minimam* LOB. Illuſtr. p. 109.

*Bellidem foliis parvis, floribus albis, alpinam* MENZ. T. 8.

δ Et *Bellidem mediam* MATTH. p. 911. TAB. p. 320. EUGD. p. 854. Omnino huc videtur pertinere.

Porro *Bellis media nudicaulis, non ramoſa* VAILL. p. 358.

Et *Bellis montana folio obtuſo crenato* MURALT. p. 522.

Et *Bellis ſylveſtris media, caule carens* MAPP. p. 37. ob ſemina nuda, omnes huc pertinent.

Ubique in pratis & ad vias.

Folia ad terram multa in ceſpitem, petiolo longo, latoque, ſegmento folioſo, ſubrotundo aut ovali, circumcrenato, firmulo, & ſubhirſuto. Scapus nudus, dodrante minor, unico flore terminatur. Petala plana, ad quadraginta, anguſta, alba, extus ſaepe purpurea. Floſculi lutei. Pappus ex oriente ſemine parcus, quo ipſo naturalis conjunctio cum Bellidaſtro declaratur. TOURN. T. 280. *b*.

Mitis eſt, nitroſa, ſubadſtringens, ſubviſcida & vulneraria, (CORNUT.) Pro inſigni medicamento habetur in omni hectica febre, maxime vero in ea ſpecie, quae a potu frigido in aeſtuans corpus ingeſto oritur, ex teſtimoniis RIEDLINI, MICHAELIS BRUNNERI (apud FABRUM de bell. min. p. 12.) CHRISTIANI civis mei, & aliorum, ſive in aqua infuderis, ſive, quod BRUNNERUS mavult, in caprillo lacte. WEPFERUS cum naſturtio etiam in aliis febribus hecticis exhibebat. In peripneumonia ad coactum ſanguinem reſolvendum (FABRICIUS apud S. PAULI) in morbis inflammatoriis ſuccus cum melle BOERH. in haemorrhagiis, & aliis ex laxitate morbis vi ſufficit vulneraria BUCHWALD. p. 48. 49. Inter antiſcorbuticas herbas & reſolventes hypochondriorum coagula, ſola ſeligitur a D. LUDOVICI p. 205. Monent tamen aliqui, non convenire, quoties expectoratio movenda eſt, cum alvum ducat BURGGRAV. p. 1535.

## PLANTAE FLORE RADIATO.

### ORDO III.

### II. PLACENTA NUDA.

### I. OVARIIS PAPPO CORONATIS.

## *BELLIDASTRUM.*

MICHEL. p. 32.

*DORONICI* Sp. LINN.

A Bellide, ſi omnino placet ſeparare, unice differt pappo copioſo ex ſummo ſemine.

1. BELLIDASTRUM foliis hirſutis & obtuſioribus.

*Bellis media* CAM. Epit. p. 654. ex charactere, adeoque GESN. Hort. p. 250. CLUS. p. XLIV. & LOB. Adv. p. 199. ex loco natali, ZWING. p. 787.

*Bellis ſylvatica* I. B. III. p. 114. RAJ. p. 349. Syll. ext. p. 75.

*Bellis ſylveſtris media, caule carens* C. B. Baſ. p. 77. certo; An aliorum recentiorum? & TOURNEFORTII?

*Bellis monoclonos media montana* H. OX. III. p. 30.

*Bellis ſylveſtris minor* SCHEUCHZ. It. V. p. 424.

Et *Bellis alpina minor, ſylveſtri minori ſimilis* SCHEUCHZ. It. VI. p. 453. f. 13. ob caput villoſum.

*Bellidaſtrum alpinum foliis brevioribus hirſutis, caule palmari, flore albo* MICHEL. p. 32. T. 29.

*Doronicum caule nudo, ſimpliciſſimo, unifloro* LINN. Cliff. p. 500. ROYEN. p. 160.

II. *Bellis caule pedali aut bipedali nudo, foliis magnis latis, floribus rubris & albis* MENZ. pugill. T. 8. H. OX. III. p. 30. RAJ. p. 349. I. R. H. VAILL. p. 358. TILL.

III. *Bellis autumnalis monanthos, caule nudo, tenui, praelongo, flore ex albo rubente* RAJ. III. p. 221. PONT. p. 277.

*Tuſſilago Bellidis folio* VAILL. p. 375.

In omnibus alpium ſaxoſis, primo vere, etiam in *Hauenſtein* M. & valle *Emmia* abunde IT. HELVET. n. V. Ad *Silam* I. GESNER.

Bellidis vulgatiſſimae totum habitum habet, foliaque, & ſcapum uniflorum. Pallidior

lidior tamen tota, altiori ſcapo & dodrantali, foliis paulo acutioribus, petiolo anguſtiori, calyce villoſo eiusque ſquamis longioribus, flore majori. Semina omnia pappo rufo coronata.

* *Bellis alpina latiſſimo plantaginis folio* WAGNER. p. 272. non alia eſſe videtur.

## *ERIGERON.*

LINN. n. 653.
*ASTERIS* Sp. VAILL. & TOURNEF.
*CONYZOIDES* DILL. nov. gen. p. 142.
& *CONYZELLA* DILL. nov. gen. ibid.

Calycis ſquamae aliquot ordinum, longae, lineares, ſimplices, apice non reflexo. Floſculi feminini alii, ligulati, graciliſſimi, erecti, non patuli, alii androgyni in centro de more gentis, & ſemina omnium ſimilia, pappo plurimo coronata.

1. ERIGERON caule unifloro, calyce tomentoſo.

*Aſter montanus coeruleus, omnium minimus* H. OX. III. p. 120. HERM. RAJ. III. p. 163. BOERH. I. R. H.
*Aſteri montano purpureo ſimilis vel globulariae calyce villoſo* SCHEUCHZ. It. IV. p. 329.
*Aſter alpinus minimus, corolla candida, diſco luteo* PONT. p. 228.
*Aſter montanus omnium minimus, foliis oblongis, floribus albis* VAILL. p. 400.
*Aſter caule unifloro, foliis integerrimis, calyce villoſo, ſubrotundo* LINN. Lap. n. 307. T. IX. f. 3.
*Erigeron caule unifloro* LINN. Cliff. p. 407. ROYEN. p. 165.
β *Flore purpuraſcente* PONT. l. c. SCHEUCHZ. ib.

SCHEUCHZER. in alpibus *Glaronenſium* & *Uriorum* &c. Ego in *Gemmio* M. ſecundum lacum *Daubenſee.* In *Gotthardo* M. HUBERUS.

A ſequente ſpecie differt caule vix triunciali, flore aeque magno, calyce craſſo, toto villoſo, ſquamisque calycis latioribus: Folia ſubhirſuta, ad terram pariter petiolata, ovaliter terminata, ad caulem aliquot, utcunque humilis ſit, lingulata, acuta, ſeſſilia.

2. ERIGERON caule ſaepe unifloro, calyce ſubhirſuto.

I. *Conyza coerulea alpina major* C. B. Prodr. p. 124. WAGN. PARK. H. OX. III. p. 115. RAJ. Syll. ext. p. 106. Hiſt. p. 271.* ZWING. p. 770.
*Aſter Atticus coeruleus major* I. R. H. TILL.
II. *Conyza coerulea alpina minor* C. B. l. c. WAGN. PARK. H. OX. l. c. RAJ. l. c. ZWING. l. c.
*Aſter Atticus coeruleus minor* I. R. H. VAILL. p. 399. TILL.
III. *Aſteri montano purpureo ſimilis vel Globulariae* I. B. II. p. 107. cum bona icone, PLUKN. SCHEUCHZ. It. I. p. 30. It. II. p. 130. It. IV. p. 329.
*Aſter alpinus longifolius flore purpuraſcente* RAJ. Syllog. ext. p. 71.
*Aſter alpinus flore purpuraſcente* RAJ. Hiſt. p. 268. H. OX. III. p. 120. I. R. H.
IV. *Conyza coerulea non acris, levi folio* RUDB. p. 97.

C. B. & I. C. BAUHINUS in *Gotthardo* M. Copioſe in via ducente in *Grindelwald* ad ſiniſtram, prope torrentem *Lütſchinen*, paulo cis pagum. I. GESNER. in alp. *Abbatiſcellanis* copioſe. HUBERUS circa thermas *Fabarias*, prope *Sils*, & prope *Zollbrük Leopontiorum.* SCHEUCHZER. in alpe *Fiſmat* &c.

Similitudo cum ſequente non obſcura eſt. Caulis rectus, in noſtratibus vix ramoſus, uniflorus & biflorus, ſed in cultis, & in Gallicis ſpeciminibus ramos erigit. Folia pluſcula, longa, pene glabra, lanceolato fine. Flos caulem terminat ſingularis. Calycis ſquamae rectae, anguſtae, ſubhirſutae, pullae. Semifloſculi albi, aut dilute carnei. Floſculi ſubvirides. Pappus rufus.

SCHEUCHZER. in catalogo Aſterem Atticum ſeorſim habet, ſed ex C. B.

3. ERIGERON floribus ex ala foliorum prodeuntibus, floſculis femininis multis inperfectis.

*Tinctorius flos minor* TRAG. 154. absque icone.
*Conyza minor* MATTH. p. 871.
*Conyzoides coerulea* GESN. Tab. Coll. p. 70 *b.* app. ad CORD. p. 216.
Nonne etiam *Conyza muralis* EIUSD. Coll. p. 69 *b?*
*Dentellaria quibuſdam* GESN. Hort. p. 216 *b.* icon varietatis majoris, cum calyce male picto, quaſi ſquamas haberet imbricatas.
*Dentellaria noſtra* EIUSD. ib. p. 256 *b.*
*Erigeron tertium* DOD. Ic. vet. II. p. 113. *quartum* Hiſt. p. 641.
*Conyza coerulea* TAB. p. 861. bona icon pro minore, C. B. Baſ. p. 79. HOFM.

*Amellus*

*Amellus montanus Aequicolorum* COL. II. p. 26.
*Conyza odorata* LUGD. p. 1045. ex GESN.
*Senecio ſive Erigeron coeruleus, aliis Conyza coerulea* I. B. III. p. 1043.
*Conyza coerulea acris* C. B. P. H. OX. III. p. 115. RAJ. p. 270. MUR. p. 661.
*Aſter arvenſis coeruleus acris* T. aut. de Par. p. 57. I. R. H. MAGN. Char. p. 121. VAILL. Memoir. p. 399. ZANICH. p. 27. T. 10. f. 1.
*Conyzoides* DILL. Gieſſ. p. 154.
*Senecio integrifolius purpuraſcens acris* DILL. Elth. p. 344.
*Erigerum vulgare* LINN. Lapon. n. 308.
*Erigeron pedunculis alternis unifloris* ROYEN. p. 165. LINN. Cliff. p. 407.

Frequens in arvis aridis & clivis lapidoſis, urbium vallis &c.

Altitudo valde incerta eſt. Cubitalem caulem vidi, vidi uncialem, ſemper autem pene purpureum, ſubaſperum. Folia lingulata, undulata, mollia, ſubhirſuta, omnino priorum. Flores in longis petiolis unifloris, aut multifloris. Calycis ſquamae graciles, hirſutae. Floſculi in hac ſpecie feminini alii ligulati, perangusti, extimi, dilute carnei, bifidi, fere ad quadraginta; alii vero abſque ligula, campanula obſcura, & eminente tuba conſtant. Diſcus luteus, pappus plurimus, ſubrufus. Semen longum, ſtrictum, flaveſcens.

Acris eſt & ad pectoris morbos in ſuperiori Germania adhibetur incidendi ſcopo.

4. ERIGERON floribus ex alis foliorum in ſpicam congeſtis, floſculis femininis omnibus ligulatis.

*Aſter Canadenſis annuus* H. BLES. JONQ. p. 18.
*Virga aurea Virginiana irſuta annua di fior pallido* ZANONI iſtor. p. 204. ic. LXXVIII. foliis ſerratis.
*Conyza thyrſoides* PANCOV. apud ZORN. ed. prior. n. 538. poſterior. p. 227. cum icone foliis minutis ramoſa HOFM.
*Conyza minor uncialis annua pallido flore* BARREL. n. 116. foliis ſerratis.
*Conyza Canadenſis annua acris, linariae folio* BOCCONE plant. rar. p. 85. ic. 46. RAJ. p. 271. Syn. III. p. 175. SCH. BOT.
*Conyza Canadenſis annua acris alba* HERM. Hort. p. 188. Flor. p. 24.
*Conyza alba acris annua* VOLC. p. 123. *hirſuta major* PLUKN. p. 117.
*Conyza annua acris alba, linariae folio* H. OX. III. p. 115. T. 20. f. 29.
*Virga aurea Virginiana annua* I. R. H. T. aut. de Par. p. 173. MAGN. Hort. p. 206. Char. p. 123. TILL. PONT. p. 231. RUPP. VAILL. Bot. p. 146. LEOP. p. 179. ZANICH. p. 279.
*Conyzella* DILLEN. nov. gen. p. 142. Cat. Gieſſ. p. 160. E. N. C. Cent. III. IV. Obſ. 125.
*Virga aurea annua* BOERH. p. 79. WALTHER.
*Aſter canadenſis annuus flore papposo* VAILL. memoir. p. 403. BUXB. pl. Hal. p. 30.
*Conyza alba acris flore papposo* WEINM. T. 422 *b*.
*Erigeron floribus paniculatis* LINN. Cliff. p. 407. ROYEN. p. 166.

Ubique nunc naſcitur in ruderoſis & in ſylvis caeduis, quae certiſſime exotica fuerat.

Caulis hirtus, erectus, virgatus, ab uno ad tres cubitos altus, ramoſiſſimus. Folia lingulata, hirſuta, pallida, ora integra, ad baſin tamen & ad terram ita firmiter ciliata, ut ſerrata videantur. Flores in petiolis brevibus multifloris ex alis foliorum, circumſtant ramos erectos, ſpicaſque longiſſimas, & laxas efficiunt perexigui. Calyx longe cylindricus, viridis, ſubhirſutus. Petala plana, minima, pallidiſſime carnea, graciliſſima, numeroſiſſima. Floſculi lutei etiam exigui, quadrifidi.

## *A S T E R.*

LINN. n. 652.
*ASTERES* TOURN. plerique T. 274.
*ASTERES* VAILL. plerique.
& *HELENIUM* VAILL. p. 390.

Huic calycis ſquamae latiuſculae, oblongae, apice vel in omnibus, vel certe in iis, quae ad baſin calycis ponuntur, reflexo; ſemifloſculi patuli, apice tridentato.

### ORDO I.
### FLORE PURPUREO.
*ASTER* VAILLANT.

1. ASTER foliis ad terram petiolatis, ovatis, caule unifloro.

*Aſter atticus flore puniceo* ARET. p. 234 *b*.



? Virga au... Canadens...

*Aſter atticus* V. CLUS. Pann. p. 533. cum bona icone.
*Aſter* VII. *auſtriacus* V. EIUSD. Hort. p. XV.
*Aſter purpureus montanus* LUGD. p. 861. I. B. II. p. 1045. RAJ. p. 268. Syll. p. 71.
*Aſter montanus coeruleo magno flore, foliis oblongis* C. B. P. H. BLES. SUTHERL. I. R. H. WAGN. TILL. TIT. It. SCHEVCHZ. It. IV. p. 329.
*Aſter alpinus coeruleo magno flore* PARK. SCHEVCHZ. It. I. p. 30. It. II. p. 130.
*Aſter humilis montanus, flore amplo, foliis anguſtis non ſerratis* H. OX. III. p. 120.
*Aſter montanus pumilus, flore coeruleo magno* IC. REG. T. 36.
II. *Aſter atticus alpinus alter* C. B. P. H. OX. III. p. 19. SCH. BOT. ZWING. p. 944. I. R. H. TIT. It. TILL. VAILL. p. 399.
*Aſter atticus coeruleus alpinus* CAM. Epit. p. 905.
III. *Aſter atticus alpinus alter, magno flore* SCH. BOT. H. OX. III. p. 119. PLUKN. Hiſt. III. p. 163.
IV. *Aſter hirſutus auſtriacus magno flore, folio ſubrotundo* C. B. Prodr. p. 124. MOR. III. p. 119. Etſi diſtinguat C. B. in ſpecimine tamen ſicco diverſitatem non reperio.
V. *Doronicum in Stiriae montibus, floribus coeruleis* C. B. P. p. 185. procul dubio huc pertinet, noſtrum enim paſſim vocant.

Minime rarus in alpium ſaxoſis. In ſumma crepidine *Creux du vent* GAGN. Legi in *Gemmio* M. in *Rohtenhorn*, in *Waach*, *Gotthardo* &c. HUBERUS ex *Albula* Rhaetica, & circa *Silium*.

Speciosae plantae radix lignoſa, ſcabra. Folia ſubhirſuta, ad radicem multa, late petiolata, fine ovato, non raro dentato, ad caulem longulata, pauca, Caulis uniflorus, pedalis. Floris diameter ad duas uncias. Calycis ſquamae latae, obtuſae. Petala plana, ſuave purpurea, ordine plus quam ſimplici, latiuſcula. Diſcus flavus. Semen ex anguſta baſi ſurſum lateſcens, modice compreſſum.

2. ASTER foliis ſcabris, ellipticis, integris, floribus in ſummo caule umbellatis, coeruleis.
*Aſter atticus* FUCHS. p. 134. CORD. D. IV. c. 120. Hiſt. II. p. 62. cum icone aliena, GESN. Hort. p. 269. DOD. p. 266. bene, Coron. p. 258. CAM. Epit. p. 904.
*Tinctorius flos* TRAG. p. 154. ex FUCHSIO.
*Aſter atticus Fuchſii* GESN. Coll. p. 61.
*Aſter atticus ſ. Amellus* MATTH. p. 1175.
*Aſter VIII. Italorum & Fuchſii* CLUS. p. XVI.
*Aſter Italorum* LOB. p. 349. ex DOD. *Quaedam in montibus* CAES. L. XII. c. 39.
*Aſter atticus minor, flore coeruleo* AICHST. aeſt. ord. V. T. 12. f. 1. & *major, flore coeruleo* IBID. f. 3.
*Aſter atticus purpureo flore* I. B. II. p. 1044.
*Aſter atticus coeruleus vulgaris* C. B. Baſ. p. 79. P. MUR. p. 703. ZWING. p. 944. I. R. H. PONT. p. 226. MAGN. Char. p. 121. VAILL. p. 399.
*Aſter atticus Italorum flore purpureo* PARK. RAJ. p. 268. Syll. exter. p. 71.
*Aſter atticus vulgaris* H. OX. III. p. 119. *purpureo flore* Ic. REG. T. 31.
*Aſter atticus ſ. Inguinalis* BLAKW. T. 109.
*Aſter foliis lanceolatis, ſcabris, ſemiamplexicaulibus, parum ſerratis, calycibus laxis, ſquamis lanceolatis* LINN. Cliff. p. 407. ROYEN. p. 166.
β *Albo flore* I. B. f. Boll. p. 178. I. R. H. VAILL.

C. B. in *Muteti* M. ericetis ultra *Huningam* verſus ſylvam; & in collibus ad patibulum. Sed abunde provenit in collibus apricis & juniperetis agri *Aventicenſis*, v. g. ſupra *Mathod*, eundo verſus *Baume*. MURALT in aſperis collibus.

Radix lignoſa, caulis altior, tripedalis, ramoſus. Folia minus hirſuta, ſicca, latiuſcula, elliptica. Calycis ſquamae laxe poſitae, latiuſculae, reflexae. Ex alis ſummorum foliorum flores in petiolis unifloris. Flos ſeſcuncem latus. Semifloſculi anguſtiores, coerulei, diſcus luteus.

## ORDO II.
## ASTERES FLORE LUTEO.
### *HELENIUM* VAILL.

3. ASTER foliis amplexicaulibus, criſpis, ſubtus incanis, luteo flore radiato.
*Calaminthae tertium genus* FUCHS. p. 436.
*Conyza paluſtris* GESN. Coll. p. 70.
*Conyzae ſpecies tertia* GESN. Hort. p. 255.
*Conyza media* MATTH. p. 872. DOD. p. 52. LOB. ic. p. 345. AICHST. aeſt. ord. 5. T. 12. f. 1. bene, RAJ. p. 262.

*Conyza*

*Conyza tertia vulgaris* CLUS. Pann. p. 326.
*Conyza media vulgaris* EIUSD. Hiſt. p. XXI.
*Altera in iisdem locis* CAES. L. 12. c. 32.
*Conyza* TRAG. p. 165. TAB. p. 860. melius.
*Conyza media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens* I. B. II. p. 1050.
*Conyza media aſteris folio luteo, vel tertia Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 79. &c.
*Conyza media repens, aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis* H. OX. III. p. 113.
*Aſter pratenſis autumnalis, conyzae folio* T. aut. de Par. p. 179. 247. I. R. H. MAGN. Char. p. 122. ZANICH. p. 29. ic. 141.
*Helenium pratenſe autumnale, conyzae foliis caulem amplexantibus* VAILL. p. 391.
*Conyza foliis lanceolatis acutis, caule annuo, corymboſo* LINN. Cliff. p. 405. ROYEN. p. 157.
β *Flore pleno* WEINM. T. 423. C. LOCHN. E. N. C. Cent. VIII. obſ. 2.

In foſſis magna copia.

Caulis lanuginoſus, brachiatus, bipedalis, & tripedalis. Folia pene ſagittata, caulem amplexa, mucrone acuto, margine plicato & undulato, ſubhirſuta, inferne incana, ſpongioſa. Flores numeroſi in petiolis unifloris. Calycis ſquamae anguſtae, valde numeroſae, tomento obducuntur. Radii lutei, tridentati. Floſculi concolores, pene innumerabiles, ſaepe quadrifidi. Pappus in ſemine rarus. Tota planta odore & ſapore eſt acriori.

4. ASTER caule ramoſiſſimo, foliis criſpis, floribus luteis ſaepe nudis.
*Conyza minor* TRAG. p. 166. (forte & *media* EIUSD.) MATTH. p. 871. non bene ſi haec eſt, CAM. Epit. p. 613. eadem icon, TAB. p. 860. RAJ. p. 262.
*Conyza minima* LOB. p. 245. DOD. p. 52. LUGD. THAL. &c.
*Conyzae mediae minor ſpecies, flore vix radiato* I. B. II. p. 1050.
*Conyza minor, flore globoſo* C. B. Baſ. p. 79. P.
*Chryſanthemum conyzoides paluſtre minus, flore globoſo* H. OX. III. p. 19. inter non pappoſas.
*Aſter paluſtris parvo flore globoſo* T. aut. de Par. p. 178. I. R. H. MAGN. Char. p. 122.
*Helenium paluſtre annuum foliis criſpis* VAILL. p. 393.
*Conyza & pulicaria* BLAKW. T. 103.
*Conyza foliis lanceolatis, obtuſis, ramis ſecundum flores gradatim enaſcentibus* LINN. Cliff. p. 405. ROYEN. p. 157.

In foſſis humidis ad agros *Baſileae* & alibi.

Caulis ramoſiſſimus, purpureus, cubitalis. Folia amplexicaulia, minora, ad marginem criſpa, foetida. Flores & ſummos ramos, & minores ex alis foliorum prodeuntes terminant. Calyx valde hirſutus, ſquamis denſiſſime congeſtis, quarum imae ſolae, & vix quidem repandae ſunt. Semifloſculi breves, acute tridentati, ſaepe nulli. Semina pappo brevi coronata, placenta nuda, in qua re a DILLENIO diſſentio, qui in ea villos, non autem in ſeminibus deſcribit.

5. ASTER foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, ſubtus incanis, floribus luteis.
An *Tinctorius flos tertius* TRAG. p. 154. quem dicit a coeruleo colore differre?
An *Aſter pannonicus tertius* CLUS. Pann. p. 529. 530?
*Aſter pannonicus quintus* EIUSD. Hiſt. p. XIV. XV. non ſatis crenas exprimit.
*Aſter pannonicus tertius Cluſii, luteus, folio hirſuto ſalicis* I. B. II. p. 1047.
*Aſter pannonicus ſubhirſuto ſalicis folio, tertius* H. OX. III. p. 118.
*Aſter lanuginoſo folio, V. Cluſii* RAJ. p. 266.
An *Aſter flore luteo* TAB. p. 330. (non diſplicet.)
Qui *Helenium montanum ſalicis folio ſubtus incano* VAILL. p. 392. cum aliis ſynonymis.
An *Aſter luteus hirſuto ſalicis folio* C. B. P. RUPP. ZANICH. p. 27. p. 52. f. I. I. R. H? De Ruppiano certum eſt, cum Jenae legerim eundem.
Omnes icones differunt foliis non ſerratis, quae noſtra manifeſta nota eſt.

In ſolitudine *die Eymatte*, ad rivum, magna copia. In comitatu *Neocaſtrenſi* DIVERNOI.

Caulis cubitalis, in ſummitate ramoſus. Folia ſeſſilia, ſuperne modice ſubhirſuta & nigra, inferne tomento incana, margine acute ſerrato, circumſcriptione elliptico-lanceolata, omnino ſaligna. Calyx glaber, fuſco tinctus, ſquamis ad baſin reflexis: pappus praelongus. Semifloſculi non lati.

6. ASTER foliis amplexicaulibus, ex ovatis acuminatis, ora ſerrata, flore ampliſſimo luteo.
*Elenium* FUCHS. p. 242. MATTH. p. 71.
*Elenion* TRAG. p. 170.
*Helenium* CORD. Dioſc. p. 9. DOD. purg. p. 73. 74. Hiſt. p. 344. CAM. Epit. p. 35. bene,

LUGD.

514

LUGD. TAB. p. 562. AICHST. Autumn. ord. 2. T. 5. f. 1. H. OX. III. p. 129. RAJ. p. 273. BLAKW. T. 473.
*Helenium majus* CORD. Hiſt. p. 142 *b.*
*Inula* GESN. Coll. p. 83.
*Inula vulgo Enula* GESN. Hort. p. 262.
*Helenium & Inula Anguillarae, Panax Chironium* LOB. ic. p. 574.
*Enula* CAES. L. 12. c. 34.
*Helenium ſ. Enula Campana* I. B. III. P. I. p. 108. PARKINSON.
*Helenium vulgare* C. B. Baſ. p. 81. VAILL. p. 390.
*Aſter omnium maximus, Helenium dictus.* T. aut. de Par. p. 396. I. R. H. MAGN. Char. p. 120.
*Aſter foliis ovatis, rugoſis, ſubtus tomentoſis, amplexicaulibus, calycum ſquamis ovatis patulis* LINN. Cliff. p. 807. ROYEN. p. 166.

In pratis circa *Tigurum* GESNERUS, ſed ſuſpicatus non vere ſpontaneam eſſe, & me conſentientem habet. *Michelfeldae* C. B. *Neocaſtro* retulit ad ripam lacus lectam D. RITTER.

Radix ampliſſima. Folia vaſtiſſima, amplexicaulia, utrinque ex ovalibus decreſcunt, ſubtus lanuginoſa, per oram ſerrata. Caulis ad ſex pedes erectus, firmus, folioſus, foliis ſurſum decreſcentibus. Flos ampliſſimus, ſquamis calycis latiſſimis, herbaceis, reflexis, petalis planis longis & anguſtis.

Radix acris, amara, aromatica, bili ſimilis ſapore & efficacia medica: Princeps vis eſt in emendando laxo & debili ventriculo: in colica ab acido, in debilitata digeſtione ciborum, in hypochondriaco malo, ad pellenda lochia, menſes, in ſuſcitando torpore, qui ab hyberna inertia oritur. Eadem etiam indicatio eſt ad vermes. Porro vi penetrabili reſolvente thoraci prodeſt: decoctum aut aqueum infuſum aut condita radix, aut eſſentia, ac ipſa radix ad duas drachmas ſumta: ad aſthma laudatur ab omnibus ſcriptoribus, ad tuſſim ferinam, in cereviſia cocta LENTIL. *Miſcell.* p. 321. Ipſum, ſi credis CATTIERIO (*Obſ.* 2.) pellit calculum. Nocet, quoties calido exceſſu peccatur; Ad peſtem tamen conditam pro prophylaxi edunt, v. g. DIEMERBROEK, an bene? Extus adplicata eſt inter phoenigmos.

*7. ASTER . . . Sed flos ita pingitur, ut Doronico aut Solidagini accedat.
*Aſter montanus hirſutus* LOB. ic. p. 350. *Pexae* LUGD. p. 1135.
*Aſter luteus ſive oculus Chriſti minor* LUGD. p. 1135.
*Aſter montanus luteus femina* TAB. p. 338. ex LOB.
*Aſter atticus luteus villoſus latifolius, magno flore* C. B. I. R. H. ZWING. p. 944.
*Aſter montanus flore luteo magno, hirſutus, quibuſdam oculus Chriſti* I. B. II. p. 1046. cum icone transpoſita: Sequens vero icon eo pertinet, MOR. III. p. 118. n. 3.
*Aſter montanus alter, folio & caule hirſutis* RAJ. p. 267.*
*Helenium montanum villoſum anguſtifolium, flore magno ſingulari* VAILL. 1720. p. 391.
*Aſter foliis lanceolatis ſeſſilibus villoſis, caule ſaepius unifloro* ROYEN. p. 168.

SCHEUCHZER. in editioribus pratis alpium, ſed raro.
I. B. „ Radix geniculata. Caules multi ex ſupina radice, pedales, piloſi; folia ad terram multa, ſuperne rara, tomentoſa, albida, tres & quatuor, unciam longa, lata ſemuncem. Flores in ſumma planta ſingulares, magni, aurei, calyce albido.

8. ASTER foliis ovatis, tenerrime crenatis, nitidis, utrinque glabris.
*Aſter luteus, latifolius, glaber, foliis rigidis, & minutiſſime crenatis* PLUKN. p. 57. T. 16. f. 1. RAJ. III. p. 163.
*Helenium glabrum, Myrti lato ſerrato cuſpidatoque folio* VAILL. p. 392.
An *Aſter montanus Italicus, luteus, foliis brevioribus & rigidioribus ſerratis, floribus umbellatim conpactis* MICHEL. apud TILL. p. 18.

Paſſim in agro Aventicenſi legi, v. g. ad viam, qua a *Mathod* adſcenditur, ad S. *Chriſtophle* & circa *Bactiacum*, in pratis, qua itur *au Bulliet*.

Caulis lignoſus, cubitalis, ramoſus, aut non ramoſus. Quemvis ramum flos ſingulus terminat. Folia plurima, patula, ſeſſilia, lata baſi, ovato-lanceolata, nervoſa, argute crenata, quaſi ciliata, ſature & nitide virentia. Calycis ſquamae fuſcae, parte dimidia reflexae. Flos flavus, radiis tridentatis, unciae diametro.

Aſter montanus Salicis folio glabro multorum auctorum idem eſſe videtur. De Ruppiano certum eſt.

9. ASTER foliis longiſſime lanceolatis, utrinque levibus, rariter dentatis, floribus luteis in umbella infrequente.
*Aſter luteus linariae rigido glabro folio* P. eoque refertur

Aſter

*Aſter Pannonicus quartus* CLUS. Pann. p. 531.
*Aſter ſextus Auſtriacus, IIII.* CLUS. Hiſt. p. XV.
*Conyza media Monſpelienſis, quibuſdam Aſteris Attici genus, folio glabro, rigido* I. B. II. p. 1049.
*Aſter anguſtifolius ſ. 6. Auſtriacus* 4. RAJ. p. 266. *
Nomen C. B. habet MOR. III. p. 118.
An *Aſter luteus anguſtifolius* MUR. p. 703. in montibus?
*Aſter montanus ſaxatilis luteus, anguſto acuto nervoſo & molli plantaginis folio, multicaulis* BOCCONE *Muſ. di Piant.* p. 31. T. 18.
*Aſter ſalicis folio glabro, longo, acuto* EIUSD. *Muſ. di Fiſ.* T. VI. n. 11.

In M. Muteto C. B. neque enim alium eſſe ejus
*Aſterem montanum luteum ſalicis folio glabro* Baſ. p. 79.
declarat frater, qui hunc ipſum ſextum CLUSII a CASPARO habuit, in montibus *Baſileenſibus* lectum.

Caulis tripedalis, lignoſus, ruber, folioſus, in vertice brachiatus. Folia copioſa, levia, pene linearia, longiſſimo mucrone, margine obiter & leviſſime dentato. Flores ſinguli ramos terminant; in umbellam convexam diſpoſiti.

* CONYZA aquatica laciniata MURALT. p. 709.

Adeo vulgarem eſſe in Helvetia, ut locum natalem exprimere non fuerit neceſſe, ex ſilentio omnium auctorum adducor ut minime credam.

## *S O L I D A G O.*

LINN. n. 655.
*VIRGA AUREA* VAILL. p. 396.
& *JACOBAEOIDES* VAILL. p. 387.
*VIRGA AUREA* TOURNEFORT. T. 275.

Ab Aſtere differt apice ſquamarum calycis introrſum converſo & concavo, externe gibbo, ſemifloſculis paucis, vix decem (LINNAEUS), in apice obſcure inciſis, ut lanceolati videantur. A Senecione ſquamis multorum ordinum: an ſatis evidenter? Interim addo, flores laxis in ſpicis cauli parallelis diſponi.

1. SOLIDAGO caule erecto, racemis alternis erectis. LINN. Cliff. p. 409. ROYEN. p. 161.

α Varietas folio lato, ſubhirſuto, ſerrato, caule ſepedali.
*Virga aurea vulgo dicta* GESN. Tab. Coll. p. 108. Hort. p. 286. haec enim vulgatius naſcitur.
*Virga aurea latifolia ſerrata* C. B. Baſ. p. 79. an H. OX. III. p. 124. I. R. H.? hi enim citant I. B. qui de ſpecie dicit Solidaginis, ZANICH. p. 278. ic. 271. IC. ROB.
*Virga aurea margine crenato* DOD. p. 142. ſimilis alpinae.
*Virga aurea altera ſerrato folio* LOB. ic. p. 299. ex DOD.
*Virga aurea* CAES. XII. c. 41. THAL. CAM. Epit. p. 748. pro alpina, RAJ. p. 278. ZWING. p. 846. ex CAM.
*Virga aurea ſerratis foliis* TAB. p. 873. quae icon ſimilior eſt alpinae n. 2.
*Virga aurea vulgaris latifolia* I. B. II. p. 1062. T. aut de Par. p. 172. omnino, VAILL. p. 396.
II. *Virga aurea alpina, laurinis rigidioribus foliis* BOCCONE p. 35. T. 16. I. R. H. VAILL.
β Varietas, quae videtur in Anglia & Gallia frequentius naſci, crenis foliorum obſcurioribus.
*Virga aurea* LONIC. p. 556. MATTH. p. 1006. DOD. p. 142. AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 6. f. 2. BLAKW. T. 169.
*Virga aurea foliis non ſerratis* CAM. Epit. p. 749.
*Aurea virga Villanovani, Limonii aut Coſti hortenſis foliis, Doriae floribus* LOB. ic. p. 298.
*Virga aurea Matth. & Virga aurea Dodon.* LUGD. p. 1272.
*Symphytum petraeum III. flore albo* TAB. p. 561.
*Virga aurea anguſtifolia, minus ſerrata* C. B. H. OX. III. p. 125. ZWING.
*Virga aurea vulgaris* PARK. H. OX. III. p. 124.
Et *Virga aurea levibus non ſerratis* MOR. Prael. & H. OX. III. p. 124.
*Virga aurea vulgaris latifolia* I. R. H. GARID. JOHR. PONTED. p. 230. DILL. Gieſſ. p. 164.
Et *Virga aurea anguſtifolia, minus ſerrata, flore albo* I. R. H. ex TAB.
*Virga aurea folio longo, lato, minus ſerrato* VAILL. p. 396. ex DOD.
Et *Virga aurea folio longo anguſto, minus ſerrato* VAILL. p. 396. ex MATTHIOLO.

Varietas α in ſylvis M. *Gurten* & *Weiſſenſtein* & alibi in *Helvetia* & *Germania* vulgo provenit. Varietas β non rara eſt, & in *Jurae* vallibus frequentior.

Caulis erectus, ad ſex pedes ab unico. Folia petiolata, ima fere ovata ſerrata, deinde ex ovato lanceolata, ſubrotunde ſerrata, firmula, ſubhirſuta. Scapi ex omnibus alis multiflori, & foliis breviores, erecti, ut flores longe latera caulis obſervent. Calyx glaber, pallens. Semifloſculi trinervii, apice contracto, ſed inciſo,

ciſo, a quinque ad decem, floſculi pariter pauci, & magni, ex quibus vagina, & ex ea bicornis tuba eminet. Semen ſulcatum, longum, conicum, baſi acuta, capite pappifero rotundo.

Styptica eſt, amara, princeps vulneraria, quam etiam Solidagini aliqui praeferunt ad potiones vulnerarias, quae mundificando adſtringunt. In lenta quavis putredine eximia eſt, tum ad nephritidem & calculi initia, quae & purget renes, & repurgatos conſolidet (BARCLAI. in duce Lotharingiae). In ulcere urethrae interno & externo uſu hujus plantae ope pulchram ſanationem obtinuit CL. LISCHWITZ *de virg. aur.* n. XLVII. XLVIII. in ulcere renum CHOMELIUS. Calculum pepulit aliquoties drachmis tribus pulveris ter per intervalla octo horarum ſumtis FULVIUS GHERLI off. 56.

2. SOLIDAGO floribus in ſummitate congeſtis.

Varietas eſt, quae in *Jura* M. & Alpibus humilioribus vulgo naſcitur, cubitalis, foliis firmioribus, glabris, imis ovalibus, obtuſis, vix ſerratis, uti etiam ſuprema folia ſaepe non ſerrata ſunt, floriferis petiolis paucifloris, & unifloris, in ſumma planta in paniculam congeſtis: ſed, fateor, vix ſeparo a vulgari, neque *Cambricam floribus conglobatis* DILLENII Hort. Elth. p. 413. T. 306. neque alias ibi citatas, cum notae per gradus minuantur. Huc pertinere videntur:

*Virga aurea* CAM. Epit. p. 748. deinde icones DOD. LOB. & TAB. dictae ad *α* hanc exprimunt.

*Virga aurea Broccenbergenſis* THAL. p. 129.

*Virga aurea longo molli & lanceolato folio, alpina* BOCCONE T. 30. p. 34. vulgatioris non ſatis diſſimilis, RAJ. III. p. 167. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 144.

*β* Varietas minima.

Annon *Verbaſcum minimum* LUGD. p. 1304. 1305.

*Virga aurea humilis* H. BLES. p. 220. Prael. p. 323. VAILL. p. 398.

*Virga aurea montana minor* BARREL. ic. 783. BOCCONE Muſ. p. 169. T. 118. bene, RAJ. III. p. 167. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 144. It. IV. p. 463.

*Virga aurea parva ſeu minima, folio crenato, flore luteo* TIT. It. pro nova.

*Virga aurea montana folio anguſto ſubincano, floſculis conglobatis* LLHOYD apud H. OX. III. p. 125. (differre videtur, ſi differt, hirſutie), RAJ. Syn. III. p. 177.

An *Virga aurea omnium minima* H. R. P. SCH. BOT. HERM. I. R. H BOERH.

In *Gemmio* & aliis *Valeſiae* alpibus, *Speluga* M. & alibi SCHEUCHZERUS: niſi, quod valde probabile eſt, de varietate alpina Solidaginis I. potius dixit.

## *SENECIO.*

LINN. n. 260.

*IACOBAEA* I. R. H. & VAILL. 1720. p. 382.

& *SENECIO* I. R. H. & VAILL. 1719.

& *SOLIDAGO* VAILL. 1720. p. 376.

Character a calyce deſumitur, cujus ſquamae in cylindri ſpeciem erectae, ita conglutinantur, ut integer, & ſerratus videri poſſit: accedentibus aliis, vagis & anguſtis, ad baſin, ſive tunc conniveat eundo calyx, ſive divergat, ſive graciles fuerint ſquamae, ſive latiuſculae. Pauciſſimae ſunt, quae ſemifloſculis deſtituuntur, neque tamen, ob ſummam adfinitatem characteris, poſſunt longe removeri. Fateor praeterea, a Solidagine Jacobaeas nonnullas aegrius diſtingui, quae calyce ſint ſquamoſo. Sed medelam hactenus non reperi. Addendum omnino, flores umbellatim diſponi.

### ORDO I.

### FOLIIS LACINIATIS.

*IACOBAEA* VAILL.

& *SENECIO* VAILL.

1. SENECIO foliis petiolatis, cordatis, ſerratis, ſubtus incanis, floribus luteis, ex ſummo caule racemoſis.

I. *Conyzae alpinae genus* Böni GESN. fract. p. 63.

*Conyza montana* Böni EIUSD. Coll. p. 70 *b.*

*Lunaria montana* EIUSD. Coll. p. 87.

*Conyzae alpinae ſpecies* EIUSD. Hort. p. 255.

*Conyzis cognata herba procera, flore fere Doronici* TAB. M. Gal. apud GESN. Hort. p. 235 *b.*

II. *Jaco-*

II. *Jacobaea latifolia Pannonica* CLUS. Pann. p. 574.
*Jacobaea Pannonica* III. CLUS. Hiſt. p. XXIII.
*Jacobaea alpina laciniata flore buphthalmi* C. B. P. H. OX. III. p. 110. SUTHER. SIBB. SCH. BOT. HERM. WAGN. ZWINGER.
*Jacobaea Pannonica latifolia* I. B. II. p. 1054. RAJ. Syll. exter. p. 153. PLUKNET.
III. *Jacobaea latifolia altera* CLUS. Pann. p. 576.
*Jacobaea Pannonica IV.* EIUSD. Hiſt. p. XXIII.
*Erigeron alpinum* SCHWENCKF. p. 67.
I. III. *Jacobaea alpina foliis rotundis ſerratis* C. B. Prodr. p. 69. 70. SCH. BOT. RAJ. Syll. ext. p. 153. MUR. p. 717. SCHEUCHZ. It. VI. p. 459. TIT. BUXB.
*Conyza alpina* I. B. II. p. 1055. RAJ. p. 260. Syll. ext. p. 263.
*Jacobaea foliis rotundis ſerratis* H. OX. III. p. 110.
*Jacobaea alpina foliis ſubrotundis ſerratis* C. B. P. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 40. PONTED. Diſſ. p. 235.
*Jacobaeoides ſcrophulariae folio* VAILL. p. 387.
*Solidago foliis cordatis, petiolatis, ſerratis* ROYEN. p. 162.

Minime rara in alpium pinguibus & lapidoſis, ubi fimus abundat, & circa caſas paſtorum. I. B. in monte ſupra *Weſen.*

Caulis firmus, ſtriatus, cubitalis, vix ramoſus. Folia ſpongioſa, flavida, ſubhirſuta, ſubtus rariter tomentoſa, pene cordiformia, ſed in medio latiora, ſerrata, petiolata. Flores fere unciales, flavi, in petiolis tomentoſis, multifloris, qui caulem terminant: ſquamae calycis anguſtae, acutae, divergentes. Petala plana valde numeroſa.

Acris eſt, deleteria, purgat cum vehemente morſu, & oves creditur depilare.

2. SENECIO foliis utrinque tomentoſis ſemipinnatis, laciniis vix dentatis, umbella florum globoſa.

*Chryſanthemum alpinum* I. CLUS. pann. p. 566. bene, hiſtor. p. 333. *Cluſii*-RAJ. p. 341. Syll. ext. p. 95.
*Chryſanthemum alpinum Judenbergenſe, Jacobaeae adſine* I. B. II. p. 1058.
*Chryſanthemum alpinum incanum foliis laciniatis* C. B. SCH. PAR. &c. MUR. p. 707.
*Jacobaea alpina incana minor* BARR. ic. 262. n. 1. bene.
*Jacobaea pumila alpina* BOCC. Muſ. di Piant. T. 8.
*Jacobaea alpina pumila comoſa incana* BOCCONE ib. p. 20. RAJ. Hiſt. III. p. 179. SCHEUCHZER. It. II. p. 136.
*Jacobaea pumila abſinthii umbelliferi foliis incanis, floribus velut in umbellam poſitis* PLUKN. p. 194. T. 39. f. 6. bene, RAJ. Hiſt. III. p. 175.
*Jacobaea alpina, humilis, abſinthii umbelliferi foliis incanis* H. OX. III. p. 109.
*Jacobaea alpina abſinthii folio, humilior* I. R. H. VAILL. Mem. p. 385.
II. Praeterea, etſi non poteſt cum floribus albis PONAE conciliari, haec eadem planta fuit in herbario C. B. & HAGENBACHII pro
*Abſinthio III. alpino umbellifero* PON. Ital. p. 220.
III. Huc etiam referenda videtur *Jacobaea pyrenaica incana ſaxatilis latifolia* I. R. H. VAILL. p. 385.
*Abſinthium pumilum, pulmatum, craſſo tomentoſo palleſcente folio* BARR. ic. 481. Etſi enim folia latiora habeat, flore tamen convenit, totaque facie.

Ex Helvetiae alpibus habuit C. B. & inprimis ex *Gotthardt* M. ex *Valeſiacis* D. CONSTANT. In vallis *Averſanae* & *Praegalliae* montibus legit SCHEUCHZERUS. MURALTUS in *Glaronenſibus.*

Pulchra planta tota utrinque albo brevi tomento tegitur, uti Jacobaea marina, macilentiori tamen. Caulis firmus, dodrantalis, in ſummitate umbellam gerit conpactam, pene globoſam. Folia petiolo lateſcente, pinnis eundo majoribus, minus inciſis, confertis, in varietate III. brevibus, rotundis, & ex apice palmatim exeuntibus. Calyx lanuginoſus nigricans, ſuperne lateſcens, radii pauci, flavi, latiuſculi, diſcus de fuſcedine habet.

3. SENECIO foliis pinnatis, pinnis multiformibus dentatis, floribus umbellatis luteis. 547

*Sanct Jacobs-Blum* BRUNNF. II. p. 60.
*S. Jacobi herba* FUCHS. p. 741. 742. bene.
*Flos S. Jacobi* TRAG. p. 287.
*Senecio major ſ. flos S. Jacobi* MATTH. p. 1133. bene, CAM. Epit. 870. foliis nimis acutis, LUGD.
*Jacobaea* DOD. p. 642. pinnis ſemipinnatis.

*Jacobaea vulgaris* CLUS. p. XXII. eadem icon, I. B. II. p. 1057. RAJ. p. 284.
*Jacobaea, Senecio, & herba S. Jacobi* LOB. p. 227. eadem.
*Herba S. Jacobi* CAES. p. 500.
*Herba Jacobaea* TAB. p. 169.
*Jacobaea vulgaris laciniata* C. B. Baſ. p. 40. H. OX. III. p. 168. T. aut. de Par. p. 203. I. R. H. PONT. p. 232. MAGN. Char. p. 122. VAILL. p. 382.
*Senecio foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis* LINN. Cliff. p. 406. ROYEN. p. 164.
β Jacobaea laciniis latioribus C. B.
γ Foliis tenuiſſime laciniatis PONT. p. 233.
*Jacobaea latifolia* I. B. II. p. 1057. RAJ. p. 285.
*Jacobaea Barbareae inſtar laciniata* LOES. p. 129. ic. 35. bene.
*Jacobaea paluſtris viridior, latiore folio* H. OX. III. p. 110.
An *Jacobaea rotundifolia* FUIREN. apud BARTH. Ciſt. Med. p. 285?
*Jacobaea latifolia paluſtris ſ. aquatica* RAJ. p. 285. PLUKN. T. aut. de Par. p. 278. I. R. H. VAILL. p. 382. &c.
δ *Jacobaea laciniis tenuioribus, vulgaris, foliis Erucae inſtar laciniatis* T. aut. de Par. p. 277. I. R. H. PONT. VAILL.
ε *Jacobaea foliis quercus tenuifoliae inſtar diviſis* C. B. MAGN. Hort.
ϛ *Jacobaea vulgaris, foliis ad raphanum accedentibus* C. B. I. R. H. GARID.
ζ *Flore abſque ſemifloſculis* SHERARD. apud RAJUM Synopſ. III. p. 177.
η *Flore luteo in ambitu albo* ROYEN. p. 119.

Nihil vulgatius ad vias, in agris & foſſis. Varietas vero β. circa *Bernam* abunde provenit, v. g. in adſcenſu per clivum *Sandrein.*

Caulis erectus, firmus, ſulcatus, tripedalis. Folia ima in varietate β vel omnino ovalia, ſubrotunde crenata, ad baſin paulo profundius inciſa; ad caulem paulatim latiora ſunt, pinnis acceſſoriis, vel ſubrotundis, & irregulariter circumdentatis, eundo lateſcentibus, extremo ſegmento ampliſſimo, trifido. In vulgari vero omnia perpetuo pinnata ſunt, nervo lato, cum pinnis confluente, difformiter dentatis. Dantur etiam folia Artemiſiae ſimilia, quibus nempe pinnarum longarum duo latera parallela ſunt, apex ſolus ſemel aut bis inciſus, alia quibus pinnae ſemipinnatae: multas alias varietates volens omitto. Flores ex ſummo caule in petiolis ramoſis umbellatim diſponuntur: ſemifloſculi lutei, fere duodecim, apice tridentato, diſcus ejuſdem coloris, & vagina eminens. Calycis ſquamae gibbae & valentes. Semina elliptica, ſubhirſuta.

Folia amara, acria, dicuntur ad eryſipelas valere & ad anginas, & in dyſenteriis mire laudat S. PAULI, quibus parum tribuo, cum inſuaviſſimo ſint ſapore.

4. SENECIO foliis pinnatis, pinnis linearibus apice inciſis, ſubtus incanis.
*Senecio Jacobaea Zeelandica incana* LOB. illuſtr. p. 76.
*Jacobaea vulgaris minor* PARK. p. 668.
An *Jacobaea procerior, incana* BURS. Act. Suec. p. 503?
*Jacobaea artemiſiae folio, incana latifolia non repens* BARR. ic. 267.
Et *Jacobaea incana repens hirta* EIUSD. ic. 153. melius.
*Jacobaea incana ſegmentis longioribus* H. OX. III. p. 108.
*Jacobaea Senecionis folio incana, perennis* RAJ. p. 285. PLUKN. I. R. H. ZWING.
*Jacobaea artemiſiae folio, radice repente* VAILL. Memoir. 1720. p. 382.

Baſileae in ſylvis legi a. 1736, tum Jenae abunde in vineis, ſi quidem haec vera eſt & diverſa planta, quod vix credo. Nam etiam vulgaris perennat.

Caulis multa lanugine alba obducitur. Folia ſubtus incana, acutius diviſa, pinnarum lineis terminantibus parallelis, uti de varietate vulgaris ſpeciei dixi, apice inciſis. Tota durior eſt.

5. SENECIO foliis pinguibus, pinnatis, pinnis alterne breviſſimis, radiis perexiguis.
*Matricaria ſylveſtris* TRAG. p. 156.
*Innominata fœtida pinguis, foliis ut botryos* GESN. Coll. p. 82. *b.*
*Cotula, forte conyza, foetida, pinguis tactu* GESN. Hort. p. 255.
*Senecio foetidus* GESN. ib. p. 286. *b.* LUGD. p. 576. cum icone nimis elegantula, PARKINS. HOFM.
*Erigeron majus* DOD. Ic. vet. II. p. 113. obiter, hiſt. p. 641. flore non radiato, foliis bene expreſſis.
*Jacobaea pannonica mollior* CLUS. Pann. p. 372.
*Jacobaea pannonica I.* EIUSD. Hiſt. p. XXI. absque icone, T. aut. de Par. p. 474. I. R. H. GARID. &c.

*Erigeron*

*Erigeron tomentoſum alterum* LOB. ic. p. 226. eadem, MERR. &c.
*Senecio hirſutus* I. B. F. Boll. p. 177. *viſcidus major, odoratus* EI. II. p. 1042. RAJ. p. 290. PLUKN.
*Senecio incanus pinguis* C. B. Baſ. p. 39. H. OX. III. p. 106. ZWING. p. 502.
*Jacobaea incana viſcoſa annua, Senecionis folio* VAILL. p. 384.
*Senecio hirſutus viſcidus graveolens* DILL. Hort. Elth. p. 347. T. CCLVIII. f. 336.
*Senecio foliis pinnatifidis, ſeſſilibus, lacinulis anguloſis, ſuperioribus latioribus, florum radiis diſco brevioribus* ROYEN. p. 164.

Frequens eſt in ſylvis caeduis, maxime vero in areis carbonariorum, & ubi torfa exuſta fuit.

Tota planta tenera eſt, viſcido unguine foetido obducitur, & pulverem, quiſquiliasque retinet. Caulis erectus, ex vertice ramoſus, cubitalis & ultra. Folia utcunque ſimilia prioris n. 3. nervo lateſcente, pinnis cum nervo confluentibus, diſſitis, longis, apice lobatis & dentatis, inter quas breviſſimae aliae & ſimplices ſe inmittunt, eundo acutioribus, extrema maxima. Flores in ſumma planta umbellas faciunt. Calyx regularis ſuperne connivet, ut in Sonchis, ſquamis etiam magis conjunctis, acceſſoriis obſcurioribus, ex qua nota Senecionem a Jacobaea ſeparat DILLENIUS l. c. Semifloſculi rariſſime, certe nobis, deſunt, exigui, revoluti & tridentati, una cum diſco flavi.

β. Circa *Heilbad* Valeſiae reperi nudo flore.

6. SENECIO foliis ſemipinnatis, dentibus brevioribus, radiis breviſſimis.
An *Erigerum I.* DOD. p. 640? Ita VAILL. puto ob flores: ſed folia ſunt prioris.
An *Senecio major in montibus* CAES. L. 13. c. 51?
*Senecium montanum* TAB. p. 169. bene.
*Senecio minor latiore folio ſ. montano* C. B. Baſ. p. 39. P. DILL. Hort. Elth. T. 258. fig. 337.
*Senecio montanus* PARK. p. 671.
*Jacobaea Senecionis folio* H. BLES. MAGN. Bot. & Hort. & Char. p. 122. T. aut. de Par. p. 474. I. R. H. GARID. VAILL. Bot. p. 108. cum deſcriptione.
*Senecio montanus mollior, pallido parvo flore* BARR. ic. 401. bene.
*Jacobaea annua Senecionis folio, parvo flore* VAILL. Memoir. p. 384.

C. B. in pratis circa *Cliben.* Sed erat in horto ſicco, cum hoc nomine, varietas Senecionis vulgaris.

Caulis pedalis & ultra, erectus: Folia ſubhirſuta, minime viſcida, pinnata, nervo lateſcente, ut pene ſemipinnata ſint, laciniis brevioribus, inciſis. A priori fere exiguitate florum differt, & quod viſco careat.

7. SENECIO foliis pinnato-ſinuatis, amplexicaulibus, floribus nudis ſparſis. ROYEN. p. 165.
*Erigerum* RUELL. p. 624.
*Senecio* FUCHS. p. 286. MATTH. p. 1132. pro pingui ſpecimine, CAM. Epit. p. 869. non bene, CORD. Dioſc. IV. c. 97. GESN. Coll. p. 106 *b.* CAES. L. 12. c. 51. LUGD. HOFMAN.
*Senecio vulgaris* TRAG. p. 285. PARK. RAJ. p. 290.
*Senecio Erigeron* GESN. Hort. p. 280 *b.* TAB. p. 168. bene.
*Erigerum minus* DOD. p. 641.
*Senecio ſ. Erigeron* LOB. p. 225. eadem icon.
*Senecio vulgaris ſ. Erigeron* I. B. II. p. 1041. MAGN. Char. p. 137.
*Senecio minor vulgaris* C. B. Baſ. p. 39. P. H. OX. III. p. 106. T. aut. de Par. p. 301. I. R. H. VAILL. Mem. 1719. p. 405. 41. IC. REG. LINN. Lapon. n. 296.
*Senecio major vulgaris* PONT. p. 153. cum charactere.
*Erigerum, Senecio* BLAKW. T. 132.
β Quid aliud *Senecio maior* TRAG. p. 284.

Frequentiſſimum vitium hortorum.

Caulis erectus, ramoſiſſimus, pedalis, latus & debilis. Folia plurima nitida, inferne aliquantum tomentoſa, lata baſi ſeſſilia, ſemipinnata pinnis latis brevibus, minute ſerratis. Flores numeroſi in ſummis ramis ſimiles ſpeciebus duabus prioribus, ſed conſtanter abſque ſemifloſculis. Semen longe ellipticum, ſulcatum, ſubhirſutum.

Sapor herbaceus eſt, utcunque nitroſus. Refrigerat, pro vulneraria habetur, ad inflammationes & ſcirrhos teſtium & mammarum externe adhibetur, cum malvis in lacte coctus, & ad gargariſmos in anginis C. HOFMAN. Tritum, & ventriculo inpoſitum, vomitus movere, & febres ſanare, lego in ESS. OF EDIMB. SOC. II. p. 47.

p. 47. quod valde paradoxum eſt. In colica ſpaſmodica infantum familiaris fuit LENTILIO, *eteodr.* p. 502.

8. SENECIO foliis ramoſis, nervo & pinnulis planis & anguſtiſſimis, floribus umbellatis.

*Chryſanthemum alpinum III.* CLUS. Hiſt. p. 373. abſque icone.
*Achillea montana Artemiſiae tenuifoliae facie* LOB. p. 746. Adv. p. 333.
*Ageratum ferulaceum* LUGD. p. 1184. MUNT. ic. 87.
Et *Achillea montana Penae* LUGD. p. 772.
*Ageratum ferulaceum Dalech* I. B. III. I. p. 152. RAJ. p. 286.
*Chryſanthemum alpinum foliis longis tenuiter inciſis* C. B. ex CLUSIO.
Et *Chryſanthemum alpinum foliis Abrotani multifidis* EIUSD. ex LUGD. & LOB. (cum quibus confundit CLUSIANAM ſtirpem, vel ſolo ſcapo unifloro diverſiſſimam. Errorem olim correxit JOHNS.) ZWING. p. 503.
*Jacobaea alpina foliis ferulaceis* H. OX. III. p. 109. VAILL. 1720. p. 386.
*Jacobaea foliis ferulaceis flore minore* I. R. H. errorem C. BAUH. repetiit.

MURALTUS in M. *Glaronenſibus*, ſi quidem ei viro fides adhibenda eſt.

Caulis craſſus, pedalis, folioſus. Folia glabra, dura, tenuiter diviſa, longe petiolata, pinnis ramoſis, pinnulis nervi ſimilibus, acutis, inciſis aut ſimplicibus. Flores in vertice umbellati, exigui. Calyx fit duplici ſerie paucarum ſquamarum, divergentium. Flos totus flavus. Petala latiuſcula, lineata.

## ORDO II.
## FOLIIS NON PROFUNDE INCISIS.
### *SOLIDAGO* VAILL.

9. SENECIO foliis longe ellipticis acute ſerratis, floribus umbellatis.

*Solidago Saracenica* FUCHS. p. 728. TRAG. p. 487. eadem ic. DOD. p. 141. LOB. ic. p. 299. ex DOD. RAJ. p. 276. VAILL. mem. 1720. p. 377.
*Solidago Saracenica alia circa Sargans* GESN. Coll. p. 108. Hort. p. 286.
*Virgae aureae alterum genus* CAES. L. XII. c. 41. omnino.
*Conſolida aurea* TAB. p. 556. bene.
*Conſolida Saracenica* AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 6. f. 1.
*Virga aurea anguſtifolia ſerrata ſ. ſolidago Saracenica* I. B. II. p. 1063. H. OX. III. p. 124. MUR. p. 737.
*Virga aurea anguſtifolia* C. B. Baſ. p. 79. *ſerrata* P. H. OX. III. p. 124.
*Jacobaea alpina foliis longioribus ſerratis* I. R. H. PONT. p. 235.
*Senecio foliis lanceolatis ſerratis, floralibus pedunculos aequantibus* LINN. virid. p. 84. ROYEN. p. 163.

In omnibus ſylvis montanis *Jurae* & *Alpium* frequens.

Caulis erectus ad quatuor, & quinque pedes, alatus, non ramoſus, niſi ubi in umbellam finditur. Folia frequentia, firma, ex ellipticis utrinque acuta, ex atro viridia, argute dentata, glabra, aut ſubtus lanuginoſa. Petioli florales ex ſummo caule erecti, multiflori. Calyx omnino reſpondet charácteri: filamenta ſex ad octo ſub calyce tenuiſſima, duodecim latiora, in cylindrum conglutinata. Petala plana fere quinque, inciſa, pallida, lineata. Semina ſunt longae, incurvae, ſulcatae columnae. Pappus ex orbiculo.

Vulneraria eſt, in *Falltranck* Helvetiorum recipitur, laudatur ad mala ex lapſu, ad pellendas urinas.

10. SENECIO foliis ovato-lanceolatis, ſubtus hirſutis, floribus umbellatis. conf. It. HERCYN. n. 23.

*Verbaſculum alpinum minimum* LUGD. p. 1126. huic valde adfine eſt.
*Conſolida Saracenica major* LUGD. p. 1271.
*Conſolida Saracenica prior* THAL. p. 27.
*Virga aurea ſ. Solidago Saracenica latifolia ſerrata* I. B. II. p. 1063. (quod caput corruptum eſſe videtur) PLUKN. p. 390. T. 235. f. 1. ſed icon tota glabra eſt, LISCHW. p. 27. & 37.
*Virga aurea, Solidago Saracenica dicta, latifolia ſerrata* LOES. p. 286.
*Virga aurea latifolia ſerrata* RAJ. p. 279. ex I. B. ſed confudit cum vulgatiſſima Virga aurea CASPARI BAUHINI, Syll. ext. p. 263. MAPP. p. 327.
*Virga aurea montana ſerrata magno flore* WAGN. p. 289.
*Jacobaea nemorenſis latiore rigidiore & hirſuto folio* RUPP. p. 142.

I. B.

I. B. ait „ naſci in *Münchenſtein*; ſed manifeſto confudit cum vulgari *Virga aurea.* Haec noſtra in ſaltubus Hercynicis vulgaris eſt.

In hac ſpecie folia in medio lateſcunt, ut ovato-lanceolata ſint; ſubtus manifeſto hirſuta ſunt.

11. SENECIO foliis longiſſime mucronatis, ſerratis, ſubtus incanis, floribus umbellatis.

*Conyzae aquaticae ſpecies* GESN. Hort. p. 255.
*Conyza aquatica longis & ſerratis foliis* GESN. Coll. p. 70.
*Conyza quarta* CAM. Epit. p. 615.
*Lingua major Dalech.* LUGD. p. 1037. bene.
*Conyza aquatica maxima ſerratifolia* THAL. p. 21. ic. III.
*Conſolida paluſtris* TAB. p. 555. optime.
*Virgae aureae ſ. ſolidagini anguſtifoliae affinis, lingua avis Dalechampii* I. B. II. p. 1063. RAJ. p. 280.
*Conyza paluſtris ſerratifolia* C. B. Baſ. p. 79. MURALT. p. 661. ZWING. p. 170.
*Jacobaea foliis longis, integris, & mucronatis* H. OX. III. p. 110.
*Jacobaea paluſtris altiſſima, foliis ſerratis* T. aut. de Par. p. 204. I. R. H. VOLC. TILL. RUPP. ZANICH. p. 146. ic. 131. MAPP.
*Solidago paluſtris, perſicae folio ſubtus incano* VAILL. Mem. p. 378.

C. B. *Michelfeldae* in paluſtribus: C. & IOHANNES GESNERI *Tiguri* ad lacum. Copioſe in Rhenana regione reperi, v. g. circa *Schreck.*

Caulis erectus, ad quatuor & quinque pedes altus, non ramoſus, niſi ex vertice, ibique multiflorus. Folia longiſſime ex linearibus lanceolata, ora acute ſerrata, ſubtus pallida & hirſutiora. Flos multo major prioribus, ſed ſemifloſculi plures, atque longiores, ut diameter floris ſit biuncialis, totus flavus. Calycis ſquamae latiuſculae, in interiori ordine, cum aliis vagis ad baſin.

* 12. SENECIO . . . .

*Conyza aquatica, Aſteris flore aureo* C. B. Prodr. p. 124. JONQ. SCH. BOT. RAJ. III. p. 152.
*Aſter pratenſis alpinus, flore aureo* I. R. H. TILL.
*Helenium paluſtre ſubhirſutum, foliis calthae* VAILL. p. 392.

BURSERUS in *Valeſia* prope *Sedunum.*

Caulis cubitalis, teres, hirſutus, geniculatus, ramoſus. Folia villoſa, aſpera, per oram crenis ſerrata, longa ad tres & quatuor uncias, lata ad duas. Flores toti aurei, ſinguli in ſuis petiolis, magni, aſteris forma. Semifloſculi tenues, ſemen papposum. In notis addidi „floribus eſſe umbellatis, foliis longis, acutis, ſerratis, accedere ad Solidaginem perſicaefoliam: Sed differre.

13. SENECIO foliis elliptico-lanceolatis, denticulatis, ſubtus tomentoſis, caule paucifloro.

Haec planta maximae difficultatis eſt.
I. *Doronicum anguſtifolium alterum* CLUS. Pann. p. 519.
*Doronicum III. Auſtriacum II.* CLUS. Hiſt. p. XVIII. cum icone non recedente.
*Doronicum folio ſubrotundo ſerrato* I. B. III. P. I. p. 17. ex CLUS. H. OX. p. 127.
II. *Doronicum Helveticum incanum* C. B. Prodr. p. 97. PARK. H. OX. III. p. 128. RAJ. p. 277.* SCHEUCHZ. It. I. p. 36. cum deſcriptione, It. VII. p. 511. an etiam MUR. p. 710? ZWING.
*Solidago monanthos folio oblongo, ſubtus lanuginoſo* VAILL. Mem. p. 379.
*Doronicum foliis lanceolatis denticulatis, ſubtus tomentoſis, caule unifloro* ROYEN. p. 160.
III. Eadem eſt, ex notis meis,
*Jacobaea rotundifolia incana* C. B. Prodr. p. 69. RAJ. p. 272 *. Syll. exter. p. 153.
An *Jacobaea Doronici folio & flore, montana* BARR. ic. 229? Sed multiflora pingitur.
*Doronicum radice dulci ſ. longifolium* MUR. p. 709. procul dubio huc pertinet.

Frequens in lapidoſis alpium & *Jurae* M. culminibus. In M. *Rohtenhorn*, *Waach* &c. SCHEUCHZER. in M. *Albula* & valle montana *Waldnacht.* HUBERUS ex M. *Lunae.* I. B. ſuam in M. *Braulio* & M. *Thuiri*, eamdemque RAIUS in M. *Jura* legit.

Radix ex craſſo tubere magnum demittit fibrarum capillicium. Caulis tomentoſus, firmus, cubitalis, longe nudus, monanthos, aut certe pauciflorus. Folia pene elliptico-lanceolata, carne pulpoſa, ſerrata, aut tota araneoſa lanugine tecta, aut glabriora, qualia ſpecimina in *Jura* M. legi, ima petiolata, ſuprema ſeſſilia. Flos ſeſcuncialis diametri, flavus. Calyx a prioribus in eo diverſus, quod ſquamae ad baſin nihilo anguſtiores aut breviores ſint, quam interior ordo, adeoque ambigit

bigit inter Doronici florem & Senecionis. Semina omnia pappoſa. Semifloſculi lati, tridentati.

*14. SENECIO uniflorus, foliis longe petiolatis, ellipticis, glabris, ſerratis.

*Tuſſilago alpina folio longo* I. B. I. p. I. p. 21. RAJ. p. 277.
*Tuſſilago alpina folio oblongo* C. B. Prodr. p. 101.
*Doronicum integro & craſſo Hieracii folio* MAGN. Bot. app. p. 295. H. OX. III. p. 128. SCHOL. BOT. PLUKN. Amalth. p. 71.
*Jacobaea integro & craſſo Hieracii folio* I. R. H.

I. B. in M. *Braulio* & *Thuiri*. RAIUS in *Jura* M.

In deſcriptione & icone videtur a priori diſtingui foliis utrinque glabris, longioribus, anguſtis, paulo rarius ſerratis.

*15. SENECIO foliis petiolatis, ellipticis, hirſutis, minime ſerratis, caule unifloro.

*Doronicum primum vel minus* CLUS. Pann. p. 517. 518. bene.
*Doronicum II. Auſtriacum I.* EIUSD. Hiſt. p. XVII.
*Doronicum II. longifolium* TAB. p. 337?
*Doronici ſpecies ex horto Ferrarienſi, folio longo hirſuto* I. B. III. p. I. p. 19.
*Doronicum longifolium hirſutie aſperum* C. B. H. OX. III. p. 127. TILL. SCHEUCHZ. It. VI. p. 455. ZWING. p. 596.
*Doronicum Auſtriacum anguſtifolium* PARK. RAJ. Hiſt. p. 277. Syll. ext. p. 118.
*Jacobaea montana, croceo amplo ſingulari flore, ſpathulae folio* BARR. ic. 265.
*Solidago Succiſae folio, flore magno* VAILL. p. 379.
*Doronicum foliis lanceolatis, alternis, dentatis, caulinis amplexicaulibus, caule ramoſo* ROYEN. p. 160. ſi noſtram vult.

SCHEUCHZER. in *Albula* M. & aliis Rhaetorum alpibus.

Caulis dodrantalis, uniflorus. Folia neque crenata, neque ſerrata, longe petiolata, longa ad ſeſquidigitum, digitum lata, una cum caule hirſutie aſpera. . . .

*16. *Doronicum folio longo ſerrato* I. B. III. p. I. p. 19. in Rhaetia.

Lanugo mollicella, & color ex viridi flaueſcens Doronici vulgaris. Folia longa, unciam fere lata, ſerrata. Reliqua Doronici rotundifolii.

Videtur *Arnica I.* eſſe, quam nullibi habet I. B.

*17. *Doronicum Helveticum humile, craſſis foliis* C. B. Prodr. p. 97. H. OX. III. p. 128. T. 24. f. 10. cum icone Senecionis n. 12. RAJ. p. 277. * Syll. exter. p. 118. WAGN. HERM. ZWING. p. 596.

FLEISSERUS legit in *Gemmio* M. (ibi Arnica I. copioſe naſcitur.)

Planta palmaris eſt. Folia craſſa, denſa, ſuperne ex atro virentia, inferne pallida, nonnihil hirſuta. Prima ex rotunditate oblonga ſunt, per ambitum crenata, pediculi baſibus caulem ambientibus: reliqua ad ſex uncias longa, ſeſuncem lata, ſuperna petiolo deſtituta. Caulis brevis, hirſutus, diviſus in ramos biunciales, unifloros: Flores lutei mediocres.

Non dixerim, an ad Senecionem pertineat, an nova ſit?

18. SENECIO foliis lingulatis, tomentoſis, ſimpliciſſimis.

*Jacobaea Pannonica folio non laciniato* CLUS. Pann. p. 574. I. B. II. p. 1656. ex CLUS. RAJ. p. 272.*. ZWING. p. 505.
*Jacobaea Pannonica II.* CLUS. Hiſt. p. XXII.
*Jacobaea montana lanuginoſa anguſtifolia, non laciniata* C. B. I. R. H. RUPP. p. 142. H. OX. III. p. 111. T. 12. fig. 30.
*Solidago longifolia tomentoſa & incana, floribus fere umbellatis, ſubtus atro-rubentibus* VAILL. 1720. p. 380. n. 26.

SCHEUCHZER. in alpibus Helveticis.

Caulis pedalis, folioſus, erectus, in ſummitate ramoſus. Folia amplexicaulia, longa, ligulata, tomento obnupta, quod decutiunt adulta. Flores in ſpicam umbellatam, majuſculi. Calycis ſegmenta lata, divergentia, villoſa, continuo uno ordine. Petala & diſcus flavus, longa illa, lineata, tribus dentibus inciſa.

## *A R N I C A.*

MOEHRING. Hort. priv. p. 106. 107.

Suprema ſedes petioli paulum dilatatur ſub flore, deinde finditur in duos ordines latiorum foliorum, ſurſum divergentium. Hac nota a Senecione differt. Omnia ſemina pappo coronantur, quo ipſo diſtinguitur a Doronico.

I. ARNI-

1. ARNICA foliis alternis ſerratis.

*Doronicum foliis anguloſis, radice ſcorpii figura* GESN. Hort. p. 257.
*Doronicum maius ex alpibus Helveticis* EIUSD. apud. CORD. Hiſt. IV. c. 72.
*Gemſchenwurtz* ARET. p. 235.
II. *Aconitum Pardalianches Theophr.* MATTH. p. 1082. CAM. p. 823. huic folia ſunt appendiculata, neque icon placet, LUGD.
*Aconitum Pardalianches Matth.* TAB. p. 580.
*Doronicum radice dulci* C. B. (non autem ſynonymon CLUS.) RAJ. p. 275. Syll. ext. p. 117. HERM. SCHEUCHZ. It. I. p. 36. (paſſim in alpibus) VAILL. p. 390. ZWING. p. 595.
III. *Aconitum Pardalianches Plinii* MATTH. p. 1081. (cum icone fictitia radicum), TAB. p. 580. LUGD. PANC.
*Doronici altera ſpecies* LOB. Adv. p. 290.
*Doronicum brachiata radice, cancri forcipicularum ritu* LOB. ic. p. 649.
*Doronicum brachiata radice* LUGD. p. 1203. PARK. RAJ. p. 275.
*Doronicum radice Scorpii brachiata* C. B. H. OX. III. p. 127. I. R. H. VAILL. p. 389. (I. GESN. apud *Glaronenſes legit.*)
IV. Denique non puto differre, imo vero haec ſola icon plantae meae recte convenit, MATTH. vero ſuſpectae ſunt, & forte fictitiae.
*Doronicum III. Auſtriacum* CLUS. Pann. p. 520.
*Doronicum IV. Stiriacum* CLUS. p. XVII.
*Doronicum folio lato, flore magno* I. B. III. p. 1. p. 17.
*Doronicum latifolium, flore magno* C. B. H. OX. III. p. 128. T. 24. f. 14. HERM. I. R. H. PONT. p. 237. VAILL. p. 390. ZWINGER.
*Doronicum Stiriacum flore amplo* RAJ. Syll. p. 117. Hiſt. p. 275.*

Paſſim reperi in ſaxoſis alpium. In *Rohtenhorn*, *Gemmio* circa die *Daubę*, *Gotthardo* M. SCHEUCHZERUS circa cacumen *Jugi* M.

Radix brachiata, nodoſa, fibris comata, ſcabra, evulſu difficilis. Folia ima longe petiolata, ſuperiora ſeſſilia, in univerſum ovata, modo profunde circumſerrata, fere ut in Pulmonaria Gallica, modo obiter & leniſſime ſerrata, ſature viridia, hirſuta, viſcida, mollia. Caulis dodrantalis, uniflorus. Calyx viridis, hirſutus. Flos maximus adfinium, biuncialis, flavus. Semifloſculi inciſi, ſemina omnia pappoſa.

2. ARNICA foliis ovatis, integris, conjugatis.

*Ptarmica* GESN. ind. p. 96. *Dioſcoridis* Ic. ad c. 154. L. 2. DIOSCOR.
*Ptarmica montana* GESN. Coll. p. 99 *b*.
*Caltha alpina* EIUSD. Hort. p. 251. DOD. purg. p. 62. Hiſt. p. 254. SCHWENKF.
*Aliſma* MATTH. p. 934. *alpinum* GESN. Hort. p. 245 *b*. THAL.
*Montana herba Doronici radice, folio plantaginis* GESN. epiſt. p. 93 *b*.
*Mutterwurtz* ARET. p. 234 *b*.
*Chryſanthemum latifolium* DOD. p. 263. LUGD.
*Doronicum VI. Pannonicum* CLUS. p. XVIII.
*Nardus Celtica, plantago alpina* LOB. ic. p. 313. nomen. Icon vero eſt, quam pro β dedit CLUSIUS.
An & *Damaſconium alterum* EIUSD. p. 739.
*Damaſonium I.* Dioſc. TAB. p. 738.
*Διουρητικη* RENEAUME p. 118. 119.
*Aliſma Matthioli ſ. plantago montana* I. B. III. P. I. p. 20. ex loco natali, deſcribit vero caulem uniflorum.
*Doronicum Germanicum* PARK. RAJ. p. 276 *.
*Doronicum Plantaginis folio* MUR. p. 709.
*Arnica* FEHR. EPH. NAT. CUR. Dec. I. ann. 9. 10. obſ. 2. RUPP. p. III.
*Doronicum foliis oblongo-ovalibus* LINN. Lap. n. 304.
β Varietas humilis, uniflora, foliis acutioribus.
*Doronicum Auſtriacum quartum* CLUS. p. 520. 522. H. OX. III. p. 127.
*Doronicum V. Germanicum* CLUS. p. XVIII. RAJ. p. 276.* Syll. ext. p. 117.
*Caltha alpina* TAB. p. 336.
*Ptarmica montana Dalech.* LUGD. p. 1169.
*Doronicum Germanicum foliis ex adverſo naſcentibus villoſis* I. B. III. p. 1. p. 19.
*Doronicum monanthes foliis ad radicem brevibus, nervoſis, duplici in caule foliolorum pari* RAJ. III. p. 166.
*Doronicum foliis lanceolatis* LINN. n. 305.
α β Recte conjungitur a C. B. VAILL. &c.
*Doronicum plantaginis folio alterum* C. B. H. OX. III. p. 127. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 36. PONT. p. 237. WAGN. RUDB. p. 97.
*Solidago foliis oblongis, nervoſis, plerumque conjugatis* VAILL. p. 380.

? Doronicum plantagineum

Ubique in pratis alpinis Helvetiae, in valle *Haſelia*, *Urſaria*, *Neſſo* M. &c. Ad radicem M. *Pilati* copioſe I. GESNER. SCHEUCHZER. in M. *Schweizerhacken* &c.

Radix lignea, fibris comoſa. Folia ad terram ovata, vel ex ovatis acuminata, trinervia & quinquenervia, hirſuta, pallide lutea: ad caulem pauca, unum par aut alterum, acutiora, conjugata, quod rariſſimum in hac gente, neque a JUNGIO praetermiſſum eſt. Caulis pedalis & cubitalis, longe nudus, ſimplex, vel brachiatus. Calycis ſquamae latae, pene quindecim, manifeſto ex communi principio ortae. Flos flavus, duarum unciarum diametro. Petala plana, omnino tridentato apice, ut male RUPPIUS integro dixerit ſine terminari, neque optime bifida ERNDL. in EPH. NAT. CUR. Vol. 3. obſ. 135.

Odorata eſt, acris, nauſeam pleriſque & vomitum movet, & ſternutationem, a qua nomen habet. Hoc ſeculo in Germania celebrata eſt ex vi reſolvente ſanguinem extra vaſa effuſum a lapſu (s. PAULI in quadrip. FEHR. l. c. BRESL. 1719. *M. Mart.* 1722. *Febr.* 1721. *Mart.* & *Nov.* &c. 1724. p. 217. de la MARCHE *de vero arnicae uſu*) nimio conatu (WOLF. Breſl. 1725. M. Jul. EPH. NAT. CUR. *Vol.* I. *obſ.* 125. BUCHNER. miſc. 1728. p. 1450. de la MARCHE ib.) epilepſia ex terrore BRESL. 1724. p. 218. contuſione magna BRESL. 1726. p. 244. Vim diureticam decocti in dyſuria jam LOBELIUS cognovit *Adverſ.* p. 133. indeque nomen finxit RENEAUME. Sed nimis validam eſſe motuum excitatricem, & ipſe ſapor & triſtia exempla docent v. BRESLAV. 1719. M. *Aug.*

## *DORONICUM.*

*DORONICI* VAILL. Species & character p. 389.

*DORONICI* TOURNEF. T. 277.

& LINN. n. 650. Species.

1. DORONICUM foliis cordatis obtuſis, imis longe petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus.

I. *Doronicum Graphoy* GESN. Ind. quadr. p. 30.
*Doronici alia ſpecies dulcis ſ. Graphoy* EIUSD. ibid. p. 60.
*Doronicum Graphoy dictum* I. B. III. p. 18. Miror diſtingui a I. B. cum adeo manifeſto idem ſit cum officinali, ex indice GESNERI.
*Doronicum* TAB. Galand. M. p. 235 *b. vulgo dictum* GESN. Coll. p. 74.
*Doronicum Romanum* GESN. Hort. p. 257. & CORD. Hiſt. IV. c. 72.
*Aconitum Pardalianches minus, quod falſo Doronicum vocant* MATTH. p. 1083.
*Aconitum Pardalianches minus* CAM. Epit. p. 824.
*Aconitum Pardalianches* DOD. purg. p. 305. optime, *primum* EIUSD. Hiſt. p. 437.
*Doronicum latifolium* CLUS. p. XVI. ex DOD. Pannon. p. 517.
*Doronici tertii varietas* LOB. ic. p. 649.
*Doronicum* CAES. L. 12. c. 33. I. B. III. P. I. p. 14.
*Doronicum radice ſcorpii figura* LUGD. p. 1203. & denuo p. 1737. tum ex *Matth.* tum nova icon, & melior.
*Doronicum I.* TAB. p. 336.
*Doronicum radice Scorpii* C. B. I. R. H. & T. 277. ZWING. p. 595. &c.
*Doronicum vulgare* PARK. RAJ. p. 274. PONT. Diſſ. p. 238.
*Doronicum majus officinarum* H. OX. III. p. 127.
Et *Doronicum Scorpii radice repente* EIUSD. ib.
*Doronicum Romanorum* BLAKW. T. 239.

In M. *Thuiri* copioſe, quando primum ad rupes pervenitur, & alibi circa *Genevam* RAI. Ex *Valeſia* habuit C. GESNER.

Radix longe ſerpens, craſſa, transverſa, fibrillas numeroſas deiicit. Folia ex radice, in longa ala foliacea auctis pediculis, cordata, ſed obtuſa, tomentoſa. Caulis brachiatus, foliis adſperſus rarioribus, amplexicaulibus. Ramos longe nudos ſinguli flores terminant flavi. Calycis ſquamae acutiores & anguſtiores, quam Arnicis (VAILL. T. 14.), virides, ad triginta. Semifloſculi lineati: floſculi ex viridi pallent, vagina crocea, ſemina ovata.

De hac planta plurimum pugnatum eſt tempore MATTHIOLI: cum iſte poſt MARANTAM p. 67. deleteriam, & verum Aconitum Pardalianches veterum eſſe contenderet; GESNERUS vero cum eo nomine Thoram proponeret, & Aconitum ſalubre eſſe contenderet: deinde GUILANDINUS noſtrum pro vero & veterum

& Ara-

& Arabum Doronico haberet, negaret autem GESNERUS, quod acre illud eſſet ex oriente Doronicum, dulce vero hoc noſtrum, & ſuaviter aromaticum. Cum ergo CORTUSUS canes quatuor drachmis radicis Doronici enecaſſet, MATTH. p. 1086. GESNERUS experimentum fecit in ſe ipſo, & drachmas duas adſumſit, absque noxa *Hort.* p. 257. add. *Epiſt.* p. 18. *b.* p. 74. *b.* p. 78. & ſimilis ſententia fuit LOBELII *Adverſ.* p. 290. & SEPTALII Anim. L. IX. n. 54. 55. Ipſe denique MATTHIOLUS data ſeſcunce canem etiam alacriorem factum vidit *Epiſt.* p. 302. Vaniſſimum vero rumorem, quod perierit ex uſu aromaticae & innoxiae radicis GESNERUS, neſcio quomodo poſt haec teſtimonia potuerint propagare COSTAEUS, C. HOFMANNUS, BOERHAAVIUS & PONTEDERA. Interim uſus ejus nobis obſolevit: In Anglia in vino & cereviſia ad menſes pellendos frequenter adhiberi BLAIRIUS teſtis eſt. Debile, ſed innoxium etiam ad capitis mala expertus eſt CL. LUDOVICI p. m. 115. Ad colicam venatoribus recipi. SPIGEL *Iſag.* p. 53.

# PLANTAE FLORE CONPOSITO.

## TRIBUS III.

*PLANIPETALAE* BOERHAAVE p. 80.
*CICHORACEAE* VAILL. Mem. de l'Acad. 1721. p. 227.

Hae plantae a radiatis differunt, quod non alios floſculos habeant, praeterquam ligulatos, quales illis in ambitu ponuntur: (VAILL. f. 5. MALPIGH. ic. 207.) deinde quod ii floſculi praeter ſemen & tubam etiam ſtamineam cylindrum nactae ſint: Apex pene perpetuo quinque denticulis inciditur. Omnes etiam lacteum ſuccum amarum, ſaponaceum, refrigerantem ex omnibus partibus ſuis laeſae deſtillant.

## ORDO I.
## I. PLACENTA NUDA.
## I. SEMINE CORONATO.

### *TARAXACUM.*

*DENS LEONIS* TOURNEF. T. 266. VAILL. Mem. 1721. p. 227.
& *TARAXACONOIDES* VAILL.
*LEONTODON* Sp. LINN. n. 618.

Calyx ſquamoſus, ſquamis multarum ſerierum imbricatis, quarum quae ad baſin ponuntur, eae deorſum reflectuntur. Semina pappum plerumque in ſtipite proferunt, (VAILL. f. 12.) nonnunquam ſeſſilem. Scapi nudi, uniflori, ex qua nota primus Taraxaci genus conſtituit JUNGIUS.

## ORDO I.
## PAPPO SIMPLICI, IN STIPITE CALYCIS SQUAMIS IMIS REFLEXIS.

*DENS LEONIS* VAILL.

1. TARAXACUM pinnis foliorum triangularibus.
α Varietas foliis latis, vulgatior.
*Dens Leonis* BRUNF. III. p. 70. RUELL. p. 375. 438. MATTH. p. 506. CAM. Epit. p. 286. DOD. p. 636. RAJ. p. 244. MERIAN. ic. VII.
*Caput monachi* DORST. p. 80 *b*.
*Hedypnois* FUCHS. p. 680. *Dalech.* LUGD. p. 564.
*Hieracium majus* TRAG. p. 262.
*Hieracium parvum* CORD. Dioſc. III. p. 35. l. 55.
*Hieracium minus* GESN. Hort. p. 261 *b*. Coll. p. 81 *b*.
*Dens Leonis vulgi ſ. urinaria* LOB. ic. p. 232.
*Aphaea* CAES. L. 13. c. 3.
*Dens Leonis, roſtrum porcinum* TAB. p. 175.
*Hedypnois ſ. Dens Leonis Fuchſii* I. B. II. p. 1035.
*Dens Leonis latiore folio* C. B. Baſ. p. 37. P. T. aut. de Par. p. 192. I. R. H. PONT. Diſſ. p. 85. MAGN. Char. p. 116. ZANICH. p. 85. ic. 288.
*Dens Leonis vulgaris* H. OX. III. p. 74.
*Dens Leonis qui Taraxacon officinarum* VAILL. Mem. 1721. p. 230.

*Dens Leonis, Taraxacum* BLAKW. T. 1.
*Leontodon calyce inferne reflexo* LINN. Lap. n. 280.
β Foliis ampliſſimis cubitalibus.
*Dens Leonis major* SCHAEF. delic. Hall. DILL. Gieſſ. p. 122. nov. ſpec. p. 53.
*Dens Leonis ampliſſimo folio* I. R. H. TILL. LEOP.
γ Folio acute diviſo in lacinias lineares.
*Aphaea anguſtioris folii* CAES. p. 508.
*Chondrilla altera Dodonaei minor* THAL. p. 23.
*Dens Leonis anguſtiore folio* C. B. Baſ. p. 37. P. H. OX. l. c. T. aut. de Par. &c.

Ubique in hortis, ad vias &c.

Folia in orbem expanſa, glabra, mollia, nervo craſſo albo, plus quam ſemipinnata, pinnis triangularibus, dentatis, ſaepe retrorſum hamatis, extrema ampliſſima. Scapus ſucculentus, cavus. Flos erectus, ex majoribus hujus gentis. Calyx interior fit uno ordine ſquamarum, exterior vero multis confuſis & reflexis falciolis VAILL. f. 50. 51. Petala copioſiſſima, flava, ſubtus ſaepe livida. Staminum tubus ſubobſcurus, eminet. Semen ſulcatum, ſub pappo echinatum; pappus in ſtylo.

Lac amarum eſt, tum folia, & radix etiam amarior. Succus vires totius gentis poſſidet, validiores quam Cichoreum, reſolvere nempe coagula viſcida, abſque morſu, ſaponacea vi. Laudatur ad tuſſim, cum lacte ſumtus, ad febres intermittentes, etiam rebelles, a BOERHAAVIO, ad calculum veſicae &c. Iterum ſucco expreſſo, ſed ad integras libras exhibito, expugnavit IDEM. Eum ſuccum in acutis etiam malis ipſaque Pleuritide propinavit BARRETE. Ingreditur, cum radice graminis, Ptiſanam regiam, cujus formulam magno redemit LUDOVICUS XIV.

*DENS LEONIS folio Eryſimi vulgaris SCHEUCHZER. in ſaxis alpium.
An diverſus a priori?

2. TARAXACUM foliis integris, dentatis, pappo ſimplici.
An *Dens Leonis alpinus minimus glaber* SCHEUCHZ. It. I. p. 35? non repugnat.
An *Dens Leonis alpinus glaber ſpathulae folio dentato* VAILL. p. 231?

Pleraque ſunt prioris, cujus vix eſt niſi varietas: foliis integris, rotunde deſinentibus, per marginem dentatis.

An idem, cum hoc nomine apud SCHEUCHZERUM ad radices M. *Titliaci*?

3. TARAXACUM foliorum dentibus triangularibus, fine ſubrotundo.
*Hieracium alterum minus IV.* COLUMN. Ecphr. L. II. p. 29. ic. p. 31. folio extremo nimis acuto, RAJ. p. 246.*
*Dens Leonis alpinus minimus laciniatus, flore croceo* H. OX. III. p. 75.
An *Dens Leonis minimus alpinus glaber* I. R. H?
*Dens Leonis foliis extremo ſubrotundis, floribus aureis* SHER. apud RAIUM Syll. ext. p. 399. Ic. T. noſtr. XXIV.
*Hieracium minus ſaxatile, dentis leonis folio, unico caule, flore flammeo* TIT. It.
*Hieracium dentis leonis folio obtuſo, minus* SCHEUCHZ. It. I. p. 40.
*Hieracium dentis leonis folio obtuſo, minus, flore ſanguineo* EIUSD. It. IV. p. 336.

Ubique in alpium paſcuis, & in M. *Falconario* &c. vid. IT. HELV. n. 60.

Folia ex petiolo lateſcunt, ſerrata, dentibus magnis anguſtis, minus profunde, quam in prima ſpecie, extremo ſegmento parabolice pene & obtuſe terminato. Scapus ſquamulis plerumque adſperſus; vidi etiam, ſed raro, bifidum; firmior quam Taraxaco. Flos minor, colore ſaturo ex luteo rubente, calycis hiſpidae nigraeque ſquamae non reflexae.

Poſſet ad Hieracium pariter referri: ſed cum pene perpetuo ſcapus uniflorus reperiatur, viſum eſt hic relinquere: Eadem cum media ſit inter Dentem Leonis VAILL. & Taraxaconoides, non permittit, ut genera ſeparemus: eſt enim pappo ſimplici prioris, calyce & habitu duro alterius.

## II. PAPPO PLUMOSO, (MALPIGH. ic. 294.) SESSILI, CALYCIS SQUAMIS ERECTIS.

*TARAXACONOIDES* VAILL. p. 232.

4. TARAXACUM foliis integris ſinuatis, pappo plumoſo, calyce glabro.
*Hieracium dentis leonis folio, monoclonon glabrum* C. B. herb. viv. an auctorum?
*Dens Leonis glaber, anguſtiore & longiore folio, flore minore* SHERARD. apud. MOR. III. p. 75. RAJ. Hiſt. III. p. 147.

Dens



*Hieracium alpinum foliis. dentatis flore magno. C. B.*

*Hieracium dentis leonis folio, plerumque monoclonon flore aurantio.*

C. C. Rollinus Med. C. Del.

Sculp. C. F. Frikſch C. filius. Acad. Gött. Sculpt.

*Dens Leonis foliis anguſtis, laciniatis, glabris* SHER. apud. RAIUM in Syll. ext. p. 399.
Et *Dens Leonis minimus folio integro gramineo, vix ſinuato* H. OX. III. p. 75. RAJ. III. p. 147.
An *Hieracium Chondrillae folio glabro, radice ſucciſa, minimum* DILL. Gieſſ. p. 173. nov. ſpec. p. 68.
*Taraxaconoides Chondrillae glabro virente folio* VAILL. p. 233.

In paluſtribus, & alpibus ipſis. In *Gotthardo* M. in pratis *Eymatte* prope *Bernam.*

Radix craſſa, aſpera, fibris comata. Folia ad radicem in orbem poſita, in univerſum elliptica, remote & triangulariter dentata, glabra. Scapus firmus, ſemipedalis & altior. Calycis ſquamae ex livido nigricantes, acutae, non reflexae, multorum ordinum, leves. Flos mediocris, vix octo lineas latus.

5. TARAXACUM foliis integris dentatis, calyce hiſpido, pappo plumoſo.

An *Taraxaconoides glabra minor, Spatulae foliis integris aut & dentatis, flore majore* VAILL.

In *Gotthardo* M. legi.

Radix lignoſa, fibris comata. Folia longa, ex petiolo longo, nudoque, fere elliptica, acuta, margine breviſſime ſerrato. Scapus pedalis, firmus. Flos luteus, calyx niger, ex duobus ſquamarum ordinibus ſubhirſutis.

6. TARAXACUM foliis aſperis, triangulariter dentatis, pappo plumoſo, calyce hiſpido.

*Hieracium ſylveſtre in pratis* GESN. Tab. Coll. p. 81.
*Chondrillae parvae ſpecies* THAL. p. 24.
*Hieracium minus, dentis leonis folio ſubaſpero* C. B. P. certo, non autem ſynonyma: non vero RAJ. neque H. OX. III. p. 64. TOURNEF. hi enim auctores *Hypochoerin* ita vocant.
*Hieracium caule aphyllo, hirſutum* I. B. II. p. 1038. cum icone, RAJ. p. 245. &c.
*Hieracium dentis leonis folio, hirſutum* MERRET. p. 62.
*Dens Leonis foliis hirſutis & aſperis* I. R. H. TILL. GAR. ZANICH. p. 86. ic. 183. n. I. non bene.
*Hieracium dentis leonis folio, caulibus aphyllis glabris* DILL. Gieſſ. p. 122. nov. ſpec. p. 53. EPH. NAT. CUR. Cent. VI. app. p. 62. T. IX. f. 18.
*Taraxaconoides perennis & vulgaris* VAILL. Mem. p. 232.
*Hieracium Narbonenſe, caule aphyllo, folio ſinuato hirſuto* RUPP. p. 160. videtur, cum indigenam faciat.
*Leontodon calyce toto erecto hiſpido, foliis hiſpidis, dentatis, dentibus integerrimis* LINN. Cliff. 386. ROYEN. p. 122.
II. *Hieracium dentis leonis folio obtuſo, minus* C. B. Prodr. p. 63. Baſil. p. 37. RAJ. Syll. p. 145. Hiſt. p. 247. *flore magno* C. B. P. PARKINS.

In ſylvis abunde.

Folia in orbem non plurima, ſicca & aſpera, quae procedendo lateſcunt, & dentibus ſinuantur magnis triangularibus: fine pariter triangulo. Scapus firmus, dodrantalis: calycis ſquamae erectae, hiſpidae, fuſcae. Flos non magnus VAILL. f. 3. Semifloſculi flavi, ſubtus obſcuriori colore.

β In *Gotthardo* M. varietatem reperi dentibus minimis, & foliis minus aſperis.

7. TARAXACUM foliis aſperis, obiter dentatis, calyce hiſpido, pappo plumoſo.

An *Dens leonis hirſutus, montanus, ſaxatilis, calyce longiore nigricante* H. OX. III. p. 76. S. 7. T. 7. f. 15? Non repugnat: ad priorem n. 6. refert VAILLANT.
*Dens leonis, foliis longis & hirſutis, ad margines rarius dentatis* SHERARD. apud RAJUM in Syll. ext. p. 399.

In ſaxoſis alpium *Gotthardi, Chaſſeral.*

Foliorum finis obtuſus, margo dentibus paucis obiter ſerrata, aut integra, habitus pulpoſior, aſperior: reliqua prioris, a quo aegre differt.

8. TARAXACUM foliis aſperrimis, pene ſpinoſis, pinnato-ſinuatis, pappo plumoſo.

I. *Hieracium minus aſperum, Stoebes folio* C. B. in herb. viv.
II. *Hieracium parvum hirtum, caule aphyllo, criſpum quando ſiccatum* I. B. II. p. 1038. cum bona icone, RAJ. p. 249.
*Hieracium parvum, criſpum quando ſiccatum* RAJ. Topogr. Obſ. p. 438.
*Dens Leonis tenuifolius hirſutus, criſpus quando ſiccatus* MOR. III. p. 76.
Huc refert VAILL. *Dentem Leonis minimum foliis hirſutis & aſperis* I. R. H. An idem in catal. SCHEUCHZ. ex alpibus?
*Taraxaconoides perennis hiſpida, Coronopi folio* VAILL. p. 233.
III. *Hieracium dentis leonis folio, hirſutie laciniatum, minus* C. B. Prodr. p. 63. cum icone: *magis laciniatum* EIUSD. P. n. 13.

*Hieracium alterum ſaxatile montanum* COLUMNAE conjungit RAJUS. Sed differt omnino majoribus foliis & dentibus.

RAJUS ad radicem M. *Saléve*, GAGNEBIN & DIVERNOI in M. *Chaſſeron.*

Foliorum copioſus ceſpes ad terram: Pilis albis aſperrimis hirta ſunt, arida & pungentia, ſinuata & pene pinnata, paucis dentibus rectis, latiuſculis, triangulis, ſine tridentato. Flos majuſculus.

## *H I E R A C I U M.*

VAILL. p. 237. LINN. n. 620.
& *PILOSELLA* VAILL. p. 236.
*HIERACII* multae ſpecies TOURNEF. T. 267.

Calycis ſquamae erectae, imbricatae, multorum ordinum. Semina brevia, pene cylindrica, aut conica, ſulcata, pappo coronata ſimplici.

1. HIERACIUM foliis integerrimis ovatis, caule repente, ſcapo unifloro. LINN. Cliff. p. 388. ROYEN. p. 122.

*Auricula muris* BRUNF. III. p. 119. male.
*Piloſella major* FUCHS. p. 605. GESN. Coll. p. 96. DOD. p. 67.
*Auricula muris major* TRAG. p. 278.
*Piloſella* RUELL. p. 585. CAM. Epit. p. 708. CAES. L. 13. C. 18. BLAKW. T. 365.
*Piloſella, & Holoſteum lacunae* LOB. ic. p. 479.
*Piloſella, auricula muris* TAB. p. 196.
*Piloſella majori flore ſ. vulgaris repens* I. B. III. p. 1039.
*Piloſella major repens hirſuta* C. B. Baſ. p. 78. P. T. aut. de Par. p. 516. I. R. H. MAGN. Char. p. 83.
*Piloſella repens* RAJ. p. 242.
*Piloſella monoclonos vulgaris repens minor* H. OX. III. p. 77.
*Dens leonis qui piloſella officinarum* I. R. H. PONT. Diſſ. p. 87.
*Piloſella officinarum* VAILL. p. 236.
β *Piloſella major* CAM. Epit. p. 709.
*Piloſella major repens glabra* C. B. Phytop.
*Piloſella major glabra* MOR. Prael. p. 294. H. OX. III. p. 78.
γ Varietas utrinque albo & denſiſſimo tomento obſita.
*Piloſella montana piloſiſſima* VAILL. p. 236.
*Dens Leonis alpinus minimus, piloſellae folio.* SCHEUCHZ. It. IV. p. 333.
*Piloſella,* quam ex COLUMNA citant, non eſt monoclonos, uti MORISONO viſum, neque hujus loci. Lege FABIUM p. 250.

Varietas prima in apricis collibus macilentis & ad oras viarum vulgatiſſima eſt. Varietatem tertiam in *Gotthardo* M. legi: & in pratis alpium SCHEUCHZ.

Folia ad terram ovata, ſicca, ſuperne viridia, longis & raris pilis hirſuta, inferne albo tomento obſita, in vulgari planta. Caules alii ſtolones ſunt reptantes, folioſi, plantam reparaturi: alii ſcapi florigeri aphylli, erecti, uniflori, qui ſub flore intumeſcunt, & pilis nigris exaſperantur. Calyx cylindricus, hiſpidus, niger, & farina alba adſperſus, plurimis ſquamis fit, ad quadraginta. Petala ſulphurea, pappus admodum mollis, lanoſus & brevis. Semen nigrum, ſulcatum, baſi pappigera breviter radiata.

Amariſſima eſt, vulneraria, detergens, ſiccior reliqua gente lacteſcentium, adſtringens magis & carnibus conſumendis apta. In anginis, morbisque pectoris ab acri ſero laudatur. Ad hernias puerorum ob vim adſtringentem BUCHWALD. &c.

2. HIERACIUM foliis piloſis, ovalibus, caule brachiato, paucifloro.

In *Gotthardo* M.

Folia piloſa, ovalia, uti in n. 1. Sed caulis longior, durior, tres vel quatuor flores in remotis ramis fert, aſpero nigroque calyce, abſque farina. Media quaſi planta eſt inter 1. & 3.

β Idem eſſe videtur
*Piloſella foliis longis, anguſtis, acutis, per margines aequabilibus, tribus vel quatuor in ſummo floribus* SHERARD. apud RAJUM Syll. ext. p. 400.
*Piloſella minor microcaulos non umbellifera, umbelliferae Col. ſimilis* TRIUMFETT. apud Fratr. p. 65.

SHERARDUS & ego ad pedem M. *Thuiri.*

Folia ovalia, piloſa, obiter dentata. Scapus valens, pedalis, biflorus, aut triflorus, fuſco calyce, non farinoſo.

3. HIE-

3. HIERACIUM foliis virentibus, piloſis, ovato-lanceolatis, ſcapo ſimplici multifloro.

An *Auricula muris minor altera* TRAG. p. 278?
*Piloſella major prima* TAB. p. 196.
*Piloſella minor, folio anguſtiore, minus piloſo, repens* I. B. II. p. 1040. H. OX. III. p. 78. RAJ. Syll. ext. p. 203. Hiſt. p. 243.
*Piloſella minor, foliis glabris, cum pluribus floribus ex uno caule* I. B. F. Boll. p. 176.
*Piloſella major repens, minus hirſuta* C. B. Baſ. p. 78. P. RAJ. Syll. ext. p. 203. RUPP. &c.
Annon *Piloſella minor repens* πολυανθος *Jungerm.* HOFM. RAJ. Syll. p. 203.
An *Dens leonis, qui piloſella, folio minus villoſo* I. R. H. ob ſynonyma. Sed noſtra caule eſt multifloro.
*Hieracium piloſellae folio erectum majus* ZANICH. p. 139. ic. 150. n. 1. omnino.
*Hieracium piloſelloides vulgare* VAILL. p. 238.
II. *Piloſella major altera* TAB. p. 197.
*Hieracium piloſellae folio erectum minus* I. R. H.

In pratis minime rarum.

A priori multis modis differt. Folia utrinque viridia, pilis longis adſperſa, ad petiolum quaſi ciliata, minime tomentoſa, margine minimis denticulis ſerrato, fine auctiori, lanceolato. Caulis pedalis & ultra, ſterilis quidem repit, floriger autem erigitur, uti in praecedente, & quatuor aut quinque flores fert minores, minimis exceptos foliolis. Flos exiguus, ſulfureus. Semen, ut priori, conicum, inverſum, ſulcatum, nigrum, ex lata baſi pappum emittit.

4. HIERACIUM caule nudo, brachiato, multifloro; foliis virentibus, piloſis, linearibus.

An *Hieracium piloſelloides vulgari ſimile Florentinum* VAILL. p. 238?
An iſtud *Hieracium foliis integerrimis, caule repente, ſcapo nudo multifloro* LINN. Cliff. p. 388. ROYEN. p. 124? Non crediderim noſtrum in Laponia naſci.

Circa *Leucam* Valeſiae.

Folia prioris diſſimilia, ligulata, pene linearia, auctiora, longius piloſa; flores longe minimi, in ſummo caule umbellati, &, quae princeps nota eſt, caulis longe ſub floribus & fere in medio brachiatus, bifidus.

5. HIERACIUM foliis longe lingulatis, piloſis, caule imo folioſo, erecto, multifloro.

I. *Piloſella major altera* TAB. p. 197.
*Hieracium* μακροκαυλον *Dalechampii* LUGD. p. 570. non placet.
*Piloſella minori flore, hirſutior & elatior, non repens* I. B. II. p. 1040. RAJ. Syll. p. 203.
*Piloſella major erecta* C. B. Baſ. p. 78. ex ſynonymo, RAJ. p. 241. RUPP. &c.
*Hieracium piloſellae folio erectum majus* I. R. H. TILL. LEOP. MAPP. &c.
II. *Piloſella major umbellifera* μακροκαυλος *montana & pratenſis* COLUMN. Ecphr. p. 248. ic. p. 249.
*Piloſella montana hiſpida parvo flore* C. B. RAJ. p. 241. DILL. RUPP.
*Piloſella major montana hiſpido parvo flore* H. OX. III. p. 78.
*Hieracium montanum umbellatum anguſtifolium* I. R. H. TILL. LEOP. MAPP. p. 146.
III. *Hieracium murorum anguſtifolium, non ſinuatum* C. B. Baſ. p. 38. P. I. R. H.
*Hieracium murorum anguſtifolium, non laciniatum* RAJ. p. 240.
*Piloſella polyclonos non repens, murorum, longo & anguſto folio* H. OX. III. p. 78.
IV. *Piloſella erecta foliis longis anguſtis, floribus parvis numeroſis in ſummis caulibus* SHERARD. apud RAJUM Syll. III. p. 400.
V. Idem etiam inter plantas C. B. fuit cum nomine *Hieracii alpini folio oblongo anguſtiſſimo* Prodr. p. 64. H. OX. III. p. 69.

C. B. in muris, & in M. *Muteto* & *Crenzach: Baſilea* etiam habui a STAEHELINO. RAJUS *Genevae*, SHERARD. in confluente fl. *Arve* cum *Rhodano*, I. GESNER. ex muris munimentorum *Tigurinorum.*

Folia ad terram longe petiolata, lingulata, denticulis minimis ſerrata, pilis obiter adſperſa, aliquando ſemipedalia. Caulis longiſſimus, ad quatuor pedes, prope terram ſimilia, ſed acutiora folia habet, ſuperne longe nudus terminatur florum ramoſa, & multiflora umbella. Flores lutei, calyce nigro & hiſpido.

6. HIERACIUM foliis ovatis, caule pene aphyllo, floribus purpureis umbellatis. Hieracium aurantiaca

*Waldglyſſlin* ARET. p. 234 *b*.
*Hieracium Germanicum I. Fr. Gregorii* COLUMN. Ecphr. II. p. 28. ic. p. 30.

*Hiera-*

*Hieracium alpinum non laciniatum, flore fuſco* C. B. Prodr. p. 65. PARK. H. OX. III. p. 69. WAGN. ZWING. p. 494.
*Piloſella polyclonos, non repens, major, flore fuſco* H. OX. III. p. 78.
*Hieracium alpinum, hirſutum, floribus minoribus atro-purpuraſcentibus* SCHEUCHZ. It. IV. p. 336.
*Hieracium piloſelloides latifolium, floribus ſaturate croceis* VAILL. p. 238.
β Minime differt ſativum illud
*Hieracium hortenſe floribus atropurpuraſcentibus* C. B. I. R. H. &c.
*Hieracium foliis integris, caule ſubnudo ſimpliciſſimo piloſo, colymbo terminatrici* LINN. Cliff. p. 388. ROYEN. p. 124.

Ad viam, qua a pago *Hoſpital Gotthardus* M. conſcenditur, abunde. In *Rhaetia* ſupra pagulum *Juf* in prato, SCHEUCHZER.

Folia ad terram ovata, & ovato - lanceolata, valde piloſa, margine modo integerrimo, modo obiter dentato, ad caulem unum folium adſidet, aut alterum, acutum, lanceolatum. Caulis nigris pilis hirſutus. Flores in ſpicatam umbellam brevem, calyce hiſpido, nigro, floſculis in alpina varietate ſature purpureis, hortenſibus enim in croceum emollitur. Pappus rarus: tubus & vagina flava. Semina columnaria, ſulcata, tranſverſim rugoſa, nigerrima.

7. HIERACIUM foliis ovatis, tomentoſis, caule nudo, floribus ſpicatis luteolis terminato.

α *Intubus* αφυλλοκαυλος *major* THAL. p. 66. C. B. Phyt. AMBR.
*Hieracium pratenſe latifolium, non ſinuatum, majus* C. B. Baſ. p. 39. RAJ. III. p. 139.
*Hieracium montanum latifolium, non ſinuatum* LOES. p. 125. pro novo.
*Hieracium* αφυλλοκαυλον *folio ſubrotundo, multiflorum* VAILL. p. 243.
*b* Minor varietas exſtat apud THALIUM C. B. &c.
β In notis meis lego, eamdem plantam fuiſſe in horto ſicco C. B. pro
*Piloſella majori erecta*:
Et pro *Piloſella majori erecta altera.*

C. B. in pratis circa *Münchenſtein* & humidis M. *Crenzach*. Ego in pratis acclivibus inter villas *Gundeldingen*, & in M. *Muteto*.

Foliorum ad terram roſula eſt, amplorum, ovalium, mollium, brevi tomento obſitorum, integro margine, aut leviter ſerrato. Caulis bipedalis & tripedalis, ſpicam fert pallentium florum ſatis copioſam. Calyx cylindricus, ſquamis ad baſin gracilibus acceſſoriis, uti in Hieracioide, glaber, lividus.

8. HIERACIUM caule unifloro, calyce & ellipticis foliis longo villo barbatis.

*Hieracii minoris ſpecies Broccenbergo peculiaris* THAL. p. 57.
*Hieracium pumilum II. Gregorii* COLUMN. II. p. 29. ic. p. 30.
*Hieracium alpinum pumilum folio lanuginoſo* C. B. P. an VAILL. p. 239?
*Piloſella monoclonos, non repens, alpina, minor, lanuginoſa, amplo flore* H. OX. III. p. 78. S. 7. T. 7. f. 5.
*Hieracium alterum pumilum II.* RAJ. p. 241. *
*Dens Leonis alpinus minimus piloſellae folio* I. R. H.
*Hieracium alpinum anguſtifolium villoſum* SCHEUCHZ. It. IV. p. 336.
*Hieracium alpeſtre piloſum, anguſtis longioribus foliis, flore pallente* TIT. It.
*Hieracium villoſum alpinum, flore magno ſingulari, caule nudo* RAJ. Syn. III. p. 169. T. 6. 2.
*Hieracium caule unifolio & unifloro, calyce villoſo* LINN. n. 283.

In *Gotthardo* M. & *Bructero It. Hercyn.* n. 41. In alpibus *Rhaeticis* SCHEUCHZ.

Folia ad terram plurima, caule paulo breviora, longe ovata & elliptica, integra ora, aut modice ſerrata, flaveſcentia, villoſa. Caulis ſemidodrantalis, aliquot adſperſus quaſi ſquamulis. Flos unicus, calyx niger, villo plurimo obductus flavente, luteus.

β Non videtur genere diſtingui debere
*Hieracium alpinum folio acuto, molli, lanuginoſo, dentato* BURS. act. Suec. p. 502.
An *Hieracium alpinum lanuginoſum longifolium, leviter dentatum* VAILL. p. 241.

In *Gotthardo* M. BURSER. in Gemmio.

Omnia ſimilia, ſed folia profunde dentata dentibus triangularibus.

9. HIERACIUM caule ramoſo, folioſo, foliis & calyce longo villo barbatis.

*Hieracium alpinum hirſuto folio* CLUS. Pann. p. 643. 647.
*Hieracium alpinum V. villoſum* CLUS. Hiſt. p. CXLI.
*Hieracium alpinum hirſuto folio, V. Cluſii, quodammodo incanum* I. B. II. p. 1027. ex CLUSIO.

*Hiera-*

*Hieracium alpinum latifolium villoſum flore magno* C. B. P. PARK. MOR. III. p. 70. HERM. RAJ. Syll. ext. p. 144. Hiſt. p. 239. TIT. SCHEUCHZ. It. I. p. 39. PONT. p. 91. ZWING. MAPP. p. 145.

*Hieracium alpinum latiore folio piloſum magno flore* PLUKN. p. 184. T. 194. f. 2. bene. Ex ea citatione adparet huc pertinere

*Hieracium alpinum pumilum folio lanuginoſo* VAILL. p. 239.

Paſſim in alpium & Jurae ſaxoſis. Legi in M. *Waach*, in *Gemmio*, in *Dolaz*, in *Creux du Vent*. HUBERUS in *Albula Rhaetica*. In *Speluga*, *Septimo* &c. SCHEUCHZER.

Folia & ad terram, & ad caulem, flaveſcentia, piloſa, mollia, lingulata illa, uti in priori, margine integro vel ſerrato; amplexicaulia iſta, & ovato-lanceolata. Caulis dodrantalis purpureus, brachiatus, totus folioſus. Flos ſingulus ramum terminat, magnus, flavus, calyce etiam nigro toto, villo flavo obducto.

β. Hujus varietas eſt, longiori caule, foliis pene glabris, rarius dentatis, minus villoſis, etiam multo longioribus.

*Piloſella ſ. pulmonaria lutea anguſtiori folio valde villoſa* duplex I. B. II. p. 1304. in *Saleva* lecta. ZWING. RAJ. p. 240.

*Piloſella ſ. pulmonaria lutea anguſtiori folio valde piloſa altera* RAJ. Syll. p. 204.

10. HIERACIUM foliis dentatis, viſcidis, hirſutis, ſubaſperis, calyce hirto.

*Hieracii ſaxatilis radice praemorſa III.* ſpecies C. B. Prodr. p. 66.

Legi ad pedem rupium, quibus arx *Falkenſtein* inſidet.

Radix lignea, minime obſequioſa. Caulis cum foliis viſcidus, pedalis. Folia ad terram ovata, circumſcriptione obtuſa, ſerrato margine, flavo villo brevi obſita, quaſi aſpera: ad caulem pauca, ſimilia. Flores multi, unciales, flavi, calyce tantum hirſuto.

β. Foliis longioribus anguſtioribus, profunde acutis & triangulariter dentatis differt, quam ex herbario C. B. habeo, & in *Gotthardo* M. & *Furca* legi, SCHEUCHZERUS vero in *Gotthardo*, *Furca*, *Albula* &c. locis apricis declivibus.

*Hieracium montanum laciniato folio* CLUS. Pann. p. 647. ic. p. 648. Hiſt. p. CXLI. CXLII.

*Hieracium anguſtifolium foliis cichoraceis* TAB. p. 188.

*Hieracium dentis leonis folio incano, vel laciniatum lanuginoſo folio* C. B. P.

*Hieracium montanum laciniato folio lanuginoſo* I. B. II. p. 1037. RAJ. p. 245. Syll. ext. p. 144.

*Dens leonis montanus hirſutus folio longo dentato* H. OX. III. p. 76.

*Dens leonis foliis caneſcentibus villoſis* I. R. H. TILL. PONT. p. 87. Omnes ex CLUSIO.

*Hieracium intybaceum flore magno albido* SCHEUCHZ. It. IV. p. 336.

II. An *Hieracium alpinum humile hirſutum, inferiore parte longioribus & candidioribus villis refertum* PONT. comp. Tab. p. 137.

γ An *Hieracium latifolium radice praemorſa 2 ſpecies* I. B. Prodr. p. 66. Videtur.

*Hieracium latifolium praemorſa radice caule ſingulari Piloſellae majori affine* C. B. II. p. 1033. Sed caulis pingitur non ramoſus, ſpicatus.

*Hieracium aphyllocaulon folio longiori multiflorum* VAILL. p. 243.

*Hieracium montanum ramoſum hirſutum parvis floribus* DILL. Elth. T. CXLIX. ic. 179. p. 180. Omnino videtur.

Ad rupes in horridis praecipitiis, per quae *Urba* ſe praecipitat, prope *Moncharans*. GAGNEBIN *ſur les rochers de la Change*, milliaris diſtantia a *Ferriere*.

Ad varietatem priorem Hieracii n. 10. accedit viſcoſitate foliorum, flavo colore, circumſcriptione ovali, & dentibus; differt caule ramoſo, cubitali, multifloro. Calyx per aetatem reflectitur.

11. HIERACIUM foliis triangulariter dentatis, piloſis, calyce ſubhirſuto, caule pene nudo.

*Hieracium pumilum ſaxatile radice praemorſa* C. B. in herb. *I. Spec.* in Prodr. p. 66. cum icone nimis ſimili Taraxaconoidi, ZWING. p. 494. 495.

An *Hieracium latifolium praemorſa radice caule ſingulari Piloſellae majori affine* I. B. II. p. 1033? Non placet, ob flores ſpicatos, H. OX. III. p. 64. RUPP.

*Dens leonis minimus aſper* I. R. H.

C. B. in alpibus.

A prioribus omnino differt: foliis nullo tomento obſitis, tantum piloſis, ad caulem peranguſtis, calyce pene glabro. Ad adfinitatem Pulmonariae pertinet.

12. HIERACIUM foliis ad terram piloſis, acute dentatis, caule brachiato, pene nudo.

*Auricula muris major* TRAG. p. 276. bene.

*Pulmonaria muralis Gallis* GESN. Coll. p. 99 b. & *Verbaſcum murale* p. 113.

Bbbbb *Pul-*

604

*Pulmonaria Gallica* EIUSD. Hort. p. 274 *b.*
*Pulmonaria Gallorum flore Hieracii Auricula muris major Tragi* LOB. ic. p. 587. nomen non vero icon.
*Lactariola* CAEALP. L. 13. c. 22. obſcure.
*Corchorus Dalechampii* LUGD. p. 565.
*Pulmonaria Gallica ſ. aurea* TAB. p. 194.
*Piloſella maior quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo* I. B. II. p. 1033.
*Hieracium murorum folio piloſiſſimo* C. B. Baſ. p. 38. RAJ. p. 239. T. aut. de Par. p. 97. I. R. H. PONT. p. 89. VAILL. Bot. p. 101. Memoir. p. 241.
*Hieracium latifolium, hirſutum, folio unico cauli inſidente* H. OX. III. p. 70.
*Pulmonaria maculoſa hiſpida* MUNT. ic. 233.
*Hieracium caule ramoſo foliis radicalibus ovatis dentatis caulino minori* LINN. Cliff. p. 388. ROYEN p. 123. 124.

Nihil vulgatius ad muros, in ſylvis &c.

Caulis bipedalis, brachiatus, longe nudus. Folia ad terram variabili facie, longe hirſuta, circumſcriptione ovata, aut ex ovatis lanceolata, margine plerumque longiuſculis, rariſque & acutis dentibus ſerrato, ad caulem pauca; Hi dentes aliquando circa petiolum conferti, & longiſſimi, alias rariores ſunt. Eſt, ubi nigris maculis variegantur. Flores ſummos ramos terminant, in laxae umbellae ſpeciem: Calyx niger & hiſpidus, ſquamarum duobus ordinibus intimis, & aliis ad baſin acceſſoriis. VAILL. f. 46. Semina purpurea & nigra, ſulcata, ex lata baſi pappum emittunt, in multis perexiguum.

Ad pectoris morbos, puto ex ſignatura, commendatur. Sed exiguo in uſu eſt.

β. Hujus varietas eſt, quando tumor ab inſectis natus, totus piloſus, aut radici, aut alae caulis inſidet.

*Auriculae muris major ſpecies in ſylvis Brocomagi* TRAG. p. 277.
*Pulmonaria gallica I.* CHEMN. p. 43. app.
*Pulmonaria gallica* PANC. ic. 856.
*Hieracium μυοφορον ſeu mures proferens* HEUCH. prov. III. p. 74. cum icone.
*Hieracium myophorum* RUPP. p. 163. STOB. Act. ſuec. 1723. p. 415. Conf. GESNER. *Act. Breſl.* 1726. p. 121. qui vermiculos vidit, tumoris auctores.

γ HIERACIUM. . . . . .
*Pulmonaria gallica femina* TAB. p. 195. bene.
*Piloſellae majoris ſ. Pulmonariae luteae ſpecies magis laciniata* I. B. II. p. 1034. RAJ. p. 239.
*Hieracium murorum laciniatum minus piloſum* C. B. Baſ. p. 38. P. H. OX. III. p. 70. ZWING. p. 446. T. aut. de Par. p. 97. I. R. H. PONT. p. 89. VAILL. p. 242. pro varietate.

In ſylvis opacis fagorum circa *Baſileam.* C. B. In fiſſuris rupium *du Pertuis* GAGNEBIN. Paſſim reperi.

Pleraque prioris, ſed folia modo hirſuta, modo omnino glabra, dentibus ad baſin longioribus inciſa; flos minor, floſculi pauciores. Verum omnino perſuadeor meram varietatem eſſe.

δ. Varietas foliis ovalibus glabris vix dentatis.
*Pulmonaria gallica rotundifolia* BARR. ic. 342.
*Hieracium murorum folio minus piloſo non maculato* H. R. P. I. R. H. GARID. RUPP. LUGD.

In M. *Chaſſeral.*

13. HIERACIUM foliis ad terram acute & longe dentatis, pene glabris, caule brachiato ſubnudo.
*Piloſellae maioris ſ. pulmonariae luteae laciniatae ſpecies minor* I. B. II. p. 1034. RAJ. Syll. ext. p. 204. Hiſt. p. 240. ZWING. p. 497.
*Hieracium hirſutum ſ. Pulmonariae luteae laciniatae ſpecies minor* H. OX. III. p. 70.
Nomen VAILL. p. 241. n. 26. aliam plantam deſignat.

RAIUS in M. *Saleve* ex fiſſuris rupium.

Adfine Hieracio 12. differt foliis valde longis, ad ſeptem uncias, inſigniter laciniatis, maxime ad baſin, ſuperne glabris, inferne ſubhirſutis. Caules dodrantales parum ramoſi.

Mr. GAGNEBIN in rupibus *du Pertuis* plantam legit, qurm hanc ipſam fuiſſe arbitror, brevicaulem, foliis ad terram acute & longe dentatis, glabris. Longitudine foliorum differebat, quae uncias ſeptem non adtigit.

* 14. HIERACIUM. . . . . .
*Pulmonaria gallorum flore hieracii Auricula muris major Tragi* LOB. p. 587. icon.

*Pulmo-*

*Pulmonaria gallica tenuifolia* TAB. p. 195. DILL. Gieſſ. p. 95. nov. ſpec. p. 48.
*Piloſellae majoris ſ. Pulmonariae luteae ſpecies anguſtiſolia* I. B. II. p. 1034. RAJ. p. 240. ZWINGER.
*Pulmonaria gallica ſ. aurea anguſtifolia* RAJ. p. 240.
*Hieracium murorum laciniatum minus piloſum folio anguſtiore* I. R. H. RUPP.
*Hieracium pulmonaria dictum anguſtifolium* VAILL. p. 242. & RAJ. Syn. III. p. 168.
*Hieracium fruticoſum, hirſutum, foliis longioribus & rarioribus, calyce fuſco, ovariis nigris* VAILL. p. 245.

Folia longa, anguſta, hirſuta, modice ſerrata, non ad radicem ſolum, ſed ad ſummum uſque caulem, ſub diviſionibus ramorum non laciniata. Reliqua Pulmonariae. GAGNEBIN hoc nomine plantam miſit longo, aſpero, dentato, folio, flore exiguo Piloſellae. Legerat in muris Baſileenſibus, & in patriis ſylvis circa *Ferriere*. Verum ſpecimina ita corrupta erant, ut nomen imponere non potuerim.

15. HIERACIUM foliis ad terram longe petiolatis, ad caulem amplexicaulibus, longe ovatis & pene integris.

*Hieracium glabrum ſucciſae folio prorſus integro* VAILL. p. 243.

In M. *Chaſſeral*: In ſylvis circa *Ferriere* GAGNEBIN.

Facies caulis nudi in univerſum Pulmonariae, & calyx niger, ſed folia longe petiolata, elliptica, margine integro, fine obtuſo, rariter hirſuta, ſuperiora caulem amplexa. Caulis longe nudus, paucis floribus terminatur, diverſis a Pulmonaria, calyce livido, modice ſubhirſuto.

16. HIERACIUM caule continuo folioſo, foliis latis, ovato-lanceolatis, ampliter dentatis.

*Hieracium fruticoſum folio ſubrotundo* C. B. Prodr. p. 67. P. RAJ. p. 238.* ZWING. p. 497.
*Hieracium fruticoſum latifolium polyanthos* AICHST. Aeſt. Ord. 12. T. 1.
*Hieracii Sabaudi varietas altera* I. B. II. p. 1030.
II. *Hieracium Sabaudum, altiſſimum, foliis latis brevibus crebrius naſcentibus* H. OX. III. p. 71. VAILL. p. 244. n. 51.

HUBERUS *bey der Zollbrücke unterm Gotthard. Göttingae* abunde.

Caulis trium, & quatuor pedum altitudine, ſummitate ſola ramoſa, firmus, erectus, vel nutans. Folia non ad terram, ſed per caulem etiam plurima, omnia viridia, hirſuta, per marginem magnis triangulis dentibus ſerrata, ſed ima longa, ad ſex uncias, ſuperiora brevia, ut latitudo tantum dupla ſit longitudinis. Flores magni, quaſi umbellati, flavi, calyce livido paucis pilis hirto, ſemine tetraedro, & nigro.

17. HIERACIUM caule continuo folioſo, foliis ellipticis, acuminatis, firmis, dentatis.

*Hieracii Sabaudi varietas I. Erinus quibusdam Matth. dicta* I. B. II. p. 1030.
*Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum* C. B. Baſ. p. 39. P. PARK. H. OX. III. p. 70. T. 5. f. 57. RAJ. p. 238. ZWING. T. aut. de Par. p. 100. I. R. H. PONT. p. 92. DILL. RUPP.
*Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum calyce fuſco ovariis nigris* VAILL. p. 245.
*Hieracium caule erecto multifolio foliis lanceolatis dentatis* ROYEN. p. 124.

C. B. rarius in M. *Crenzach*. (Ego copioſiſſime reperi in arce *Oppenheimenſi*.)

Cum priori multa habet communia: differt tamen, caule purpureo, foliis etiam infimis multo brevioribus, omnibus etiam anguſtioribus, pulpoſis, firmioribus, denticulis per oram longe breviſſimis. Flores ex alis ſummorum foliorum numeroſiſſimi, & ſub ipſis parva folia, quae prior ſpecies etiam in ſupremo caule lata habet,

18. HIERACIUM foliis amplexicaulibus, minute ſerratis, ſubhirſutis.

*Hieracium latifolium montanum Genevenſe folio Conyzae majoris Monſpeſſulanae* I. B. II. p. 1026: bene, nam deſcriptio corrigit iconem, quae folia glabra facit, RAJ. Syll. ext. p. 145. Hiſt. p. 235. SCHEUCHZ. It. I. p. 40.
*Hieracium montanum hirſutum luteum ramoſum* LOES. p. 125.
*Hieracium latifolium Genevenſe folio conyzae majoris Monſpeſſ.* H. OX. III. p. 69. T. 5. f. 50.
Videtur eſſe *Hieracium montanum latifolium glabrum majus* SCHEUCHZ. It. IV. p. 336. cum hirſutum faciat in deſcriptione.
*Hieracium montanum latifolium glabrum minus* VAILL. p. 243. ex ſynonymis.
II. Idem videtur eſſe
*Hieracium Britannicum* CLUS. p. CXL. Pann. p. 643.
*Hieracium montanum cichorii folio noſtras* RAJ. p. 235. Syn. III. p. 166.
*Hieracium alpinum aſperum Conyzae facie* C. B. ex fide herb. viv.



Paſſim

Paſſim legi, circa thermas *Leucenſes* & in *Jura* M. SCHEUCHZER. ad radices alpium *Angelimontanarum.* I. B. in montibus circa *Genevam.*

Caulis durus, bipedalis, parum ramoſus. Folia hirſutie ſubaſpera, circumſcriptione ex elliptica acuminata, margine tenuiſſime dentato, caulem amplexa, duabus quaſi auriculis. Flores unus aut pauci in ſummis ramis, ampli: calyx longis pilis barbatus. Semina roſtrata, fulva, quaſi Myrrhidis.

*19. HIERACIUM.

*Hieracium montanum alterum leptomacrocaulon* COLUMN. p. 248. ic. p. 249. RAJ. p. 234.
*Hieracium montanum leptomacrocaulon* MERR. SUTH. VOLL. SHER. apud. RAIVM Syll. p. 400.
*Hieracium annuum montanum fruticoſius, caule canaliculato* H. OX. III. p. 66.
*Hieracium leptomacrocaulos ſ. montanum alterum* BOCC. Muſ. di pian. p. 206.
*Chondrilla Hieracii folio annua* I. R. H. GARID.

SHERARD ad rivum ex M. *Jurae* defluentem.

Videtur omnino idem priori eſſe.

20. HIERACIUM foliis amplexicaulibus, minute dentatis, glabris.

*Hieracium montanum latifolium minus* TAB. p. 186. H. OX. III. p. 69. T. 7. f. 47. RAJ. p. 233.*
*Hieracium montanum latifolium glabrum minus* C. B. PARK. I. R. H. PONT. Diſſ. p. 91. ZWINGER.
*Hieracium latifolium glabrum ex valle Griesbachiana* I. B. II. p. 1033.
*Hieracium latifolium ex valle Griesbachiana* SHER. Syll. exter. p. 400.
II. *Hieracium montanum Endiviae folio* BOCC. T. 113.
*Hieracium latifolium montanum praealtum, glabrum Endiviae folio* EIUSD. p. 142. RAJ. III. p. 142.

Legi in pratis montanis *Jurae.*

Cum priori plurima communia habet, figuram folii longe decreſcentem, neque in medio lateſcentem, minute denticulatam, caulem amplexam, acutis auribus neque anguloſis, flores in apice paucos, magnos, calycem nigrum. Differt folii glabritie, teneritate.

21. HIERACIUM foliis amplexicaulibus, quaſi petiolatis, ſuperne lateſcentibus, ſerratis & glabris.

*Hieracium latifolium glabrum majus* TAB. p. 186. I. B. II. p. 1032. RAJ. p. 233.
*Hieracium montanum latifolium glabrum majus* C. B. Baſ. p. 38. P. PARKINS. H. OX. III. p. 69. ZWING. p. 493. I. R. H. PONT. Diſſ. p. 91. VAILL. p. 243.
*Hieracium montanum majus latifolium* SCHEUCHZ. It. I. p. 40.
Annon *Hieracium montanum Jaceae folio integro* BOCCONE p. 64. T. 54.

C. B. in M. *Waſſerfall.* Bernae in ſylvis paludoſis non rarum v. g. in *Bremgarten*: & circa *Ferriere* GAGNEBIN.

Etſi multa communia habet cum n. 20. evidenter tamen diſtinguitur. Caulis altior, ad quatuor & ultra pedes. Folia in origine gracilia, progreſſu demum lateſcunt, & lanceolata finiuntur, perinde ceterum nervoſa, tenera, anguloſis auribus caulem amplexa, acute dentata. Flores in ſummo caule umbellati, minores, pallidi, calyce livido, pene glabro, praeter pilos nigros ad baſin. Semina longa, gracilia, ſtriata.

22. HIERACIUM caule alto multifolio & multifloro, foliis firmis, anguſtis plerumque dentatis.

*Hieracium I.* DOD. p. 638. bene.
*Hieracium III. majus anguſtifolium* CLUS. Pann. p. 642. Hiſt. p. CXL. ex DOD.
*Hieracium alterum grandius* LOB. ic. p. 240. eadem.
*Hieracium montanum anguſtifolium I.* TAB. p. 187. ZWING. p. 495.
*Hieracium Sabaudum* I. B. F. Boll. p. 175.
*Hieracium rectum rigidum, quibuſdam Sabaudum* I. B. II. p. 1030.
*Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus* C. B. Baſ. p. 39. P. PARK. H. OX. III. p. 71. RAJ. p. 238. T. aut. de Par. p. 100. I. R. H. PONT. p. 92. VAILL. p. 245. ZANICH. p. 139. ic. 4. foliis nimis brevibus.
Et *Hieracium majus anguſtifolium III. Cluſ.* I. B. II. p. 1027.
*Hieracium foliis lanceolato linearibus, obſolete denticulatis ſparſis,* LINN. Lap. n. 287. Cliff. p. 387. ROYEN. p. 123.
β *Hieracium fruticoſum anguſtifolium minus* DILL. EPH. NAT. CUR. Cent. V. VI. append. p. 63. T. 13. eſt varietas, minime infrequens, caule humili, fere unifloro, foliis ellipticis, latioribus, vix dentatis.

Minime rarum in montanis agris, & ad oras ſylvarum v. g. in M. *Gurten.*

Caulis

Caulis ab uno ad quatuor pedes altus, firmus, erectus. Folia frequentia, anguſte lingulata, viridia, acute dentata, ſaepe vero integra, firma, glabra. Flores in ſumma planta plurimi, umbellati, in longis petiolis, Calyx lividus, glaber. Flos flavus. Semina violacea.

23. HIERACIUM foliis glaucis, linearibus, leviſſime ſinuatis, caule pene nudo, ramoſo.

*Chondrilla folio non diſſecto caule nudo* I. B. II. p. 1041. H. OX. III. p. 73. RAJ. Syll. p. 95. Hiſt. p. 228.

*Hieracium folio Statices caule nudo* I. R. H. TILL. VAILL. p. 240.

II. Caule foliato I. BAUHINI, & priorum omnium.

β Huc etiam pertinet, ex fide herbarii vivi C. B., diverſum caule unifloro, non ramoſo.

*Hieracium montanum anguſtifolium nonnihil incanum* C. B. non vero ſynonyma.

Et huc etiam referri poſſunt

γ *Hieracium montanum Aſphodeli foliis acuminatis* BOCC. p. 147. T. 106.

Et *Hieracium maritimum umbellatum anguſtifolium glabrum Piloſellae facie* MICHEL. apud ZANICH. p. 140. ic. 12. & TILL. p. 81.

Circa *Sideram* in arenoſis. I. B. circa *Curiam.* RAJUS ad radicem M. *Saleve* & in arenoſis ad fl. *Arve.* Circa *Curiam* ad Rhenum SCHEUCHZ. GAGNEBIN ad ingreſſum *Rhodani* in *Lemanum.*

Facies eſt Hieracioidis, caule humili, dodrantali, brachiato, foliis ſub diviſione poſitis. Folia glabra, glauca, firmula, in univerſum linearia, obtuſa, ſed diametro variabili, non tamen dentata. Calyx nigricans & farinoſus. Flos luteus pallens. Planta vero β eadem omnia habet, ſed caule eſt monoclono.

*24. HIERACIUM montanum anguſtifolium flore pallido foliis leviter ſinuatis, raros dentes habentibus, glabris.

In Valeſia BURSERUS p. 503.

Videtur ad prius n. 23. pertinere.

*25. HIERACIUM alpinum glabrum anguſtifolium BURSER. l. c. p. 502.

In alpibus Valeſiorum haud longe *Gemmio.*

Folia levia, acuta, viridia, vix dentata, neque ſinuata, glabra, calyx vix villoſus.

*26. HIERACIUM. . . . .

*Hieracium VI. montanum* CLUS. Pann. p. 645. 646. Hiſt. p. CXLI.

*Hieracium montanum anguſtifolium II.* TAB. p. 187.

*Hieracium montanum anguſtifolium nonnihil incanum* C. B. quod ad ſynonyma, RAJ. Syll. p. 144. Hiſt. p. 245. *

*Hieracium montanum VI. Cluſii anguſtifolium* I. B. III. p. 1038.

*Scorzonera anguſtifolia lutea nonnihil incana* H. OX. III. p. 82.

*Dens leonis montanus anguſtifolius* I. R. H. RAJ. Syn. III. p. 171.

II. *Hieracium montanum Tragopogonis folio* C. B. cum ſynonymo. VII. CLUSII.

„ Cum nomine n. II. erat inter herbas HAGENBACHII planta lecta inter *Waſſerfall* & *Mummeliswyl*, ad quam notavi monoclonon eſſe„ folio glabro Scorzonerae, nervoſo, pappo vero ſimplici. SCHEUCHZERUS n. I. circa lacum *Rivarium.*

*27. HIERACIUM alpinum Scorzonerae folio I. R. H.

SCHEUCHZER ſupra arcem *Mannegg.*

An diverſum a priori?

*28. HIERACIUM profunde ſinuatum pubeſcens C. B. Prodr. p. 67. Baſ. p. 38. P. PARKINS. HIST. OXON. III. p. 65. RAJ. p. 237. Syll. ext. p. 145. I. R. H. ZWINGER.

In pratis ſiccioribus *Michelfeldenſibus* ad dumeta, & in dumetis *an der Hard.*

In notis meis lego „ eſſe de gente Pulmonariae, foliis amplis, ſubhirſutis, acute inciſis. C. B. vero ait, caulem bicubitalem, cavum, brachiatum, levi lanugine, uti tota planta, obduci.„ Folia ad radicem oblonga, acuta, profunde ſinuata, etiam laciniata eſſe, ex oblongis pedicellis; per caulem pauca, acute laciniata. Flores in ſingulis pediculis aureos.

*29. HIERACIUM montanum rapifolium C. B. Prodr. p. 65. Baſil. p. 38. P. PARKINS. HIST. OXON. III. p. 65. RAJ. p. 237. Syll. ext. p. 145. I. R. H. RUPP. WAGN. ZWINGER.

In M. *Waſſerfall.* HAGENBACHIUS prope *Cluſam*, ubi quaeſitum non reperi.

Laciniae foliorum ſubrotundae (Raphaniſtri) per marginem ſinuatae, tactu aſperae.

Caulis cubito altior, cavus, ſtriatus, rufeſcens, unum aut duo folia habet. Superne plures ramuli, ſingulis floribus terminati, rarius binis, luteis.

In notis meis reperio „ omnino diſtinctam plantam eſſe.

* 30. HIERACIUM Pyrenaicum altiſſimum folio & facie Doronici tertii Auſtriaci Cluſii I. R. H.

SCHEUCHZER in alpibus Rhaeticis.

Omnino, quid ſit, ignoro.

* 31. HIERACIUM alpinum longifolium hirſutie incanum.

SCHEUCHZ. in horto BODMERI, ex alpibus vicinis Bernenſium adlatum.

An n. 8? Sed hoc alio cum nomine habet SCHEUCHZERUS.

## *HIERACIOIDES.*

VAILL. p. 246.
*HIERACII* Sp. TOURNEF.
*CREPIS* LINN. n. 621.

Ab Hieracio, quantum video, non manifeſto differt: namque calycem melonis ſimilem, ad baſin ſquamulis quibuſdam acceſſoriis exceptum, etiam Hieracia habent, v. g. Piloſellae pleraeque. Semen vero columnae ventricoſae ſimile etiam obſcurius eſt. Interim nolui a VAILLANTIO diſcedere, cum inprimis Hieracii genus ſit ampliſſimum. Pappum *plumoſum* per feſtinationem aliquam poſuit LINNAEUS.

1. HIERACIOIDES foliis pinnatis, pinnis alterne majoribus triangulis, flore ante expanſionem mutante.

I. *Erigerum tertium* DOD. p. 641. bona icon, niſi quod florem radiatum pingat.
*Erigeron tomentoſum* LOB. ic. p. 226.
*Erigeron tertium* DOD. THAL. p. 40.
*Senecio hirſutus* C. B.
*Jacebaea ſylvatica tomentoſa cichorii ſylveſtris folio* H. OX. III. p. 109.
II. *Hieracium amygdalas amaras olens, ſeu odore Apuli ſuave rubentis* H. R. PAR. I. R. H.
*Hieracium caſtorei odore Monspelienſium* RAJ. p. 232.
*Hieracium luteum cichorii ſylveſtris folio amygdalas amaras olens* H. OX. III. p. 63.
I. II. *Hieracioides vulgaris foetida* VAILL. p. 247.
*Crepis foliis amplexicaulibus lanceolatis, omnibus dentatis, radicalibus ſinuatis* LINN. vir. ROYEN. p. 126.

GAGNEBIN in muris pagi *S. Aubin.*

Tota planta odore eſt modice ingrato. Caulis & folia villo obducta, humilis ille, pedalis, brachiatus, haec tenuiter diviſa, pinnata, pinnis minimis cum majoribus alternantibus, pene triangularibus, in ſpinulas terminatis. Flores nutant prius quam aperiantur, deinde eriguntur, lutei, exigui, extus purpuraſcunt. Calyx ſubaſper, pallidus, ſemina ſtylifera. Odor amygdalarum amararum.

2. HIERACIOIDES foliis ad terram ſerratis, ad caulem pinnatis, pinnis alterne majoribus, caule pene nudo multifloro.

*Hieracium chondrillae folio hirſutum* H. OX. III. p. 66. GARID. DILL.
*Hieracium majus Dioſcoridis* TAB. p. 180. utcunque.
*Hieracium majus erectum anguſtifolium, caule levi* C. B. I. R. H. RUPP. &c.
*Hierocoides vulgaris annua cichorii folio, flore luteo ſubtus purpuraſcente* VAILL. p. 249.
*Hieracium foliis radicalibus pinnato dentatis* LINN. Cliff. p. 387. ROYEN. p. 123. *caulinis lanceolatis vix denticulatis* LINN. Lapon. n. 286.

In agris & pratis frequens.

Caulis erectus, ſulcatus, firmus, bipedalis, brachiatus. Folia ad terram roſulam faciunt, ad caulem rara, ſubhirſuta, ima petiolata, integra, ſerrata, ſuperiora pinnata, nervo lato, pinnis alterne majoribus, linearibus & triangularibus, variis, extremo ſegmento maximo. In ſummo, & pene nudo, caule, plurimi flores umbellati, exigui, dentibus petalorum & parte externa ſaepe purpura tinctis. Calycis ſquamae lividae, nigris pilis adſperſae. Semina longa, valde gracilia.

3. HIERACIOIDES foliis variis ſubaſperis, caule altiſſimo folioſo & unifloro.

*Hieracium Erucae folio hirſutum* I. B. II. p. 1025. H. OX. III. p. 65. T. aut. de Par. p. 99. 470. I. R. H.
*Hieracium majus erectum latifolium caule aſpero.* C. B. P.

II. *Hiera-*

II. *Hieracium multis aliis Cichorium luteum hirſutum* I. B. II. p. 1024. bene.
*Hieracium luteum hirſutum* I. B. II. p. 1024. icon T. aut. de Par. p. 99. I. R. H.
*Hieracium Chondrillae folio hirſutum* C. B. Baſ. p. 37. P. ZWING.
*Hieracioides altiſſima annua, Chondrillae folio flore utrinque luteo* VAILL. p. 249.

Satis vulgaris in agris & vineis.

Caulis craſſus, anguloſus, ramoſus, erectus ad tres & ultra pedes. Folia hirſutie aſpera, ad terram pene integra, dentata, ad caulem vero inciſa, plerumque tamen non pinnata, dentibus profundis, triangularibus, retrorſum converſis, extremo maximo, triangulo. Flores toti lutei, in longis petiolis, ex alis foliorum ſuperiorum, non magni, calyce livente, modo glabro, modo hirſuto VAILL. f. 47. Semen longum, priſmaticum, nigrum. VAILL. f. 19.

β *Cichorium montanum anguſtifolium leve* C. B. in herb. viv. erat varietas foliis ad caulem pene dentatis.

4. HIERACIOIDES foliis variis, glabris, caule ramoſiſſimo.
Haec planta maxime multiformis eſt: & primo foliis acute & profunde inciſis, pinnis longis incurvis, hinc ſimplicibus, inde ſemitrilobis, eſt
α *Hieracium foliis & facie Chondrillae* LOB. ic. p. 239. PARK. LOES. &c.
*Hieracium minus Dioſcoridis* TAB. p. 181. bene.
Et *Hieracium aphacoides* TAB. p. 182. I. R. H.
*Hieracium Chondrillae folio glabrum* C. B. Baſ. p. 37. omnino.
*Hieracioides annua pene glabra Chondrillae folio undulato* VAILL. p. 250.
β Foliis latis dentatis, dentibus triangulis retrorſum inclinatis, ſaepe inaequaliter bifidis.
*Dens leonis tertius* DOD. p. 636.
*Hedypnois Plinii: & Aphaca Theophraſti, Cichorium luteum pratenſe dentis leonis flore Hieracii folio* LOB. ic. p. 229.
*Endivia ſylveſtris* CAES. L. 13. c. 9?
*Aphaca Dalech.* LUGD. p. 562.
*Dens leonis tertia* TAB. p. 175.
*Hieracium multis aliis cichorium luteum glabrum vel minus hirſutum* I. B. II. p. 1024.
*Cichorium pratenſe luteum levius* C. B. Baſ. P. PARK. &c.
*Hieracium luteum glabrum ſ. minus hirſutum* RAJ. p. 234. I. R. H. PONT. p. 90.
*Hieracium Chondrillae folio glabrum* H. OX. III. p. 67.
*Hieracioides vulgatiſſima pene glabra annua folia longo dentato* VAILL. p. 249.
γ Varietas foliis latis dentatis, dentibus triangulis, cum dente leonis convenientibus.
*Hieracium minus glabrum* C. B. Prodr. p. 63. PARK. RAJ. p. 236. Syll. ext. p. 145. *foliis eleganter virentibus* C. B. Baſ. p. 37. P. H. OX. III. p. 69. I. R. H.
δ Varietas foliis omnino integris, pene ovatis, leviſſime denticulatis.
*Hieracium facie* Hedypnois LOB. p. 239.
*Hieracioides annua pene glabra Chondrillae folio plano* VAILL. p. 250.
ε Foliis anguſtiſſimis, leniſſime denticulatis, longe petiolatis, flore perexiguo.
An *Hieracioides annua Endiviae folio inciſo flore minimo* VAILL. p. 250.

Paſſim in agris, locis apricis, foſſis ſuburbanis &c.

Omnes hae, adeo multae varietates, commune habent, ut caulis ſit durus, ſtriatus, ramoſiſſimus, pedalis, aut paulo ultra. Folia omnino glabra, tenera, virentia. Flores valde parvi, calyx nigris pilis ſubhirſutus, ſquamis ad baſin capillaribus, petala tota lutea, ſemina longiſſima.

## *PICRIS.*

LINNAEI. n. 612.
*HELMINTHOTHECA* VAILL. p. 267.
*HIERACII* Sp. T.

Ab Hieracio differt pappo plumoſo, ſeminum ſtriis ſubtilibus, tranſverſis: convenit calyce, quem ſquamae faciunt imbricatae multorum ordinum. In quibuſdam ſpeciebus flos nido quaſi foliorum ſuſcipitur. Hanc notam eſſentialem facit LINNAEUS, quae tamen noſtratibus deeſt.

1. PICRIS calycibus nudis, foliis amplexicaulibus ovalibus.
An *Hieracium pratenſe aſperum* GESN. Coll. p. 81.
*Lactariola altera* CAES. L. 13. c. 23.
*Intubus ſylveſtris ſ. cichorium ſylveſtre luteo flore* THAL. p. 61.
*Cichorium luteum* TAB. p. 172. foliis ſerratis.
*Hieracium aſperum in limitibus agrorum* I. B. F. BOLL. p. 175.

Hiera-

*Hieracium aſperum majori flore in agrorum limitibus* I. B. II. p. 1029. H. OX. III. p. 69. T. 4. f. 48. RAJ. p. 233. T. aut. de Par. p. 99. I. R. H. PONT. p. 90. MAGN. Char p. III.

*Cichorium pratenſe luteum hirſutie aſperum vel Hieracium hirſutum foliis caulem ambientibus* C. B. cum varietatibus.

*Helminthotheca hiſpidoſa perennis & vulgaris* VAILL. Mem. p. 269.

*Picris calycibus imbricatis* LINN. Cliff. p. 387. ROYEN. p. 128.

Abunde in agris, clivis, vallis urbium.

Tota planta obducitur hirto villo, quaſi Echii. Caulis cubitalis, folioſus, brachiatus. Folia caulem amplexa, pene ovata, ſuperiora integra, ima leniſſime denticulata. Calyx niger, flavis pilis hirtus, omnino Hieracioidis, interiori ſerie cylindrica, exterioribus ſquamis brevibus, & latis ad baſin acceſſoriis. Flores magni, in petiolis floralibus longis nudisque. Semen incurvum, ſulcatum, & transverſim rugoſum.

2. PICRIS calycibus nudis, foliis amplexicaulibus longis, lingulatis, ſerratis.

*Hieracium Intybaceum aſperum* TAB. p. 184. bene.

*Cichorium montanum anguſtifolium hirſutie aſperum* C. B. Baſ. p. 36. P. WAGN. &c.

*Cichorium montanum aſperum* PARK. p. 779.

In pratis humidis circa Bernam. C. B. ſuum in M. *Muteto*.

Hiſpida facies eadem, aut aſperior: folia multo majora, ſemipedalia, & dodrantalia, petiolo latiuſculo caulem amplexa, omnia ſerrata, intervallis dentium lunatis. An ſatis diverſa? habitu certe longo recedit.

## *S O N C H U S.*

TOURNEF. T. 268. VAILL. LINN. n. 613.

Calycis ſquamae anguſtae, lineares, ex lata baſi, quae placenta eſt, in conum convergunt. Pappus ſimplex & ſeſſilis, molliſſimus. Semen ovale acuminatum.

592 1. SONCHUS foliis ſemipinnatis, rigidiuſculis, calycibus nigris & hiſpidis.

*Hieracium majus* FUCHS. p. 319. bene, MATTH. p. 765. CAM. Epit. p. 524. non bene, LOB. p. 237.

*Intybus ſylveſtris tertia* TRAG. p. 270.

*Hieracium alterum* DOD. p. 639.

*Sonchus repens, multis Hieracium maius* I. B. II. p. 1017. RAJ. p. 226. T. aut. de Par. p. 304 I. R. H. &c.

*Hieracium maius folio Sonchi* ZWING. p. 492. *vel Hieracium Sonchites* C. B. Baſ. p. 37. &c.

*Hieracium maius folio Sonchi anguſtiore* C. B. P.

*Sonchus Hieracites maior calyculo hirſuto inter ſegetes* H. OX. III. p. 61.

*Sonchus vulgaris repens calyce hirſuto* VAILL. p. 256.

*Sonchus foliis lanceolato oblongis dentatis floribus congeſtis hiſpidis* LINN. Cliff. p. 384. ROYEN. p. 129.

β *Cichorea procerior* TRAG. p. 272.

*Sonchus laevis altiſſimus* CLUS. Pann. p. 653. HOFM.

*Sonchus laevior Auſtriacus V. altiſſimus* EIUSD. Hiſt. p. CXLVII.

*Sonchus arboreſcens* TAB. p. 192. PARK. *alter* RAJ. p. 226.

593 *Sonchus aſper arboreſcens* C. B. T. aut. de Par. p. 304. I. R. H. PONT. p. 93. MAPP.

*Sonchus levis lanceatus acutifolius* LOES. p. 258. ic. 79.

*Sonchus paludoſus altiſſimus haſtato folio* H. OX. III. p. 61.

*Sonchus laevis paluſtris altiſſimus* PLUKN. VAILL. p. 256. Botan. p. 189.

*Sonchus caule erecto, foliis pinnato haſtatis, apice haſtatis, floribus congeſtis villoſis* LINN. Cliff. p. 385. ROYEN. p. 129.

In agris ſubhumidis, varietas vero β in ripis *Brojae* fl.

Planta tota, uti in Sonchis reliquis, tenera eſt, caule lato, fiſtuloſo, fragili, alto a cubito ad quatuor cubitos, ſuperne hirſuto. Folia firma, nervis albis, coſta lata, margine acute ſerrato, quaſi ſpinoſo, ſemipinnata, pinnis triangularibus ſerratis, retrorſum ſpectantibus, extrema maxima. Flores in ſummis ramis ſparſi, magni, calyx flavis pilis barbatus. Squamae aliae ad baſin, aliae, quae connivent, duorum ordinum, latae omnes.

2. SONCHUS foliis rigidiuſculis ſerratis, calycibus levibus.

α Varietas foliis integris, ora ſerrata, non laciniata.

*Sonchus aſpera* FUCHS. p. 674.

*Sonchus tertius aſperior* DOD. p. 643.

*Sonchus*

*Sonchus levis tenerior* LOB. p. 235.
*Andryala maior* LUGD. p. 563. bene &
*Sonchus aſperior Lobelii* IBID. p. 571.
*Sonchus minus lacinioſa aſperior & ſpinoſior* I. B. II. p. 1014.
*Sonchus aſper non laciniatus* C. B. Baſ. p. 35. P. H. OX. III. p. 60. RAJ. p. 225. T. aut. de Par. p. 305. I. R. H. PONT. p. 93. MAGN. Char. p. 115. VAILL. Mem. p. 258. ZANICH. p. 250. ic. 196. *foliis Diſpaci vel lactucae* I. R. H. VAILL. Bot. RUPP. &c.
β Varietas foliis laciniatis, coſta lata, ſemipinnata, pinnis triangulis ſerratis.
*Sonchus niger* RUELL. p. 374.
*Sonchus non aſpera* FUCHS. p. 675.
*Sonchus aſper* THAL. p. 107. ZWING. p. 481.
*Sonchus aſper minor* CORD. p. 157 *b.*
*Sonchus agreſtis marginibus foliorum laciniatis* GESN. Coll. p. 108.
*Sonchus* CAM. epit. p. 278. *aſpera* MATTH. p. 496. non bene.
*Andryala minor* LUGD. p. 563.
*Sonchus aſper laciniatus* C. B. Baſ. p. 35. PARK. H. OX. III. p. 61. RAJ. p. 225. T. aut. de Par. p. 305. PONT. p. 92.
*Sonchus laciniatus ſpinoſus* I. B. II. p. 1015.
*Sonchus aſper laciniatus latifolius* LOES. p. 257. ic. 77. & *anguſtifolius* p. 258. ic. 78.
*Sonchus aſper folio laciniato obſcure viridi* VAILL. mem. p.
*b* Flore intus albido extus purpuraſcente VAILL. bot.

Vtraque varietas in ruderoſis, hortis &c.

Caulis purpureus, anguloſus, cubitalis, & bicubitalis, ex ſummitate floriger, floribus ſingularibus in longis pediculis. Folia firma, nitida, ſature viridia, amplexicaulia, integra in varietate α, & acute ſerrata, in β vero varie ſemipinnata. Calyx glaber. Flos pallide ſulfureus. Tubae coeruleſcunt: Semen ovale, compreſſum, ſulcis diſtinctum, baſi acuta.

Odor habet aliquid narcotici.

3. SONCHUS ſoliis levibus & teneris, calycibus glabris.
α Varietas foliis integris ſerratis ovato-lanceolatis.
*Intybus ſylveſtris* TRAG. p. 270.
*Lactucae ſylveſtris ſpecies folio oblongo ſubdulci flore luteo* GESN. Hort. p. 265. C. B. Phytop. p. 201.
*Sonchi genus ſylveſtre procerum* GESN. Coll. p. 108.
*Sonchus aſper* DOD. p. 643.
*Sonchus aſpera vulgi, flore Hieracii, foliis dentis Leonis aliis lactucae vel Dipſaci* LOB. ic. p. 234.
*Sonchus minus lacinioſa mitior ſ. minus ſpinoſa* I. B. II. p. 1014.
β Varietas, in qua folia pediculo lato ſerrato fiunt, & maximo ſegmento triangulari, quod folium terminat.
*Sonchus levis* CORD. p. 157. *latifolius* TAB. p. 190. bene.
*Sonchus laciniatus non ſpinoſus* I. B. II. p. 1016.
*Sonchus levis minor paucioribus laciniis* C. B. Baſ. p. 36. P. H. OX. III. p. 60. T. aut. de Par. p. 232. I. R. H. VAILL.
*Sonchus minus lacinioſus mitior ſ. non ſpinoſus* RAJ. p. 224.
γ Varietas nervo crenato, pinnarum pluribus paribus, ſerratarum, ſaepe retrorſum inclinatarum.
*Intybus ſylveſtris alter* TRAG. p. 270.
*Sonchus levis altera* MATTH. p. 498. CAM. ep. p. 280.
*Sonchus levis* MATTH. p. 497. CAM. Epiſt. p. 279. DOD. p. 643. RAJ. p. 224. PONT. p. 94. BLAKW. T. 130.
*Sonchus levior vulgaris I.* CLUS. p. CXLVI.
*Sonchus levis vulgaris foliis lacinioſis dentis leonis* LOB. ic. p. 235.
*Sonchus levis anguſtifolius* TAB. p. 189. &
*Sonchus alter flore luteo* EIUSD. p. 190.
*Sonchus levis laciniatus latifolius* C. B. Baſ. p. 35. P. H. OX. III. p. 60. T. aut. de Par. p. 233. I. R. H. MAGN. Char. p. 114.
*Sonchus levis foliis plurifariam inciſis* LINN. Lap. n. 289.
Icon. MERIAN. n. IC.
*Sonchus caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis ſummis amplexicaulibus, pediculis inaequalibus* ROYEN. p. 129.
*b. Sonchus tertius flore niveo* TAB. p. 191. C. B. &c.

Similibus locis cum priori.

Caules & folia teneriora, glauca iſta, variabili figura, amplexicaulia, per oram

 modo

modo dentata, modo pinnata, pinnis pluribus aut paucioribus, extrema libera, maxima. Flores ſimiles pallidi, umbellati. Semina flava VAILL. f. 22.

Omnes Sonchi ſucculenti ſunt, amari, mites, obſtructiones hepatis reſolvunt, ardores moderantur. SYLVATICUS ipſi praeferebat Cichorio. Carbones inpoſito Soncho ſanari BOCCONE *Muſ. di Piant.* p. 40. Aquam deſtillatam Tarantulis conferre IDEM *Muſ. di Fiſ.* p. 119. & in morbis malignis, atque uncias ſucci duodecim in Pleuritide ſalutares eſſe IDEM *Muſ. di Piant.* p. 41.

4. SONCHUS floribus ſpicatis coeruleis.
*Sonchus levis coeruleo flore* CLUS. Pann. p. 650. 651.
*Sonchus levior Auſtriacus III. coeruleo flore* EIUSD. p. CXLVII.
*Intybus* πλατυφυλλος THAL. p. 62.
*Sonchus coeruleus* CAM. Epit. p. 281. bene.
*Sonchus levis quartus flore cœruleo* TAB. p. 191.
*Sonchus coeruleus latifolius* I. B. II. p. 1005. RAJ. p. 225. Syll. exter. p. 239. SCHEUCHZ. It. I. p. 50. VAILL. p. 258.
*Sonchus levis laciniatus, vel Sonchus alpinus cœruleus* C. B. P. H. OX. III. p. 62.
*Sonchus flore cœruleo* ROYEN. p. 126. ZWING. p. 482.
*Lactuca montana latifolia laciniata flore coeruleo* I. R. H. SCHEUCHZ. It. VI. p. 459. MAPP. 160.
*Sonchus Laponum altiſſimus, floribus coeruleis* LINN. Lap. n. 290.
*Sonchus caule erecto, foliis pinnato haſtatis, apice cordato triangulis, floribus racemoſis* LINN. Cliff. p. 385. ROYEN. p. 128.

Copioſe in deſcenſu *Grimſulae.* RAJUS in lateribus ſylvoſis *Jurae* M. Circa *Alveneü* I. GESNER. In prato pagi *Boinouds* & in ſummitate vallis *Combe Gréde* eundo ad *Chaſſeral* M. GAGNEBIN.

Caulis purpureus, erectus, trium, & ſex pedum, ramoſus aut non ramoſus. Folia ampliſſima, amplexicaulia, glabra, tenera, petiolo longo, pinnarum pare plerumque unico, retrorſum ſpectante, extremo ſegmento ampliſſimo, triangulari. In ſummo caule, aut ramo, ſpica floralis conferta, petiolis villo viſcido nigricante obductis. Calyx fuſcus, hirſutus, flos eleganter coeruleus. Semen fere ovatum, conpreſſum, tribus ſulcis inſcriptum, ex collo pene pediculatum pappum profert (ROYEN.)

## *PRENANTHES.*

VAILL. p. 251. LINN. n. 609.
& *LACTUCAE* Sp. VAILL.
*CHONDRILLAE* Sp. T.

Calyx gracilis, cylindricus, pauciſſimis ſquamis factus, ad quinque, quibus aliae ad baſin breves accedunt, duorum fere parium: longiores autem in ſtellae ſpeciem expanduntur areſcendo. Semifloſculi totidem, adeoque pauciſſimi; ſemen coronatum, ſeſſili pappo aut breviter pediculato.

I. PRENANTHES floſculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis LINN. Cliff. p. 383. ROYEN. p. 120.
*Lactuca ſylveſtris altera* TRAG. p. 260.
*Lactuca ſylvatica* in Icone GESN. ad CORD. Hiſt. p. 140. *coerulea* I. B. F. Boll. p. 174.
*Lactuca ſylveſtris purpureo flore* GESN. Hort. p. 263 *b.* an *coeruleo flore* Coll. p. 84.
*Lactuca proceriſſima puniceo flore* GESN. Hort. p. 282.
*Sonchus levis purpureo flore* CLUS. Pann. p. 650. 652.
*Sonchus levior Pannon. IIII. purpureo flore* CLUS. Hiſt. p. CXLVII.
*Lactuca ſylveſtris* ερυθρανθεμος THAL. p. 75.
*Sonchus montanus purpureus tetrapetalos* COLUMN. p. 244. 246. optime.
*Libanotis Theophraſti ſterilis, Sonchus Sylvaticus* TAB. p. 109.
*Lactuca ſylvatica purpurea* I. B. II. p. 1005. RAJ. p. 223. Syll. ext. p. 158. ZWING. p. 480.
*Lactuca montana purpuro coerulea major* C. B. P. Baſ. p. 35. H. OX. III. p. 59. MUR. p. 677.
Et *minor* C. B. H. OX. RAJ. ex CLUSIO.
*Chondrilla Sonchi folio flore purpuraſcente major* I. R. H. PONTED. p. 101. RUPP. TILL. LIND. MAPP.
Et *minor* I. R. H. RUPP. TILL. LIND. MAPP.
*Sonchus ſylveſtris purpuro coeruleus anguſtifolius* RUDB. p. 100.
*Prenanthes latifolius flore purpureo* VAILL. p. 252.

In ſylvis Helvetiae non rara. Bernae naſcitur *im Wylerholz*, *im Lengholz*: Supra *Aquile-*

*Aquilegiam*, in ſylvis circa *Creux du Vent*. In *Muteto* & *Waſſerfall* C. B. Circa *Tigurum* I. B. in M. *Uetliaco* MURALTVS, circa *Scaphuſiam* RAJUS.

Formoſae plantae caules ad tres & ſex uſque pedes exſurgunt. Folia diſtantia, ad terram ex longis foliaceis pediculis patula, ſuperora caulem amplexa, ligulata, inferius tamen ultra originem ventricoſa, glauca, ora leviter ſerrata. Ex ſummo caule pauci flores in petiolis aphyllis, multifloris, ramoſiſſimis, nutantes VAILL. f. 2. Semifloſculi purpurei, pappus ſeſſilis. Semina griſea, inaequaliter triquetra, corona terminata.

2. PRENANTHES floſculis quinis, foliis pinnato haſtatis LINN. Cliff. p. 383. ROYEN. p. 120.

*Sonchus ſylveſtris lata radice* CORD. Hiſt. p. 293 *b.*
*Lactuca ſylveſtris flore luteo* GESN. Hort. p. 263 *b.*
*Lactucae ſylveſtris genus in montibus altis flore melino* GESN. Coll. p. 83 *b.*
*Sonchus levior vulgaris II.* CLUS. Hiſt. p. CLXVI. bene.
*Sonchus alter folio profundis laciniis ſinuato, hederaceo* LOB. ic. p. 236.
*Sonchus levis alter Danicus aut Anglicus folio profundis laciniis ſinuato flore luteo lactucino* LOBEL. Illuſtr. p. 77.
*Quaedam in ruderibus naſcens* CAES. L 13. C. 13?
*Sonchus ſylvaticus quartus* TAB. p. 194. bene
*Sonchus levis laciniatus muralis parvis floribus* C. B. Baſ. p. 36. P. H. OX. III. p. 61. MUR. p. 695.
*Lactuca ſylveſtris murorum flore luteo* I. B. II. p. 1004. RAJ. p. 223. ZWING. VAILL. Mem. p. 260.
*Chondrilla Sonchi folio flore luteo palleſcente* T. aut. de Par. p. 327. I. R. H.
*Scariola ſylveſtris Anguillarae* MART. Phil. Trans. n. 407. p. 22.

Frequens in ſylvis & aſperis umbroſis.

Habitus altus, tener, glaucus, & folia patentia fere prioris. Verum folia pinnata ſunt, nervo ſerrato, pinnarum uno plerumque pari aucto, extremo ſegmento ampliſſime triangulari, ſerrato & trilobato. Flores parvi in petiolis nudis, ramoſis, ex ſummis caulibus. Calyx fit quinque ſquamis longis, in tubum conjunctis, & duobus paribus ad baſin acceſſoriis. Petala lutea, quinque. Pappus mollis in ſtipite brevi. Semen nigrum, hydriae figura, ſurſum ventricoſum, evidenter ſulcatum.

## *CHONDRILLA*

VAILL. p. 253.
LINN. n. 623.
*CHONDRILLAE* Sp. T.

Huic calyx fere ſimilis, graciliter cylindricus, cum ſquamis ad baſin brevibus: ſed longa foliola multo plura, in juniori flore conglutinata ſunt, in adulto diſcedunt in radiorum ſpeciem. Semina aſpera, pappum in filo praeferunt.

1. CHONDRILLA LINN. Cliff. p. 383. ROYEN. p. 120.

*Chondrilla altera* CORD. Dioſc. II. c. 161.
*Chondrilla minor circa Curiam* GESN. Coll. p. 68.
*Chondrilla juncea viminea arvenſis* TAB. p. 178.
*Chondrilla viminea* I. B. II. p. 1021. VAILL. p. 254.
*Chondrilla juncea viſcoſa arvenſis quae prima Dioſcoridis* C. B. Baſ. p. 39. P. HERM. T. aut. de Par. p. 188. I. R. H. PONT p. 100. MAPP. p. 72.
*Lactuca ſylveſtris perennis lutea juncea viminalibus virgis* H. OX. III. p. 58.
*Chondrilla (rectius Lactuca) viminea* RAJ. p. 233.
*Chondrilla cichoroides* DILL. E. N. C. Cent. V. VI. app. p. 61. T. IX. Gieſſ. p. 119.

C. B. ad ripam *Rheni* eundo verſus *Crenzach*, & in quibuſdam agris circa *Huningen* (*Spirae* in ſuburbiis:)

Folia ad terram congeſta, eundo lateſcunt, margine ſerrato, haec cito pereunt & evaneſcunt. Superiora diverſiſſima, levia, linearia, longiſſima, vix denticulata. Caulis cubitalis, pene nudus, brachiatus, ſpinoſus. Flores ad latera ramorum faſciculatim ſeſſiles, lutei. Tota planta in ſuperioribus ramis viſcoſa eſt.

## *LACTUCA*

LINN. n. 622. VAILL. p. 259. pleraeque
& TOURNEF. multae T. 267.

A Chondrilla differt calycis ſquamis imbricatis multorum ordinum: ſemine quidem ſtyligero, ſed levi, utrinque acuminato.

1. LACTUCA foliis glaucis, peranguſtis, ad terram rariter dentatis, ad caulem linearibus.

*Chondrilla viſcoſa humilis* C. B. Prodr. p. 68. cum bona icone, Baſ. p. 39. P. JONQ. PARK. HERM. ZWINGER. &c.
*Lactuca ſylveſtris annua, coſta ſpinoſa, folio anguſtiſſimo glauco* H. OX. III. p. 58. VAILL. p. 260.
*Lactuca ſylveſtris laciniata minima nondum deſcripta* RAJ. Cant. p. 83. pro nova, Syn. III. p. 163.
*Endivia minor lactucina ſpinoſa* BARREL. ic. 136. bene.
*Lactuca ſylveſtris anguſto laciniato folio* MAGN. bot. app. p. 298. RAJ. Syll. p. 158. T. aut. de Par. p. 477. I. R. H.
*Chondrilla (rectius Lactuca) viſcoſa humilis* RAJ. p. 222.

C. B. in agris ad pontem *Birſae.*

Caules pedales, foliis anguſtis adſperſi. Folia inferiora conferta, linguiformia, integra aut raro ſerrata. Flores in ſuperna parte caulium fere ſeſſiles. Calyx tubuloſus, lividus, ſquamis ad baſin brevibus, interioribus longis. Flos luteus, pappi ſtylus praelongus.

2. LACTUCA foliis glaucis, non ſpinoſis, pinnatis, pinnis longis, ſaepe dentatis.

*Chondrilla I.* CORD. Dioſc. II. c. 161. GESN. Hort. p. 253.
*Chondrilla tenera* CORD. Hiſt. p. 142.
*Lactucae genus in muris* GESN. Coll. p. 83 *b.*
*Chondrilla II.* MATTH. p. 510 CAM. Epit. p. 291.
*Chondrilla* CAES. p. 509.
*Chondrilla coerulea* TAB. p. 176. RUPP. *altera cichorii ſylveſtris folio* C. B. P. SCHEUCHZ. It. IV. p. 332.
*Lactuca ſylveſtris perennis purpuro coerulea laciniata anguſtiore folio* H. OX. III. p. 59.
*b Flore albo* TAB. p. 176. C. B. I. R. H.
*c Flore incarnato* HERM. &c.
β Varietas nervo paulum latiori ſemipinnato.
*Chondrilla altera* DOD. p. 637.
*Chondrilla coerulea belgarum* LOB. p. 230.
*Apate Dalech* LUGD. p. 561.
*Chondrilla latifolia coerulea* TAB. p. 177. *laciniata* C. B. &c.
*Lactuca perennis purpuro coerulea laciniato longo folio* H. OX. III. p. 59.
α β *Chondrille vel Chondrilla coerulea* I. B. II. p. 1019. RAJ. p. 227. Syll. exter. p. 94.
*Lactuca perennis humilior flore coeruleo* T. aut. de Par. p. 477. I. R. H. PONTED. p. 97. VAILL. p. 261. MAPP. p. 160.
*Lactuca foliis linearibus, dentato pinnatis, laciniis ſurſum dentatis* LINN. Cliff. p. 384. ROYEN, p. 121.

In lapidoſis apricis calidioris Helvetiae. Supra *Vingelz* prope *Biennam.* Sur le *Cret Taconnier*, & *a Boinau* prope *Neocomum* DIVERNOI. Supra *Leucam* SCHEUCHZER: circa *Genevam*, & *Baſileae* in collibus argilloſis I. B. *Tiguri* in muris & alibi C. GESNER.

Caulis tripedalis, ramoſus. Folia glauca & glabra, perpetuo, noſtris quidem, difformiter pinnata. Flores coerulei, ſpecioſi, per ſummos ramos ſparſi, petalis latis, acute dentatis. Pappi ſtipes longus, ad tres lineas.

3. LACTUCA foliis ſemipinnatis, coſta ſpinoſa.

*Endivia* RUELL. p. 383.
*Lactuca ſylveſtris* FUCHS. p. 310. TRAG. p. 259. MATTH. p. 522. CAM. Epit. p. 300. DOD. p. 646. *prima* TRAG. p. 259.
*Agreſtis lactuca prior* CORD. p. 157 *b.*
*Sonchi genus in ruderibus* GESN. Hort. app. p. 296 *b?*
*Seris domeſtica Lactucina Dioſcor. Officinarum endivia, perperam recentioribus ſylveſtris lactuca putata* LOB. ic. p. 234.
*Lactuca ſylveſtris, Scariola* CAES. L. 13. c. 28.
*Lactuca ſylveſtris ſ. Endivia multis dicta, folio laciniato, dorſo ſpinoſo* I. B. II. p. 1003.
*Lactuca ſylveſtris coſta ſpinoſa* C. B. Baſ. p. 35. RAJ. p. 222. ZWING. p. 480. T. aut. de Par. p. 106. I. R. H. PONT. p. 96. MAGN. Char. p. 114. VAILL. p. 260. ZANICH. p. 157. ic. 294.
*Lactuca ſylveſtris laciniata* MOR. III. p. 58.
*Endivia major lactucina ſpinoſa* BARREL. ic. 135.
*Lactuca ſylveſtris folio laciniato ſpinoſo* IC. REG. T. 115.

*Baſileae*

*Baſileae* ad patibulum & Rheni ripam, Badae I. GESNERUS. *Genevae* I. B.

Caulis durus, erectus, trium & quatuor pedum. Folia multa, dura, glauca, ora ſerrata, nervo ſpinoſo, ſemipinnata, laciniis triangularibus, extrema non majore, baſi amplexicauli. Flores ad ſummos ramos nudos faſciculatim ſeſſiles, iidemque & rami viſcidi. Semifloſculi pallentes.

Lacte amaro turget, quod exſiccatum rubeſcit, & inflammabile redditur LISTER apud LOWTHORP. II. p. 697.

4. LACTUCA foliis ſuperioribus dentatis, coſta ſpinoſa.

*Lactuca agreſtis altera* CORD. Hiſt. p. 157 *b.* 158.
*Sonchi ſpecies levis* GESN. Coll. p. 108 *b.*
*Lactuca atra* CAES. p. 515.
*Lactuca agreſtis* LOB. p. 241.
*Lactuca ſylveſtris vera Dalech* LUGD. p. 547. Sed diſtinguit ab opiata.
*Theſion Dalech. Endivia Tragi* IBID. p. 564.
*Lactuca ſylveſtris lato folio; ſucco viroſo* I. B. II. p. 1002.
*Lactuca ſylveſtris odore viroſo* C. B. P. I. R. H. ZWING. p. 480. PONT. p. 96. MAGN. Char. p. 114. RUPP. VAILL. Mem. p. 160.
*Lactuca ſylveſtris major odore opii* MERRET. RAJ. Hiſt. p. 219. l. 221.
*Lactuca opii odore vehemente ſoporifero & viroſo* H. OX. III. p. 58.
*Lactuca ſylveſtris odore opii* IC. REG. p. 114.

I. B. circa *Genevam.*

Caulis tricubitalis, rigidus, fiſtuloſus, ramoſus, ſcatet lacte amaro, opii odore. Folia ima lata, dentata, ſuperiora laciniata, coſta ſpinoſa. Semen nigrum, conpreſſum, ex ovato utrinque acuminatum.

LINN. ad priorem refert & vocat *Lactucam caule & folio aculeatis* LINN. Cliff. p. 384. ROYEN. p. 121.

Vires narcoticae ſunt, ut fumus vertiginem inducat, idemque facit planta comeſta BOERHAAVE.

Hae duae ſpecies praeterea calidae ſunt, abundant ſale & oleo, neque vires reliquae gentis ſatis ſimiles poſſident *du* HAMEL *Hiſt. Acad. Pariſ.* p. 247.

## *S C O R Z O N E R A.*

TOURNEF. T. 269. LINN. n. 624.
*SCORZONERA* VAILL. p. 270.
& *SCORZONEROIDES* VAILL. p. 273.

Calyce ſquamoſo, imbricato, multorum ordinum in cylindrum compacto cum Lactuca convenit: differt pappo plumoſo: qui modo in ſtylo praefertur, modo ſeſſilis eſt.

1. SCORZONERA. . . .

In Valeſia circa *Sedunum* naſci ait GESNERUS epiſt. p. 3. *b.* notam vero, ex qua ſpeciem definiam, non addit.

An *Scorzonera latifolia ſinuata* C. B.

2. SCORZONERA. . . .

*Lanceola montana* GESN. Hort. p. 264. *ad Ixopum referenda* EI ad CORD. Hiſt. I. c. 54.
& *Scorzonerae ſpecies, quae apud nos naſcitur* EIUSD. Epiſt. p. 3 *b.*
An fuerit *Scorzonera Boemica* MATTH. p. 540.
*Scorzonera germanica* I. TAB. p. 602.
*Scorzonera latifolia altera* C. B.
*Scorzonera latifolia Germanica* H. OX. III. p. 81.

In ſynonymis extricandis non laboravi, cum nondum certum ſit, *Scorzoneram* M. *Albii* hanc potius, quam aliam ſpeciem eſſe, licet probabile id fiat ex conparatione cum Plantagine minore.

C. GESNERUS in *Albio,* & ibidem in deviis I. GESNERUS.

Caulis erectus, tripedalis, folioſus; folia ad caulem continuo adſcendunt, quaſi petiolata, elliptica, praelonga, glabra, firmula, obiter ſerrata, aliqua lanugine obnupta. Flores in ſummis nudisque ramis, magni & lutei, magnis & triangularibus ſquamis, quarum dorſum eminet. Petala quinquedentata, flava &c.

 3. SCOR-

3. SCORZONERA foliis anguſtiſſimis, imis rariter ſemipinnatis, reliquis integris, caule folioſo.

*α Tragopogon tenuiſſime laciniatum* C. B. Prodr. p. 129. P. H. OX. III. p. 79. RAJ. Syll. ext. p. 252. Hiſt. p. 251. *

*β* Paulum diverſa caule erecto, altiori foliis, imis latioribus fere Valerianae.

*Tragopogon laciniatis foliis* COL. Phytob. p. 21. *Flore pallido* & Monſpelienſe flore luteo I. B. II. p. 1059. ex COL.

*Tragopogon laciniatum luteum* C. B. P. RAJ. Syll. p. 252. Hiſt. p. 251.

*Tragopogon laciniatum majus.* PARK. H. OX. III. p. 79.

*Scorzonera laciniatis foliis* I. R. H. PONT. Diſſ. p. 105. GARID. p. 434. VAILL. &c.

*Scorzoneroides vulgaris* VAILL. Mem. p. 273.

Supra *Leucam*, ubi plurimas plantas raras reperi a. 1733. In Germania vulgaris. Radix magna, lignoſa, caules proſtratos & folia plurima fundit. Pedales illi & ramoſi, & folioſi, folia vero viridia, graciliſſima, alias ſimplicia, & ſuperiora quidem ſemper, alias una alterave pinna aucta. Flos parvus, pallens, extus lividus, calyce ſubhirſuto. Semina incurva. Lac continuo nigrum colorem induit.

583 4. SCORZONERA foliis ſemipinnatis, caule pene nudo, pappo ſeſſili.

*Hieracium minus* FUCHS. p. 320. MATTH. p. 766.

*Lactuca leporina Lagopus* TRAG. p. 265.

*Hieracium quartum* DOD. p. 639.

*Hieracium minus praemorſa radice* LOB. ic. p. 237. PARK. H. OX. III. p. 64.

*Picris Dalechampii* LUGD. p. 561. &

*Apargia Dalechampii* p. 562.

*Hieracium nigrum* TAB. p. 181. T. aut. de Par. p. 201.

Et *Hieracium minus, lactuca leporina* EIUSD. p. 182.

*Hieracium minus praemorſa radice ſ. Fuchſii* I. B. II. p. 1031. RAJ. p. 230.

*Hieracium Chondrillae folio glabro radice ſucciſa majus* C. B. Baſ. p. 38. P. MERR. HERM. T. aut. de Par. p. 275. VAILL. &c. &

*Hieracium Chondrillae folio glabro radice ſucciſa minus* C. B. Baſ. p. 38. P. I. R. H. TILL. &c.

Et *Hieracium folio Coronopi* C. B. T. aut. de Par. p. 276. I. R. H. RUPP.

*Hieracium minus glabrum* ZWING. p. 493

*Hieracium Chondrillae folio glabrum* MAGN. Char. p. 115. an etiam PARK. I. R. H. & aliorum.

*Scorzoneroides Chondrillae vel Coronopi folio pene aphyllocaulos* VAILL. mem. p. 273.

*Hieracium vulgare* LINN. Lapon. n. 281.

Vulgatiſſimum in ſylvis, in apricis gramineis &c.
Radix minime obſequioſa, edit ceſpitem inſignem foliorum, cauliumque: dodrantales iſtos, brachiatos, plerumque bifurcatos, longe nudos; glabra illa, variabilia, plerumque ad latum uſque nervum ſecta, laciniis longiuſculis, non dentatis, aliquando tamen integra ſunt, vix dentata. Caulis ſub flore intumeſcit, & excavatur, calyx lividus, ſquamis quinque ordinum, anguſtioribus. Semifloſculi flavi, pappus ſeſſilis.

## *TRAGOPOGON.*

TOURNEF. T. 270. LINN. n. 608. VAILL. p. 264. f. 43. 44. &
*TRAGOPONOIDES* VAILL. p. 266.

A Scorzonera differt calyce monophyllo, in octo ad duodecim ſegmenta duplici ordine poſita profunde fiſſo, anguſta, acuta, ipſo flore plerumque longiora. Semen pingit VAILL. f. 13. 14.

578 1. TRAGOPOGON foliis carinatis, amplexicaulibus, gramineis, flore luteo.

*Barba hircina* DORST. p. 80. bene.

*Gerontopogon* RUELL. p. 452. GESN. ind. quadr. p. 38.

*Tragopogon* FUCHS. p. 821. GESN. Hort. p. 254 *b.* DOD. p. 256. CAES. L. 13. c. 23.

*Barbula hirci* TRAG. p. 280.

*Hirci barba* CORD. p. 155 *b.* GESN. Coll. p. 81 *b.*

*Tragopogon ſ. barbula hirci* MATTH. p. 537. bene, CAM. Epit. p. 312. cum charactere.

*Tragopogon luteum* LOB. ic. p. 550. RAJ. p. 252.

Et *Tragopogon Barbula hirci* LOB. ibid.

*Tragopogon luteum, Hirci Barbula* TAB. p. 598.

*Tragopogon flore luteo* I. B. II. p. 1058. AICHST. Aeſt. Ord. 1. T. 13. f. 2.

*Tragopogon pratenſe luteum majus* C. B. Baſ. p. 81. H. OX. III. p. 79. T. aut. de Par. p. 157. I. R. H. MAGN. Char. p. 116. VAILL. p. 266.

*Tragopo-*

*Tragopogon calycibus florem ſuperantibus* LINN. Cliff. p. 382. ROYEN. p. 119. var. prima.
β *Minus* SCHWENKFELD.
γ Caule faſciato.
*Abortivum* LOES. p. 270. ic. 83.

In omnibus pratis.

Radix lente conica, anulis diſtincta, edulis, & boni alimenti. Caulis vere gramineus, ramoſus, erectus, foliis ortis ex evolutione ſucceſſivarum tunicarum, quae totum caulem componunt levia, carinata, longe caudata: ventricoſa vero eſt origo foliorum. Flos caulem & ramum ſingulus terminat, magnus & flavus, pleniſſimus. Semen maximum, ſulcatum, inter ſulcos transverſim rugoſum.

Tragopogon & reliquae hujus generis cibum praeſtant gratum, innocuum, nutrimenti optimi, abſque ulla acrimonia, aut noxia viſciditate.

## PLANIPETALAE

## ORDO II.

## I. PLACENTA NUDA

## I. SEMINIBVS NON CORONATIS

## *LAMPSANA.*

TOURN. T. 272. VAILL. p. 274.
*LAMPSANAE* Sp. LINN. n. 610.

Calycis ſquamae longiores in cylindrum conpactae, bino ordine, & paucae breviores ad baſin acceſſoriae. Semina nuda, in media placenta maturantur, oblonga, incurva, ſtriata, in apice circulo terminata VAILL. f. 8. ROYENIUS *Lapſanam* legit, quae legitima vox eſt teſte BELLONIO L. III. c. 51.

1. LAMPSACA foliis imis ad petiolum pinnatis, ſuperioribus lanceolatis ſerratis.

*Lampſana* DOD. p. 675. bene LOB. ic. p. 207. T. aut. de Par. p. 108. I. R. H. PONT. p. 113. MAGN. Char. p. 119.
*Cichorium vel Sonchi genus* GESN. Coll. p. 68 *b.*
*Lactucae ſylveſtris genus procerum* IBID. p. 83 *b.*
*Sonchis cognatum olus ſylveſtre* EIUSD. Hort. p. 282.
*Lampſana Dodonaei* LUGD. THAL. I. B. II. p. 1028. RAJ. p. 256.
*Sonchus ſylvaticus I.* TAB. p. 192. & *II.* EIUSD. p. 193. & *III.* IBID.
*Soncho adfinis Lampſana domeſtica* C. B. Baſil. p. 36. &c. &
II. *Soncho adfinis Lampſana ſylvatica* C. B. Baſ. 36. P. ex II. TAB.
Et *Lampſana ſylvatica elatior* RUPP. p. 169.
I. II. *Intybus ſ. Endivia erecta lutea Napifolia Lampſana dicta* H. OX. III. p. 54.
*Lampſana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis* LINN. Cliff. p. 384. ROYEN. p. 130.
*Sonchus ſylvaticus paluſtris maior & minor* JUNG. HOFM. RAJ. Syll. exter. p. 240.

Caulis erectus a duobus ad ſex pedes altus. Folia ima, longe petiolata, pinnis ad petiolum exterioribus maioribus, & extremo ſegmento ampliſſimo, ovali, obiter ſerratis; ſuperiora longe acuminata, pinnis acceſſoriis deſtituuntur. Summus caulis finditur in ramos florigeros nudos, terminatos floribus in umbellam diſpoſitis. Exigui iſti, & lutei. Ad ſepes in ſylvis ubique.

## ORDO III.

## II. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.

## I. SEMINIBUS PAPPO CORONATIS.

## *HYPOCHOERIS.*

VAILL. p. 279. LINN. n. 615.
*HIERACII* Sp. TOURNEF.

Semen coronatum pappo plumoſo VAILL. f. 21.

1. HYPOCHOERIS dentibus foliorum rectangulis, caule nudo ramoſo.

*Hieracium minus* CAM. Epit. p. 525. cum folia dicat aſpera.
*Hieracium tertium* DOD. p. 639.

*Hiera-*

*Hieracium longius radicatum* LOB. ic. p. 238. ex DOD. RAJ. p. 230.
*Hieracium Intybaceum* TAB. p. 183.
Et *Hieracium* μακρορριζον EIUSD. ib.
*Hieracium macrocaulon junceum ſ. primum Dodonaei minus* I. B. II. p. 1031.
*Hieracium dentis Leonis folio obtuſo majus* C. B. H. OX. III. p. 66. T. aut. de Par. p. 98. I. R. H.
*Hieracium minus, dentis leonis folio ſubaſpero* T. aut. de Par. p. 98. non vero C. B.
*Hieracium dentis leonis folio obtuſo polyrrhizon* HOFM. VOLC.
*Hypochoeris foliis ſerrato ſinuatis, caule ramoſo nudo, pedunculis ſquamoſis* LINN. Cliff. p. 386. ROYEN. p. 125.

In ſylvarum gramineis non raro.

Ad terram corona foliorum hirſutie ſubaſperorum, ſinuatorum, laciniis & foliorum extremitatibus rectis, ante finem dilatatis, modice dentatis. Caulis aphyllos, brachiatus, cubitalis, ſub floribus intumeſcit. Calyx ſubhirſutus, ex ſquamis imbricatis multorum ordinum. Flos pleniſſimus, flavus, extus purpureus. Singulum ſemen continetur ſua cava ſquama. Lac amarum opii odore.

2. HYPOCHOERIS foliis hirſutis, ovatis, ſaepe dentatis, caule plerumque unifloro.

α *Hieracium I. latifolium* CLUS. Pann. p. 640. 641. *caule ramoſo* Hiſt. p. CXXXIX. RAJ. p. 239.
*Hieracium magnum Dalech.* LUGD. p. 569. foliis ſerratis.
*Piloſella maior Gallorum* THAL. p. 82.
*Hieracium phlomodes* TAB. p. 184. ex CLUSIO.
Et *Hieracium latifolium montanum* EIUSD. p. 185. caule folioſo.
*Coſta herba* CAM. Hort. p. 49.
*Hieracium Pannonicum latifolium I. Cluſio Piloſellae majori ſ. Pulmonariae luteae accedens, maculatum & non maculatum* I. B. II. p. 1026.
*Hieracium alpinum latifolium hirſutie incanum flore magno* C. B. H. OX. III. p. 69. I. R. H. ZWING. SCHEUCHZ. It. II. p. 135.
*Hieracium latifolium Pannonicum primum* PARK. SHER. apud. RAJ. in Syll. p. 399.
*Hieracium alpeſtre majus Endiviae planae foliis longis maculis ferrugineis adſperſis* H. OX. III. p. 64.
*Hieracium alpinum latifolium maculatum hirſutum incanum flore magno* T. aut. de Par. 469. RUPP. &c.
Et *Non maculatum* T. IBID. p. 470.
*Hypochoeris hirſuta Endiviae folio magno flore* VAILL. p. 280. LINN. Lap. n. 288.
*Hypochoeris caule ſubnudo, ramo ſaepius ſolitario, foliis ovato oblongis integris dentatis* LINN. Cliff. p. 385. ROYEN. p. 125.
II. *Hieracium incanum tomentoſo integro folio* BARR. ic. 238.
*Hieracium tomentoſum integro folio* BOCC. p. 147. T. 106.

In valle *Urſaria* frequens legi. SCHEUCHZER in *Maloja* M. HUBER prope *Malix*, & ſub diverſorio *Weiſſenſtein*. Ibidem I. GESNER. C. B. ſuum β in M. *Gotthardo* & circa thermas *Fabarias*.

Folia ad terram imumque caulem multa, ſuperne pauca; mollia, utcunque ovata, margine leviter dentato in noſtris, integro in CLUSIANIS, non maculata, ut in noſtris, aut maculata, ut in Germanicis. Caulis in noſtris plerumque ſimplex, cubitalis, uniflorus, in Germanicis ſubnudus, rariter brachiatus. Flos luteus, ampliſſimus, fere perpetuo clauſus, calyce nigro & hirſuto, imbricatis & maximis ſquamis.

In Germania in officinas recipitur ad phtiſin & pectoris morbos *Coſtae* nomine C. HOFMAN. p. 220.

β Minime diverſus eſt, etſi foliis ſerratis longioribus & acutioribus poſſit diſtingui: ſed nimis conſentit flos & facies.

*Hieracium alpinum foliis dentatis flore magno* C. B. Prodr. p. 65. ex fide horti ſicci, PARK. H. OX. III. p. 66. RAJ. p. 237, WAGN. ZWING. p. 494. Vide iconem T. XXIV.

Neque differt
II. *Dens leonis latifolius cauleſcens* C. B. Prodr. p. 62. P. RAJ. p. 237.
III. *Dens leonis foliis integris caule raris foliis veſtito monanthes* RAJ. p. 244.

*3. HYPOCHOERIS. . . .

*Hieracium magnum hiſpanicum* PLUKN. T. 116. f. I. caule multifloro, foliis amplexicaulibus, dentatis.
*Hieracium alpinum glabrum flore ſingulari caule magno cubitali folioſo inſidente* RAJ. Syll. exter. p. 144.
*Dens Leonis montanus glaber, caule cubitali folioſo flore magno* RAJ. Hiſt. p. 244. I. R. H. ZWING. p. 490.
*Dens Leonis hirſutus montanus caule cubitali folioſo flore magno Raji* H. OX. III. p. 76.

In

In altiſſimo jugo M. *Dolaz* RAJUS.

Radix lacte turget, craſſitie digiti minimi. Caulis ſingularis, cubitum altus, non ramoſus, foliis, maxime verſus ſummitatem, multis veſtitus: Ea Pulmonariae Gallicae ſimilia ſunt, non profunde laciniata, ſed dentata, pilis, raris, vix conſpicuis, ad latera longioribus, ſeſſilia ad caulem, ad radicem petiolata. Flos magnus, luteus, ex calyce nigricante, villis obſcure ex luteo virentibus barbato.

RAJUS hanc plantam diſerte a priori ſeparat, quae tamen ſerratae ejus varietati ſimillima videtur, ex deſcriptione floris. Confer iconem noſtram, pariter folioſam.

## ORDO IV.
## II. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.
## II. SEMINIBUS PAPPO NON CORONATIS.

### *CICHORIUM.*

TOURNEF. T. 268. VAILL. p. 282. LINN. n. 613.

Calyx fit duplici ſerie ſquamarum, quarum prior quinquefolia eſt, & exterior, altera octophyllos. Semina ſuſcipiuntur ſquamis caudatis longioribus: & breviſſima paucorum pilorum corona ornantur. VAILL. f. 9. 10.

1. CICHORIUM foliis pinnatis, pinnis triangularibus dentatis.
*Solſequium aliud* BRUNF. III. p. 94. 95.
*Cicorea* DORST. p. 82.
*Ambubeja* RUELL. p. 438.
*Cichorium* CORD. p. 141 *b*. RUELL. p. 374. CAES. p. 506.
*Intubum ſylveſtre* FUCHS. p. 979. bene, CORD. Dioſc. II. c. 160.
*Cichorea coerulea* TRAG. p. 271.
*Cichorium ſylveſtre* GESN. Coll. p. 68. MATTH. p. 103. BLAKW. T. 183.
*Intubus ſylveſtris* CAM. Epit. p. 285. bene.
*Cichorium ſylveſtre, Picris* DOD. p. 635.
*Seris, Picris, vel ſylveſtre cichorium* LOB. ic. p. 228.
*Intubum ſylveſtre anguſtifolium Matth.* LUGD. p. 557. &
*Hypòchaeris Dalech.* p. 563.
*Cichorium Intybus erratica* TAB. p. 170.
*Cichorium ſylveſtre* (& ſativum) I. B. II. p. 1007. RAJ. p. 255.
*Cichorium ſylveſtre ſ. officinarum* C. B. Baſ. p. 36. H. OX. III. p. 55. T. aut. de Par. p. 327. I. R. H. PONT. p. III. MAGN. Char. p. 117.
*Cichorium caule ſimplici* ROYEN. p. 130.
β *Flore albo,* non infrequens, BRUNF. TRAG. THAL. &c.
γ *Flore carneo, purpureo, roſeo* TRAG. I. R. H. &c.
δ *Folio integro* C. B. I. R. H.
ε *Semifloſculis fimbriatis* VAILL.
ς *Caule compreſſo & lato* C. GESN. Epiſt. p. 86. ACT. HAFN. Ann. II. obſ. 130. MAPP. p. 74. &c.
ζ Varietas caule altiſſimo, ſepedali, folioſo, in arce *Oppenheimenſi* lecta.

Ubique ad vias & in agris ſterilibus. Caule lato prope *Biennam.*

Folia ad terram plurima, ſubhirſuta, & ſubaſpera, pinnata, nervo foliaceo, laciniis triangularibus, ſerratis, extremis confluentibus in magnum ſegmentum. Flores lateraliter ramis adhaerent, foliis inpoſiti perexiguis, naturaliter cyanei. Calycis exterioris ſquamae ciliatae. Semen breve, craſſum, pene pyramidale, incurvum.

In gente Planipetala Cichorium medicatis viribus praeſtare putatur, amarum totum, maxime vero radix, acido, etſi minus conſpicuo, praeditum, non ſine alcaleſcente & ſaponacea virtute GEOFROI III. p. 321. Aperiunt Cichoria, acrius quam reliquae adfines, reſolvunt coagula a morbis acutis relicta, & hypochondriorum obſtructiones, abſque impetu, aut calore nimio Vel crudum (BOERH.), vel in juſculis commode adſumitur, medicamenti loco, & levis nutrimenti, quale in febribus deſideratur, & in viris literatis, ſedentariis, ventriculi debilitate vulgo laborantibus. Succus expreſſus & per aliquot ſeptimanas cum ſero lactis potus ad diarrhoeam uſque, mirifice totum corpus quaſi renovat. Solum febres intermittentes rebelles viciſſe viſum eſt (GEOFROI). Infuſo ſeroſo ulcus tibiae ſanatum habet BUCHNER. *Miſcell.* 1729. p. 725. Sativa Cichorea inbecillior eſt, & magis refrigerat C. HOFMAN.

# APPENDIX.

Dum opus non minimae molis integro fere anno ſub prelo verſatur, interim non exigua materies auctarii nata eſt, quam partim in ipſam ſeriem ſchedarum ſuis locis diſpoſui, partim ſerius adceptam hic ſubjicio.

Et I. quidem JOHANNES GESNERUS, pro ſuo in me amore, loca natalia ſtirpium rariorum miſit, ex quibus aliquas novas cives primum didici, cum deſideratarum non paucarum ſpeciminibus.

II. Idem beneficus amicus SCHEUCHZERIANI herbarii vivi nomenclatorem mecum communicavit, qui & ipſe proprias rariorum ſtirpium ſedes plurimas continet, & indigenarum numerum me augere coegit, etſi poſthumo labori non plenam ubique fidem dare licuerit. Icones etiam circiter quadraginta ex SCHEUCHZERIANIS addidit, quae nonnullas obſcuriores plantas declarant.

III. Induſtrius Dn. GAGNEBIN noningentas & quinquaginta ſtirpes ſiccas miſit, quae omnes indigenae fuerunt Helvetiae, cum ſeminibus quingentis. Multa hinc, & rariſſimarum civium acceſſio, locorumque natalium nova ubertas nata eſt.

IV. Incomparabilis muſcorum hiſtoria magni DILLENII edita eſt, ex qua plurima in hoc difficili genere dubia declarare datum eſt: hanc ſollicite cum meis plantis contuli & quidquid emendari viſum eſt, in hac appendice monui.

V. Propriae obſervationes in itinere Thuringiaco a 1742. numeroſae, & in raris ſaepe ſtirpibus, fecerunt, ut in Helveticis multa corrigere aut characteres augere potuerim. RUPPIANA enim veſtigia ſecutus, agrum Jenenſem frequentibus nec infelicibus excurſionibus depopulatus, plurimas plantas florentes decerpſi, quas ſiccas tantum videre datum fuerat.

Denique VI. cum pars non exigua operis me abſente inpreſſa fuerit, & in reliqua etiam emendanda non ſemper eamdem induſtriam ponere permiſerint plurimi alieni generis labores, errata ſubjicere neceſſe fuit.

## AUCTORES BOTANICI SERIUS ACCEPTI.

VIII. *. LEONHARDI FUCHSENS Kräuterbuch. Baſil. Iſingrin 1543. fol. Haec editio capitibus aliquot & iconibus auctior eſt v. g. Pulſatilla.

XVIII. *. BARTHOLOMAEI MARANTAE Methodus cognoſcendarum ſtirpium L. III. Venet. 1559. 4. Etſi nimis ſuperſtitioſe Dioſcoridem, ſibi notiſſimum, veneratus fuerit, ipſe tamen naturam non neglexit, & in feliciſſima Italia nonnullas tum ſpecies, dum varietates reperit & deſignavit.

XLV. *. JOHANNIS BAUHINI & CLAUDII ROCCARD de Abſinthii generibus L. Monſpelg. 1593. 8. Prius opuſculum ſpecimen eſt magni operis, obſcurum alterum & fruſtra in veterum deſcriptionibus laborioſum, dum ipſe ita ſuas ſtirpes negligenter definit, ut intelligi non poſſit.

CLIV. *. JOHANNES RAJI ſynopſis methodica ſtirpium Britann. Edit. ſec. Acceſſit RIVINI epiſtola ad RAJUM de methodo, & reſponſoria RAJI qua methodus TOURNEFORTIANA tangitur Lond. 1696. 8. Haec editio frequentiſſime citatur, quod huic primum numeroſi muſci acceſſerint. In epicriſi ſua RAJUS genera claſſesque nonnaturales TOURNEFORTII caſtigit.

CLXXII. *. OLAVI RUDBECKI Laponia illuſtrata Upſal 1701. 4. Magni operis minima pars prodiit, periit reliqua. Uplandia hic ſola breviſſime percurritur, & nomina enumerantur baccarum edulium, quae in Septentrione naſcuntur.

CLXXXIII. *. GEORGII ANDREAE HELWING flora quaſimodogenita. Gedan. 1712. 4. Stirpes habet, quas LOESELIUS omiſerat, ſed plurimas tum hortenſes, tum varietates, tum falſo nominatas. Verus auctor eſt BREYNIUS ſenior.

CCLIX. I. IACOBI DILLENII ſylva Muſcorum: cum tabb. 85. Oxon. 1741. 4. max. Muſcos, & Lichenes, ex ditiſſima ſua tum ſtirpium tum obſervationum penu, ita deſcribit, & depingit, ut par huic operi nullum hactenus prodierit. Omnes enim Agroſtographiae SCHEUCHZERIANAE virtutes habet, & praeterea ditiſſima ſynonyma, icones omnium ſtirpium fidiſſimas, neque ullum viciorum SCHEUCHZERI, niſi forte aliquis minuta aliquando ſpecierum diſcrimina criminetur.

CCLXX. MARCI M'APPI hiſtoria plantarum Alſaticarum, poſthume edita a D. EHRMANNO Argent. 1742. 4. Pulcherrimae regionis flora minime egena, raras, & novas plantas continet; ſed varietates etiam plurimas, dubiasque nec ulli viſas ex BAUHINIS ſpecies

ADDEN-

# ADDENDA.

*Ad paginam* 2. p. 2. *lin.* 21. in fin. add. I. GESN. ad ſaxa rivi *Wangenſis.*

ibid. *lin.* 26. poſt num. 200. add. Certe non videtur, neque plures forte aliae.

ibid. *lin.* 36. poſt Baſileam, adde: Ad lapides in *Dubi* fl. GAGNEBIN.

*Ad pag.* 3. *lin.* 23. poſt abunde, adde: *Michelfeldae* in fonte I. GESNER.

ibid. *lin.* 25. poſt num. 8. add. malum nomen.

ibid. *lin.* 27. ſubiunge: Ex loco natali videtur *Conferva rivulorum capillacea, denſiſſime congeſtis ramulis* DILL. ſylv. p. 21. T. 4. f. 15.

ibid. *lin.* ult. in fin. adde Duplicem etiam iconem reperio inter SCHEVCHZ. & ſubiunge: Icon Confervae fontalis ramoſiſſimae glomeratim congeſtae DILL. Sylv. Muſc. p. 28. T. 5. f. 31. noſtram plantam exquiſite refert. Sed noſtra lignea eſt.

Poſt Confervas adde

10. *Conferva* lobuloſa bullata.

Innatantem reperi aquis ſtagnantibus, & iconem miſit STAEHELINVS.

Filamenta omnium breviſſima, ut vix a Linkia diſtinguas, areolas faciunt, in quas bullae aereae recipiuntur: Caeterum in hemiſphaericos glomeres conponuntur, & ipſos congeſtos in glandulae conglomeratae ſpeciem, rotundum nempe, lobuloſum corpus, quod calente coelo enatat, frigente mergitur.

*Ad pag.* 4. ibid. *lin.* 17. ſubiunge:

BYSSUS Germanica, minima, ſaxatilis, aurea, violae martiae odorem ſpirans MICHEL. nov. gen. p. 210. T. 89. f. 3.

*Herbula muſcoſa violae odorem ſpirans* AGRICOLAE.

*Iolithos ſ. lapis violaceus* SCHWENKF. de foſſil. Sileſ. p. 382.

*Lapis violaceus ſylvae hercyniae* BRUKM. in ſcripto proprio.

Ex Lithanthrace iuxta Granitam odorem violae ſpirantem enata eſt I. GESN. Ex ſylva *Martia* habui, prope *Scaphuſiam.*

Continua fere brevisque cruſta, ex flavo vireſcens, quae microſcopio ſpectata fit filamentis, brevibus, latiuſculis, quaſi villoſis, partim integris, partim ramoſis. Violae odor, vel Iridis, olim gratior fuit, poſt decimum tamen annum ſupereſt. Cum n. 4. nihil commune habet.

*Ad pag.* 5. *lin.* 4. ſubiunge: Planta mea eſt certo *Byſſus evanida floccoſa nivea* DILL. Sylv. muſc. p. 5. T. 1. f. 9.

poſt l. 21. 9. BYSSUS purpurea aquis innatans Stagnorum ſuperficiei & Confervis innatantem vidi pollinem tenerum, continua cruſta aquae inſperſum, laete purpureum. Nonne hunc viderunt Byſſum, qui aquas ſanguineas vidiſſe voluerunt creduli?

*Ad pag.* 6. *lin.* ult. ſubiunge:

5. ASPERGILLVS capitatus capitulo aureo ſeminibus ſubrotundis MICHEL. p. 212.

I. GESN. ad Pedicularis bulboſae radicem.

An diverſus a Sphaerocephalo n. 4.

6. ASPERGILLVS capitatus, capitulo pullo, ſeminibus ſubrotundis MICHEL. p. 212.

I. GESN. ad reſervatorium aquae balneatoriae *Rüſchlikonenſis.*

An Sphaerocephalos n. 3?

*Ad pag.* 7. *lin.* 9. in fine, poſt *factas*, adde: Legit in ſylvoſis M. *Legerberg* prope *Badam.*

*Ad pag.* 9. *lin.* 44. ſubjunge: *Coralloides fungiforme arboreum nigrum vix cruſtoſum* DILL. Sylv. muſc. p. 78. T. 14. f. 3.

*Ad pag.* 10. *lin.* 27. ſubjunge: 3. *b.* Aliam plantam hoc nomine dignam reperi exeunte autumno 1741. figuras omnino ſeſſiles, varias, rotundas, convexas, ovales, pulpa Lycoperdorum ſimili & dilutiore plenos. An ea, quam in ſylva *Burghölzlein* lectam ſcribit I. GESN. diverſam a mea priori.

ib. *lin.* 31. ſubjunge:

4. Ab eo tempore totam plantam vidi. Ceſpitoſum eſt, pyri forma, petiolatum, ſimile ſpeciei 1. ſed ſplendide fuſcum, plenum capillicio cinereo, quod fracta teſta exit, ovale, & paulatim longius. Hoc erit, quod I. GESN. vocat *Clathroides obſcurum pediculo donatum*, & in ſylva *Burghölzlein* legiſſe videtur.

5. CLATHROIDES cauleſcens tomento flavo, in trabibus putridis lectum, adfine Sp. 2. in catalogo I. GESNERI.

*Ad pag.* 12. *lin.* 15. ſubjunge: In ſylvis abunde, & paſcuis. In pratis *Wiedikonenſibus* I. GESNER.

ibid. *lin.* 50. in fin. poſt *paſſim*, adde: I. GESN. M. *Martio* ad muros valli urbis minoris.

ibid. *lin.* ult. ſubjunge:

8. LYCOPERDON coniforme altiori baſi inſidens totum aſperum MICHEL. p. 217.

I. GESN. in M. *Uetliberg.*

*Ad pag.* 13. *lin.* 20. ſubjunge:

2. GEASTER medius umbilico fimbriato MICHEL. p. 220. T. 100. f. 3.

I. GESN. M. *Novembri* in *Sylhölzlein.*

ibid. *lin.* fin. poſt *deſiit*, interſere: I. GESN. M. *Januario* ad truncos arborum putridos.

*Ad pag.* 14. *lin.* 42. ſubjunge:

4. CLAVARIA lutea minima MICHEL. p. 208. T. 87. f. 4.

Sed icon meae plantae ſtaturam multum ſuperat.

*Fungoides clavatum minimum* DILL. Cat. Gieſſ. & Syn. III. p. 14. n. 1.

Exeunte autumno.

Uncia multo minor fuit, graciliſſima, ſature flava, ſuperne, ut ſolet, craſſior.

5. CLAVARIA ophiogloſſoides nigra VAILL. p. 39. T. 9. f. 3. MICHEL. p. 208. T. 87. f. 4.

*Fungus ophiogloſſoides* MERR. RAJ. Syn. III. p. 14.

I. GESN. in muſco paluſtri candicante circa *lacum felinum.*

Uncialis & ultra, colore, qualem titulus praefert.

*Ad pag.* 15. *lin.* 25. poſt *abunde*, adde: I. GESN. *im Käferholz*; ad *lacum felinum*, in ſylvoſis circa *Wyl Turgovienſium.*

*Ad pag.* 16. *lin.* 3. in fin. poſt *fragili*, adde: Bernae in ſylva *Bremgarten.* Circa *lacum felinum* I. GESNER.

ibid. *lin.* 38. ſubiunge

6. *b.* CORALLOIDES planum, palmatum, flavum.

In Germania.

Ex craſſo quaſi bulbo breves cauliculi, rugoſi, plani,

apice pene ſolo inciſo, corniculis ita breviſſimis, ut caules fere tantum ſerrati videantur.

*Ad pag.* 17. *lin.* 26. ſubiunge: *Coralloides membranacea, lanceolata, dilute purpuraſcens* I. GESNERI.

*Ad pag.* 18. *lin.* 15. poſt *obſcuris*, interſere: I. GESNER. in vetuſtis lignis *des Burghölzleins.*

ibid. *lin.* 32. poſt *abunde*, interſere: I. GESN. *auf dem Heitliſperg* M. Septembri.

ibid. *lin.* antepenult. ſubiunge: *Agaricus tubae Fallopianae aemulus* SCHEUCHZERI in icone, idem videtur.

*Ad pag.* 20. *lin.* 12. ſubiunge: *Fungoides minimum acetabuli vel mortarii forma, ſuperne anguſtatum, extus ex albo flavicans, intus albo rufum, ora lacera, alba.* Addit I. GESN. „ accedere iconem MICHELI T. 86. f. 18.

In aggeribus lutoſis M. *Uetliberg Majo* M.

ibid. *lin.* 16. in fin. adde: I. GESN. ad aggeres & trabes ligneas prope *Silam* fl.

ibid. *lin.* 19. ſubiunge: PEZIZA diſciformis, extus villoſa, ſpadicea.

In terra, exeunte autumno.

Figura plana, orbicularis, ad Pezizam 8 accedit; ſed colore differt, obſcure ſpadiceo, carne magis gelatinoſa, & tremula. Semunciam lata eſt.

ibid. *lin.* 27. in fin. poſt *argillacea* adde: Poſt pluvias in lignis I. GESNER, niſi vult *Pezizam*, quae in *additamentis* proxima ſequitur.

ibid. *lin.* 33. in fin. adde: I. GESN. ad trabes juxta *Silam* fl.

ibid. *lin.* 40. ſubiunge: PEZIZA acetabulo parum cavo, lutea. In terra putrida ſylvarum.

Simillima Pezizae 11. orbicularis, modice cava, colore differt.

*Ad pag.* 21. *lin.* 18. ſubiunge: PEZIZA petiolo albo, villoſo, cupula interne coccinea.

*Fungus membranaceus, acetabuli modo concavus, colore intus coccineo ſ. Kermeſino ſaturo* RAJ. Syn. III. p. 18. huc potius pertinet

*Fungoides pyxidatum, intus coccineum, externe albidum, pediculo prorſus albo* MICHEL. p. 205. T. 86. f. 5. longe petiolatum.

In ramis ſiccis exeunte autumno 1741. SCHEUCHZERUS etiam habet inter icones ex ſylva *Keferholz.*

Pulchra planta primo petiolo longo videtur inſiſtere, albo, hirſuto, glande tunc exigua. Deinde finditur & reclinatur, donec evaneſcente petiolo pene haemiſphaerium fiat, ſemper externe album, interne vividiſſime ſcarlatinum fungus, ut non alius eadem pulchritudine ſit. Juniorem MICHELI, adultum pingit STERBECK. Caro fragilis

ibid. *lin.* 30. in fin. adde: Rebus penſitatis pene coniecturam feci, non aliud eſſe Lycoperdaſtrum MICHELIANUM, quod Cervi boletum vocant ſcriptores.

*Ad pag.* 24. *lin.* 34. ſubiunge: 6. MERULIUS ingens, collo craſſo carneo, flaveſcente, capite ingente, flavo. BOERHAAV.

I. GESNER, cum priori, & nuper inveni.

Pediculus duarum & ultra unciarum craſſitie, rugoſus, flaveſcens. Capitulum pugni pene mole, ambitu pene ſphaerico, non acuminato, rugoſum, celluloſum, alveolis laete flavis, carne alba.

*Ad. pag.* 25. *lin.* ult. ſubiunge: POLYPORUS exiguus, coriaceus, albus, lignis adnaſcens MICHEL. p. 130. T. 70.

Ad ligna putrida *Aprili* M. I. GESNER.

*Ad pag.* 27. *lin.* 38. poſt *celeritatem*, adde: In *Rhaetia* ad larices I. I. SCHEUCHZ.

*Ad pag.* 29. *lin.* 10. poſt num. 6. adde: I. GESNER ait-maſſam carnoſam eſſe, ſuperne candicantem, inferne fuſcam, radicibus herbarum irretitam. Videtur eamdem plantam dicere.

*Ad pag.* 32. *lin.* 3. ſubjunge:

Aut idem eſt, aut ex eadem familia, *Coralloides magnus, niger, ſetoſus, ſetis ex fuſco nigricantibus, diaphanis* SCHEUCHZERI, in iconibus per errorem ita dictus.

*Ad pag.* 35. *lin.* 17. ſubjunge:

FUNGUS albus, ſiccus, pileoli convexi cute coriacea.

An *Fungus eſculentus, totus albus, farinam recenter molitam redolens* MICHEL. p. 145. n. 8? Non recedit, vel ob ipſam adfinitatem cum n. 55.

Exeunte aeſtate in ſylvis.

Hactenus coniunxeram cum n. 55. nunc autem totum album reperi, cum lamellae nondum degeneraſſent, pileolo convexo, ora expanſa, cute corii chirothecarii ſummillima, lamellis, & pediculo farto albis. Diameter quatuor unciarum, pileoli altitudo paulo minor.

ibid. *lin.* 52. ſubjunge,

FUNGUS albo pileolo haemiſphaerico, ad oras ſtriato.

An *Fungus gracilis, totus albus, pileolo haemiſphaerico, ad oras ſtriato, pediculo altiori, fiſtuloſo, ſeſquilineam craſſo*, MICHEL. p. 170. T. 75. f. 6. Pediculi altitudo, quam noſtro major, neque noſtro memini cavum pediculum fuiſſe.

Exeunte Octobri.

Pileolus haemiſphaericus, in convexa ſede ſordide albus, media parte levi, reliqua ſtriata: Lamellae albae nitentes. Pediculus biuncialis, gracilis.

*Ad pag.* 36. *lin.* 14. in fin. poſt num. 3. adde: Quem SCHEUCHZER cum hoc nomine depinxit, eumdem eſſe non dixerim. Altior videtur & robuſtior.

*Ad pag.* 37. *lin.* 34. ſubjunge: Hunc cum nomine, *orbicularis exalbidi pratenſis*, in iconibus habet SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 39. *lin.* 2. in fin. adde: I. GESNER in foliis putrefactis.

*Ad pag.* 40. *lin.* 13. ſubjunge:

Ejuſdem, procul dubio, fungi quinque icones inter SCHEUCHZ. fuerunt, cum nomine *Fungi umbilicum referentis, variegati* C. B.

Nempe pileo ex purpureo & ſature rubro commiſto, β

pileo ex coeruleo viridi & coeruleo atque fuſco commiſto, δ

pileo ex albo vireſcente ε

pileo flaveſcente & fuligine infecto ζ

Ultimo color non erat additus.

*Ad pag.* 43. *lin.* 24. ſubjunge:

Hujus vel inſignis varietas, vel alia ſpecies eſt, lectus etiam in putreſcente ligno

FUNGUS farina adſperſus, pileo obtuſe conico, ſtriato, ſpadiceis, lamellis albis.

Radix byſſo obvoluta. Pediculus incurvus, ex cinereo ſpadiceus. Pileolus ſpadiceus, late conicus, vel parabolicus, ad oras ſtriatus & flocculentus, totus cum pediculo farinoſus. Lamellae albae

albae. Totus tener & ſucculentus eſt. Pilei altitudo intra unciam, pediculi uncia major.

*Ad pag.* 45. *lin.* 8. ſubjunge:

EIUSDEM, puto, iconem habet SCHEUCHZ. cum nomine *Fungi ſordide fuſci, in acutum conum faſtigiati* RAJI. Hiſt. p. 100.

*Ad pag.* 46. *lin.* ſubjunge:

FUNGUS tener, citrinus, pediculo plano, fiſtuloſo.

An *Fungus, parvus, ex luteo aureus, molliori ſubſtantia, pileolo plano, lamellis rarioribus, pediculo longiore* MICHEL. p. 147. f. 4?

A priori & ſequente utcunque diverſus videtur, lectus exeunte *Anguſto* M.

Cum n. 56. communem habet pediculum latum, tenerum, fiſtuloſum, magnitudinem, & figuram. Sed neque glutinoſus eſt, neque ora ſtriata. Teneritate diſtat a n. 57. cui firma caro eſt & craſſa. Color ubique citrinus.

*Ad pag.* 47. *lin.* 23. ſubjunge:

SCHEUCHZERUS Fungum pingit cum nomine *parvi, pediculo oblongo, pileolo hemiſphaerico ex albido ſublutei* RAJI in ſynopſi, qui a priori 63. diverſus videtur campanula hemiſphaerica, non ſtriata, pediculo tantum triunciali. A ſuperioribus flavis 56-58. pediculo gracili diſtinguitur.

*Ad pag.* 50. *lin.* 48. ſubjunge:

Hic eſt, quem ex vicinia *Glanzenberg* SCHEUCHZERUS depingit, cum nomine *Fugi pileolo lato orbiculari candicante* C. B.

*Ad pag.* 51. *lin.* 38. ſubjunge:

FUNGUS ſiccus, ſpadiceus, leniter villoſus, lamellis ſubflavis.

Hactenus conjunxeram cum n. 85. Sed vere diverſum eſſe conperi, exeunte autumno 1741.

Pediculus fiſtuloſus, albus, vel cinereus, nitens. Pileus tenuiſſime convexus, ſpadiceus, villo adſperſus facile abſtergendo. Lamellae peculiari colore ſubrufo, butyraceo. Totus ſiccus eſt, unciae diametro, & perinde altus.

*Ad pag.* 53. *lin.* 37. ſubjunge:

Ad hunc refero, quem SCHEUCHZER in iconibus vocat *Fungum pileo in plano orbiculari villoſo.* C. B.

*Ad pag.* 54. *lin.* 10. ſubjunge:

FUNGUS pulvinatus, ſordide ligneus, concolor.

Diverſus eſſe videtur, lectum in ſylvis exeunte M *Auguſto.*

Pediculus colore ſubſpadiceo, nitente, ima parte bulboſus; lineatus caeterum, fartus, villoſus. Pileus pulvinatus, ſordide ex cinereo luteus, lamellis ſordidis, ſimilis coloris. Diameter pilei trium & quatuor unciarum, altitudo petioli dimidia.

*Ad pag.* 55. *lin.* ſubjunge: FUNGUS parvus, viſcoſus, pileolo griſeo, ſemiorbiculato MICHEL. p. 147. n. 3.

I. GESNER in aggeribus lutoſis M. *Utliberg.* Omnino diſtinctus videtur.

ibid. *lin.* 48. ſubjunge: FUNGUS ex uno pede multiplex, rupicaprini, ſive luteo palleſcentis coloris, pileolo ſemiorbiculato viſcido, pediculo cylindrico MICHEL. p. 191.

I. GESNER ad radices arborum. Suſpicor eumdem eſſe cum n. 107. mire variabili, & cui idem eſt locus natalis.

*Ad pag.* 56. *lin.* 16. ſubjunge: Idem omnino eſſe videtur, quem *Majo* M. in pratis *Wiedikonenſibus* naſci ait, cum nomine *Fungi fimetarii, minimi, griſei, pileolo cucullato, ubivis ſtriato, lamellis nigricantibus, pediculo ſupernae parti pileoli concolore* MICHEL. p. 198. T. 74. f. 6. cum ſerie incrementorum.

*Ad pag.* 57. *lin.* 34. poſt *maximus* interſere: Inter icones SCHEUCHZERI fuit.

*Ad pag.* 58. *lin.* 7. in fin. adde: Hunc ad truncos arborum naſcentem recenſet I. GESNER.

ibid. *lin.* 28. in fin. adde: I. GESNERUS habet in catalogo.

*Ad pag.* 59. *lin.* 6. ſubjunge: *Coralloides fungiforme ex ungula equina livide ruſeſcens* DILL. Sylv. Muſc. p. 78. T. 14. f. 5.

ibid. *lin.* antepenult. ſubjunge: AGARICUS lichenis facie ruſeſcens, levis, mollioris ſubſtantiae MICHELI p. 124. Ord. VIII. n. 12. „

GESNER. ad quercus. „

Pectunculi cavitatem refert, fuſco rufus, inferne glaber, ſuperne inaequalis.

*Ad pag.* 60. *lin.* 7. poſt *naſcitur*, adde: Circa trabes humidas ad *Silam* fl.

*Ad pag.* 61. *lin.* 40. ſubjunge: *Fungiformis materia flava, cruſta, rubente* SCHEUCHZER in iconibus, ex *Glanzenberg.*

*Ad pag.* 62. *lin.* 35. in fin. adde: I. GESNER in paluſtribus *Wangae* addit „videri vulgarem ſpeciem ab aquis torfaceis mutatam.

ibid. *lin.* 39. poſt *foſſis*, adde: In fundo *Suſae*, fl. prope molendinum *a Renan.*

*Ad pag.* 63. *lin.* 49. ſubjunge: *Coralloides vix ramoſum ſcyphis obſcuris* DILL. Sylv. p. 90. T. 15. f. 14. omnino.

ibid. *lin.* penult. poſt *truncis*, interſere: I. GESNER circa thermas *Leucenſes.*

*Ad pag.* 64. *lin.* 11. ſubjunge: 51. Alia Lichenis corniculo ſimplici varietas non rara eſt, quando totus foliaceis ornamentis effloreſcit, cruſta, quae pro baſi eſt, per longitudinem propagata DILL. l. c. T. 15. l. C.

ibid. *lin.* 23. in fin. adde: In M. *Pilati* & *Gamor* I. GESNER. Paſſim in alpibus reperi. In alpibus Rhaeticis SCHEUCHZER.

ibid. *lin.* 28. in fin. adde: In *Speluga* M. I. GESNER. In M. *Flimſenſium* SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 65. poſt n. 11. Inter varietates hujus n. 11. reperi proceram, & rectam, pene cylindricam, quae videtur eſſe *Coralloides ſcyphiforme oſſis femoris facie* DILL. Sylv. p. 91. T. 15. f. 15.

ibid. *lin.* 20. ſubjunge, Hi globuli in majuſculam maſſam confluunt, laetiſſimi coloris. Neque ulla fere aetas eſt hujus Lichenis, quae his ſcutis non aliquando effloreſcat.

*Ad pag.* 66. *lin.* 6. ſubjunge: Inter varietates hujus habeo, quae omnino videtur eſſe *Coralloides craſſius ſubincanum calycibus dentatis* DILL. Sylv. muſc. p. 95. f. 18. & aliam, quae evidenter eſt *Coralloides ramuloſum tuberculis coccineis* p. 96. T. 15. f. 19.

ibid. *lin.* 11. ſubjunge: Inter varietates meas eſt, quae procul dubio eſt *Coralloides parum ramoſum tuberculis fuſcis* DILL. Sylv. p. 67. T. 15. f. 20.

ibid. poſt *lin.* 15. interſere:

191. LICHEN pyxidatus acetabulis folioſis, & coronatis.

*Muſcus pyxioides* BARREL. ic. 1278. n. 2.

*Lichenoides pyxidatum marginibus eleganter foliatis* DILL. Syll. III. p. 69.

*Coralloides ſcyphiforme marginibus radiatis & foliatis* EIUSD. Sylv. Muſc. p. 85. T. 14. f. 9.

Miſit M. GAGNEBIN, & nuper in ſylvis reperi, circa *Schleſreiſen* Thuringiae.

Durus, virens, ex fuſco, fragilis, deformis, cruſta folioſa ad cauliculum adſperſa, etiam bifidum vidi, ramoſum, proliferum. Acetabula difformia, expanſa, palmata, ſaepe aperta, fungulis nigris in ſingulis laciniis coronata, & foliola ex ambitu ſpargentia.

ibid. *lin.* 17. ſubjunge: Hic potius videtur ex longitudine, & angulis acutis, *Coralloides ſcyphiforme ſerratum elatius caulibus gracilibus glabris* DILL. ſylv. p. 88. T. 14. f. 13.

ibid. *lin.* 21. adde Deinde finduntur acetabula, & in ramos abeunt, qui & ipſi contignationes alias producunt, coronatas, globulis fuſcis & majuſculis.

Vidi etiam paulo aliter natum, rectis caulibus, ſcyphis proliferis, ſecundis vero pyxidibus ramos emittentibus rectos pariter, terminatos in ſerratum, fuſcum, fungoſum marginem. Tales vero duriores & glabros reperi. Conf. DILL. l. c. f. E.

ibid. *lin.* 32. ſubjunge: DILLENIUS ad varietates n. 1.

ibid. poſt *lin.* 40. interſere: DILLENIUS ad varietates Lichenis n. 1.

ibid. *lin.* 23. ſubjunge: LICHEN pyxidatus, & corniculatus, cinereus, pulverulentus, corniculis brevioribus MICHEL. p. 81. n. 5.

I. GESNERUS miſit diverſum a priori.

Truncus inflexus, durus, non bifurcatus, ſed ex convexo arcu emittens ramos conicos, peracutos, ad ſpinarum modum, parum diviſos. Non vidi receptacula.

*Ad pag.* 67. *lin.* p. 3. ſubjunge: Hic poteſt eſſe, cujus primam aetatem habet DILLENIUS cum nomine *Coralloidis* n. 10.

ibid. *lin.* 48. ſubjunge: *Coralloides cornucopioides incanum ſcyphis criſtatis* DILL. Sylv. p. 94. T. 15. f. 17. omnino.

*Ad pag.* 68. *lin.* 12. ſubjunge: *Coralloides corniculis longioribus & rarioribus* DILL. Sylv. Muſc. p. 102. T. 16. f. 26. procul dubio.

ibid. *lin.* 22. ſubjunge: *Coralloides ſparſum caulibus tortuoſis & ſpinoſis* DILL. Sylv. Muſc. p. 101. T. 16. n. 25.

ibid. *lin.* 41. in fin. adde: Non differt a n. 32. uti neque 33. differt, neque 37.

ibid. *lin.* 44. adde *Coralloides corniculis brevioribus & crebrioribus* DILL. Sylv. p. 104. T. 16. f. 27. Nam & alibi in Germania reperi. Facile cognoſcendum ex levore, duritie, ſtricto habitu, corniculis acutiſſimis, ſolidis, ſubito & breviter bifidis trifidive. Caeterum nuper manifeſto hunc palmatum Lichenem cum ſua cruſta ad terram ſubjecta vidi, juniorem, & degenerationi pyxidati ſimillimum, manifeſto documento, ſummae inter utramque claſſem analogiae.

*Ad pag.* 69. *lin.* 10. in fin. adde: I. GESNER in *Splügen*, alpibus variis & M. *Legerberg*. I. SCHEUCHZER in *Speluga* M.

ibid. *lin.* 41. ſubjunge: Eumdem, vel certe non ita diverſum, ut notas diverſitatis detegere licuerit, miſit I. GESNER pro *Lichene coralloide, tubuloſo, medio, cinereo eandicante, cauliculis crebris, tenuioribus, minus ramoſis, receptaculis florum ruſeſcentibus* MICHEL. p. 79. n. 5. 391.

Inter varietates Muſci 38. habeo ceſpitem ex *Bructero* M. cui cauliculi frequenter perforati, ramis brevibus & exiguis ex trunco prodeuntibus ornantur, extremitates vero confertas argutas ſpinas ex latiuſculo ſurculo educunt. Niſi incanus eſſet, videretur n. 21. DILL. quem miror me in meis non invenire.

*Ad pag.* 70. *lin.* 27. in fine adde: Ex eadem nota etiam differt a Coralloide 32. DILLENII.

ibid. *lin.* 38. ſubjunge: 44. USNEA barbata loris tenuibus fibroſis DILL. Sylv. Muſc. p. 63. T. 12. f. 16.

Ex Chamaerhododendro pendulam legi.

Geniculata eſt, uti 44. ſed diverſa, teres, durior, cylindro interſecto, longa fila, flavida, demittente, teretia, dura, ſimillima ſequenti.

ibid. *lin.* 46. in fin. adde: I. GESNER ex *Valeſia.*

ibid. *lin.* 48. ſubjunge: 45. A. LICHEN cinereus, longiſſimus, rugoſus, junceus, & ſubaſper MICHEL. p. 77. n. 6. T. XI. f. 1.

I. GESNERUS miſit cum nomine *Lichenis arborei villoſi craſſioris* I. I. SCHEUCHZERI.

Craſſitie inter adfines Uſneas excellit: colore ex cinereo fuſco eſt, totus aſper, rami pauci, parum ramoſi.

*Ad pag.* 71. *lin.* 9. poſt *eſt*, adde: DILLENIUS ſterilem, pendulam, ſaepe pulviſculo efflore ſcentem, quam ego pro varietate habui, pro diſtincta ſpecie deſcribit 12mo loco, & vocat *Uſneam vulgatiſſimam tenuiorem & breviorem ſine orbiculis* Sylv. Muſc. p. 67. T. 39. f. 3.

ibid. *lin.* ſubiunge: An Uſnea capillacea citrina fruticuli ſpecie DILL. Sylv. muſc. p. 73. T. 13. f. 16. Sed non obſervat flavum colorem a polline pendere?

ibid. *lin.* 12. poſt *alpibus*, adde: Abbatiſcellanis, ubi humo & arborum truncis inſidet.

ibid. *lin.* 21. in fin. adde: I. GESN. ex *Speluga*; ex *Krajalp Abbatiſcellanorum*: ex *Valeſia.* SCHEUCHZER in *Speluga* & *Adulae* jugis.

*Ad pag.* 72. *lin.* 30. ſubiunge: Frequentia exempla habeo tenuioris diviſionis, & maculis albis, tanquam excoriationibus varia. An huc Lichenoides DILL. l c. n. 57? Deinde meis omnino lanugo illa inferioris ſuperficiei deeſt. An ergo pertinent ad n. 54? ſed vulgatiſſima ſunt ad ſudes, palos, arbores.

541. LICHENOIDES coralliforme roſtratum & canaliculatum DILL. Sylv. muſc. p. 170. T. 22. f. 62.

Varietas mihi viſum eſt prioris, ob ſimilem duritiem, levitatem, naturam lacunoſam. Differunt, mea certe ſpecimina, foliis ſ. caulibus magis terminatis, anguſtioribus, ramis ſummis partim in hamos acutos, partim in frequentiſſimas ſcutellas exeuntibus.

*Ad pag.* 73. *lin.* 7. ſubiunge: 551 LICHENOIDES coriaceum cinereum peltis atris conpreſſis DILL. Sylv. Muſ. p. 219. T. 30. f. 117.

Hanc plantam videor mihi me inter meas reperire lectam in monte, qui imminet lapicidinis *Bolligenſibus* ad rupes ſabuloſas, unicum nempe foliolum, Pezizae ſimile, rotunde terminatum, leviter cavum. Quando reperi, habui pro initio alicuius Lichenis peltati.

p. 74. *lin.* 36. ſubiunge: Huius claſſis eſſe puto, quem SCHEUCHZER in catalogo vocat „ *laciniatum denſe ſtipatum, inferne album, ſuperne viridem*,, in ſaxis M. *Hirzel.*

ibid.

ibid. *lin.* 50. in fin. adde: nempe M. *Püntnerberg.*

*Ad pag.* 75. *lin.* 4. in fin. adde: & lutoſis M. *Legerberg.*

ibid. *lin.* 33. ſubiunge: *Lichenoides coriaceum nebuloſum cinereum punctatum, ſubtus fulvum* DILL. Sylv. p. 223. T. 30. f. 127.

ibid. *lin.* 39. ſubiunge: 661. LICHEN pulmonarius laciniis obtuſis & imbricatis, pallide ſulfureis ad oram pulverulentis & flavis.

Dudum habueram ex M. *Neunenen*, ſed inperfectiorem. Nuper miſit D. GAGNEBIN.

Exiguus eſt, ſed valde latus, rotundis & elevatis laciniarum oris, media facie concava, ſubtiliter rugoſa. Totus margo eleganter citrinus, pulverulentus eſt, ſubtus pallide luteus, inaequalis. Scuta non vidi.

*Ad pag.* 76. *lin.* 29. in fin. adde: I. GESNER ad radicem M. *Pilati.* I. I. SCHEUCHZER viridefcentem in ſaxis alpinis, flavum in prato *Wildmann* M. *Regii*, ſulfureum in *Gemmio.*

*lin.* 35. in fin. poſt num. 3. adde: DILL. Sylv. Muſc. p. 228. T. 30. f. 184. & eidem ſubiunge: Niſi color obeſſet, foret Lichenoides DILL. n. 134. ex MICHELIANIS.

ibid. *lin.* 41. in fine adde: Ex figura adiecta corrigatur DILLENIANA n. 135. ad exilius ſpecimen facta. An idem ſit MICHELIANO n. 134. non dixerim. Colore certe differt.

ibid. *lin.* 48. ſubiunge: *Lichonoides caperatum roſace expanſum ex ſulphureo vireus* DILL. Sylv. p. 139. T. 25. f. 97.

ibid. *lin.* ult. in fin. adde: Tota ſuperficies exiguis rugis varie criſpatur.

*Ad pag.* 77. *lin.* 6. ſubiunge: DILL. videtur ad priorem referre, neque repugnarem.

ibid. *lin.* 18. ſubiunge: *Lichenoides Endiviae foliis criſpis & ſplendentibus ſubtus nigricantibus* DILL. Sylv. p. 192. T. 25. f. 96.

ibid. *lin.* 25. 26. 27. & 28 dele & pro iis repone: A priori maxime differt laciniis planis, minime rugoſis.

ibid. *lin.* 48. in fin. adde: Cum n. 69. ſatis convenit, & forte eſt vetuſtius eiusdem exemplum.

*Ad pag.* 78. *lin.* 7. ſubiunge: Pro varietate habueram anguſtifolium muſcum, confertius inciſis laciniis, fuſcum, pene ſpadiceum, ſcutellis ſublividis ex fuſco, albo margine cinctis, inferne cirrhoſum anthracinum. Is videtur eſſe Lichenoides DILL. n. 81.

781. Pro varietate etiam habui Lichenem qui diverſus videtur. Laciniae latiores quam priori, rotundiores, color glaucus, polline nigricante copioſo adſperſus. Scutellae in centro ceſpitis amplae, nigrae, per maturitatem cavae, oraque alba ſpermatica cinctae. Inferne niger eſt. Frequenter punctis nigris varius eſt, aut demum totus niger. Annon *Lichen pulmonarius arboribus adnaſcens in ſegmenta latiora diviſus, ſubtus niger, deſuper ex obſcuro vireſcens receptaculis florum concoloribus* MICHEL. p. 87. o. 15. n. 4. Sed color ſcutellarum differt.

782. Pro varietate ſequentis habui, neque recedit, multo ampliorem, ut ex ampliſſimis ſit, cinereum, ſubtus fuſcum, totum criſpum, ſeminali polline & in margine revoluto & hiante, & per ſuperficiem erumpente, ita conglomerato, ut braſſicam criſpam referat, ſcutellis informibus, externe albidis & pulverulentis, intus nigris pediculatis Totus etiam cavus eſt, & duplici ſit lamina.

ibid. *lin.* 12. ſubiunge: DILLENIUS pro varietate habet ſequentis.

ibid. *lin.* 31. ſubiunge: Pro varietate habet DILL. Sylv. Muſc. p. 155.

ibid. *lin.* 44. poſt *eſſent*, adde: Forte varietas fuerit Lichenis 86.

*Ad pag.* 79. *lin.* 39. ſubiunge: An *Lichenoides pellucidum fuſcum corniculatum* DILL. Sylv. Muſc. p. 143. T. 19. f. 30.

ibid. *lin.* 51. in fine adde: Ex muro horti ſui GAGNEBIN.

ibid. *lin. ult.* in fin. adde: Vidi etiam virentem, & gelatinoſum.

*Ad pag.* 80. *lin.* 8. ſubiunge: *Lichenoides pellucidum Endiviae foliis tenuibus criſpis* DILL. Sylv. p. 143. T. 19. f. 31. omnino, cum prior non ſit ſpinoſus. Deinde magna eſt ſuſpicio non differre ſpecies 34. & 35. ſed ex centro ceſpitis deſumtas eſſe.

ibid. *lin.* 10. in fin. adde: Miſit etiam Mr. GAGNEBIN.

ibid. *lin.* 25. ſubiunge: *Lichenoides gelatinoſum fuſcum Jacobaeae maritimae diviſura* DILL. Sylv. p. 140. T. 19. f. 25. Videtur.

ibid. *lin.* 36. ſubiunge: An *Tremella arborea nigricans minus pinguis & fugax* DILL. Sylv. p. 54. T. 10. f. 15.

ibid. *lin.* 48. ſubiunge: Hic videtur eſſe *Lichenoides gelatinoſum lobis craſſioribus fuſco viridibus* DILL. Sylv. p. 138. T. 19. f. 22.

ibid. *lin.* 49. poſt *frequentiſſimus*, adde: I. GESNER ad truncos Fagorum im *Käferhölzlein* M. Majo.

*Ad pag.* 81. *lin.* 20. ſubiunge: *Lichenoides cruſtoſum orbiculare incanum* DILL. Sylv. Muſc. p. 135. T. 18. f. 17.

ibid. *lin.* 28. ſubiunge: *Lichenoides cruſtoſum orbiculis & ſcutellis flavis* DILL. Sylv. Muſc. p. 136. T. 18. f. 18.

ibid. *lin.* 35. ſubiunge: *Lichenoides tenuiſſimum ſcutellis exiguis miniatis* DILL. Sylv. Muſ. p. 175. T. 24. f. 68.

ibid. *lin.* 36. in fin. adde: Sed pulcherrimo colore coccineo ex *Gemmio* miſit D. RESPINGER.

*Ad pag.* 82. *lin.* 18. ſubnecte: Niſi color obeſſet, poſſet referri ob fabricam ad Lichenem DILL. n. 133. qui ex MICHELIANIS eſt.

ib. *lin.* 40. ſub fin. adde: In iconibus SCHEUCHZERI reperi. I. GESNER in ſylvoſis circa *S. Gallen.*

*Ad pag.* 83. *lin.* 4. ſubiunge: Ob naturam coriaceam, rugoſam, poteſt eſſe *Lichenoides leproſum tinctorium ſcutellis lapidum cancri figura* DILL. Sylv. Muſc. p. 130. T. 18. f. 10.

ibid. *lin.* 18. ſubiunge: *Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis ſubfuſcis* DILL. Sylv. Muſc. p. 134. T. 18. f. 16. ob limbum crenatum, cruſtam tenuem:

ibid. *lin.* 24. in fin. adde: Sed id diſtinguit *Sylv. Muſc.* p. 132. T. 18. f. 13. & ſcutellas facit noſtris facile majores.

ibid. *lin.* 30. ſubiunge: Videtur eſſe *Lichenoides tartareum lividum, ſcutellis ruſis margine exili* DILL. Sylv. Muſc. p. 133. T. 18. f. 14.

ibid. poſt *lin.* 45. interſere: Huius claſſis eſſe videtur, quem I. GESNERUS vocat *Lichenem cruſtaceum, obſcure fuſcum, receptaculis florum concoloribus, magnis, ſerratis, verrucoſis.* Ad radicem M. *Pilati* in ſaxis.

*Ad*

*Ad pag.* 84. *lin.* 18. ſubiunge: *Lichenoides verrucoſum & rugoſum cinereum, glabrum* DILL. Sylv. p. 128. T. 18. f. 9.

ibid. *lin.* 46. ſubiunge: *Lichenoides nigro flavum tabulae Geographicae inſtar pictum* DILL. Sylv. Muſc. p. 126. T. 18. f. 5.

*Ad pag.* 86. *lin.* 22. ſubiunge: *Lichenoides leproſum cruſta cinereo vireſcente tuberculis nigerrimis* DILL. Sylv. Muſc. p. 126. T. 18. f. 3.

ibid. *lin.* 37. ſubiunge: Videtur *Lichenoides punctatum & rugoſum nigrum* DILL. Sylv. Muſ. p. 125. T. 18. f. 2.

*Ad pag.* 87. *lin.* 29. ſubiunge: Noſter videtur eſſe varietas A. Lichenoidis I. DILL.

ibid. *lin.* 36. in fin. adde: DILL. Sylv. Muſc. 125. T. 18. f. 1. dein ſubiunge: Noſter eſt varietas B.

*Ad pag.* 88. *lin.* 8. ſubnecte: *Lichenoides candidum & farinaceum ſcutellis fere planis* DILL. Sylv. p. 131. T. 18. f. 11. Sed ſcuta nondum vidi.

ibid. *lin.* 38. in fin. adde: Sylv. Muſc. p. 3. T. 1. f. 3.

*Ad pag.* 89. *poſt lin.* 28. ſubiunge: γ Varietatem ramoſam, & palmatam, inſtar Lichenis proliferi, ex Germania habui.

ibid. poſt *lin.* 38. interſere: Annon fuerit *Coralloides cauleſcens, ramoſum, minimum, nigrum, ceſpitoſum, apicibus tumentibus, cinereis* I. GESNERI in catal. circa Petram pertuſam.

*Ad pag.* 90. *lin.* 45. ſubiunge: Nonne eſt Lichenoides tuberculoſum conpreſſum nigrum lignis putridis adnaſcens DILL. Sylv. p. 127. T. 18. f. 7. ob figuram ovalem, & conpreſſam.

*Ad pag.* 91. *lin. ult.* ſubiunge: LICHENOIDES arboreum tenuiſſimum ex cinereo rufum, capſulis miniaceis elatis. I. GESNER in ceraſis. Totum genus puto manere poſſe cum *Lichen-Agarico.*

## CERATOSPERMVM.

MICHEL. p. 125. T. 56.

„Ab Agarico differt ſeminibus lunatis MICHELI.

1. CERATOSPERMUM nigrum, diſcoides, minimum, e diverſarum arborum emortuarum corticibus & inprimis Corylo erumpens MICHELI p. 125. T. 56. f. 1. I. GESNER paſſim e corticibus arborum.

*Ad pag.* 93. *lin.* 18. ſub fin. adde: I. GESNER in M. *Joch, Rhaetia*, & *Valeſia* abunde.

ibid. *lin.* 29. in fin. adde: *um den Trüblisee.*

ibid. *lin.* 34. poſt *flaveſcit*, adde: Ab hoc muſco minime differre *Lycopodium Sabinae facie* RUPPII & DILL. Sylv. p. 445. T. 58. f. 2. magis & magis perſuadeor: nunc inprimis, cum conſentientem videam DILLENIUM p. 445. apud quem virum vide Synonyma.

ibid. *lin.* 49. ſubjunge: *Lycopodioides denticulatum pulchrum repens ſpicis pediculis inſidentibus* DILL. Sylv. Muſc. p. 465. T. 64. f. 2.

ibid. lin. 50. in fin. adde: SCHEUCHZER inter *Tuſciam* Rhaetorum & *viam malam.*

*Ad pag.* 94. *lin.* 5. ſubjunge: Idem procul dubio eſt *Lycopodium alpinum ſpica laxa, foliis alternis, auriculatis* I. GESNER ex montibus *Glaronenſibus.* Synonyma vero a CLUSIO orta rejicit DILLENIUS cui credendum.

ibid. *lin.* 26. in fin. adde: ibi SCHEUCHZER, & in *Gotthardo*, inter *Bellinzonam & Luganum* &c.

ibid. *lin.* penult. poſt *Rhaetia*, interſere: tum in M. *Pilati & Joch.*

ibid. lin. ult. in fin. adde: I. GESNER frequenter in alpibus.

*Ad pag.* 95. *lin.* 24. in fin. adde: In *Sila* fluvio I. GESNER. in lacu *Rivario* ad lapides SCHEUCHZER.

ibid. *lin.* 29. in fin. adde: Sed DILLENIUS capſulas vidit & eleganter depinxit.

Deinde ſubjunge: 2. FONTINALIS minor foliis triangularibus minus conplicatis, capitulis in ſummis ramulis ſeſſilibus RAJ. Syn. III. p. 79. n. 2.

Cum priori I. GESN. An ſatis diverſa? DILLENIANA certe planta T 33. f. 2. diſtinguitur foliis ad ramos congeſtis, capſulis ramos terminantibus.

*Ad pag.* 96. *lin.* 16. in fin. adde: Paſſim in paludoſis montium Neocomenſium GAGN.

ibid. lin. 23. ſubjunge: *Sphagnum pennatum undulatum vagina ſquamoſa* DILL. Sylv. p. 250. T. 32. f. 9.

ibid. *lin.* 24. in fin. adde: I. GESNER. in M. *Uetliberg.*

ibid. *lin.* 31. ſubjunge: Similem habeo ex *Patagonia* ſed novum eſt „DILL. 23. apr. 1739.

*Ad pag.* 97. *lin.* 20. in fin. adde: DILLENIUS ſuum pili fere defectu diſtinguit.

ibid. *lin.* 22. poſt. num. 3. adde DILL. Sylv. Muſc. p. 253. T. 32. f. 13.

ibid. poſt *lin.* 42. interſere: 9. SPHAGNUM erectum, alpinum, trichodes, ſurculis tenuibus, brevibus, capitulis majoribus. I. GESNER in M. *Pilati.*

& 10. SPHAGNUM ſaxatile, alpinum, cauliculis craſſis, incurvis, trichodes, foliis prolixis, capitulis craſſioribus erectis, in perbrevibus pediculis, I. GESNER in via ad *Leiterberg* Valeſiae. Utriusque ſpecimina deſunt, poſterius tamen pene ſuſpicor eſſe *Bryum* n. 4.

*Ad pag.* 98. *lin.* 22. ſubjunge: *Hypnum dentatum vulgatiſſimum operculis obtuſis* DILL. ſylv. muſc. p. 295. T. 38. f. 29.

ibid. *lin.* 31. ſubjunge: *Hypnum foliis ruſciformibus capitulis ſubrotundis* DILL. Sylv. muſc. p. 298. T. 38. f. 31. omnino.

ibid. lin. 39. ſubjunge: In iconibus DILLEN. accedit f. 27. T. 37.

ibid. *lin.* 46. in fin. adde: Ita DILL. in Ep. ſed omnino videtur eſſe *Hypnum repens triangularibus reflexis foliis majus* DILL. Sylv. p. 303. T. 39. f. 38.

*Ad pag.* 99. *lin.* 7. ſubjunge: *Hypnum vulgare ſericeum recurvum, capſulis erectis cuſpidatis* DILL. Sylv. p. 323. T. 42. f. 59.

ibid. *lin.* 17. ſubjunge: *Hypnum velutinum capſulis ovatis cernuis* DILL. Sylv. p. 326. T. 42. n. 61.

ibid. *lin.* 26. ſubjunge: *Hypnum ſericeum ramoſum & tenuius, capſulis acuminatis* DILL. Sylv. muſc. p. 327. T. 42. f. 62.

ibid. *lin.* 32. in fin. adde: Sylv. p. 327. pro varietate prioris n. 7.

ibid. *lin.* 48. ſubjunge: *Hypnum trichodes ſerpens ſetis & capſulis longis erectis* DILL. Sylv. muſc. p. 329. T. 42. f. 64.

ibid.

ibid. *lin.* ult. ſubnecte: Huic adfine *Hypnum aquaticum* legi *im Haſenbrunnen* prope Bernam, cujus capſulae mihi incognitae ſunt. Folia latiuſcula, viridiſſima, in pilum exeunt, heteromalla. Cauliculi longiſſimi, parum ramoſi, color viridiſſimus; Nolui pro novo proponere.

*Ad pag.* 100. *lin.* 2. ſubjunge: An *Hypnum aquaticum foliis & teretibus & pinnatis* DILL. Sylv. muſc. p. 308. T. 40. f. 44? Non penitus accedit.

ibid. *lin.* 18. ſubnecte: DILLENIUS in *epiſt.* ait „eſſe omnino Hypnum ſuum n. 33. Verum ibi negat capſulas obſervatas eſſe, folia etiam majora pingit, & minus exſtantia, ut omnino differre videatur.

121. An HYPNUM erectum aut fluitans foliis longis peranguſtis acutis DILL. Syll. Muſc. p. 299. T. 39. f. 33.

An *Muſcus fluitans foliis & flagellis longis tenuibusque* VAILL. p. 139. T. 33. f. 6. Non videtur.

In *Dubi* fl. & au *Cul de Prez* ubi aqua exſiccata receſſit.

Non ſatis certus nomen inpono. etſi melius accedat deſcriptioni. Caules longi, ramoſi: Folia ubique conferta, lanceolata, nervo valde eminente, qua ſola nota facile cognoſcitur, ſature viridia: ſetas non habet.

ibid. *lin.* 25. ſubjunge:

131. HYPNUM aquaticum nigricans foliis anguſtis falcatis DILL. Sylv. Muſc. p. 334. T. 43. n. 70.

*Muſcus ſquamoſus nigricans ſub aqua vivens* PONTED. Comp. Tab. p. 23.

In loco ubi aquae nivales ſtagnaverant, in ima valle, *Combe de Valanvron, du coté de Beaufond, au lieu dit Cul* des prez GAGNEB.

Pulchrum muſcum partim viridibus & pene nigris, partim marcidis & albis ramis factum miſit a. 1742.

Rami incurvi, folioſiſſimi, folia falcata, lente anguſtata, in cavam partem cauliculi ſe conjiciunt, fine acuto non piloſo. Setae defuerunt.

ibid. *lin.* 38. ſubjunge: An vere differt Hypnum DILLENII n. 35.

*Ad pag.* 101. *lin.* 23. ſubjunge: *Hypnum cupreſſiforme rotundius vel illecebrae aemulum* DILL. Sylv. muſc. p. 113. T. 40. f. 46. Videtur.

ibid. *lin.* 36. ſubjunge: *Hypnum dendrodes ſericeum ſetis & capſulis longioribus erectis* DILL. Sylv. muſc. p. 313. T. 40. f. 48.

ibid. lin. 46. ſubjunge: *Hypnum dendroides obſcurius ſetis & capſulis brevioribus nutantibus* DILL. Sylv. p. 315. T. 41. f. 49.

*Ad pag.* 102. *lin.* 20. ſubnecte: Hunc muſcum DILLENIUS a me habuit, & accenſet *Bryo ſuo hypnoidi aquatico calyptris nigris acutis Hiſt. muſc.* p. 367. n. 26. Vide inter Brya.

ibid. *lin.* 27. in fin. adde: Capſula minutiſſima. a. n. 24. A longe differt.

ibid. *lin.* 33. ſubjunge: 24. A. A ſequente diverſum eſt, teſte DILLENIO.

*Bryum hypnoides hirſutum caneſcens vulgare* Sylv. muſc. p. 368. T. 47. f. 1. ubi vide ſynonyma, etſi ego perſuadear SCHEUCHZERUM multo vulgatius Sphagnum vidiſſe.

Facile differt, miſſus etiam a I. GESNERO.

Habitus ramoſus, ſed humilior, folia magis adpreſſa, breviora, pilo etiam breviori, ſeta longior, capſula in minori planta major.

ibid. *lin.* 42. dele: J. G. ex Alpibus.

*Ad pag.* 103. poſt *lin.* 11. interſere: In *ſylva muſc.* invenio *Hypnum loreum montanum capſulis ſubrotundis* p. 305. T. 39. f. 40. quod ad hanc varietatem; proceritate, foliis, aliisque notis, accedit.

251. HYPNUM luteſcens alis ſubulatis tenacibus DILL. Sylv. Muſc. p. 280. T. 35. f. 18.

GAGNEBIN miſit lectum in rupibus in ſuprema via *du droit de Renan.*

Cauliculi & rami teretes, foliis adpreſſis, luteolis, abſque ſplendore. Rami frequentes, lente conici, ſimplices, neque ramoſi. Folia ovato lanceolata, in mucronem extenuata, pellucida. Setae nondum obſervatae ſunt.

*Ad pag.* 104. *lin.* 8. ſubjunge: Hypnum filicinum criſtam caſtrenſem repraeſentans DILL. Sylv. p. 286. T. 36. f. 20.

ibid. poſt *lin.* 33. interſere: 311. an HYPNUM coma luteſcente extremitatibus ſtellatis DILL. Sylv. Muſc. p. 303. T. 39. f. 35.

Dudum inter meos fuit, & miſit M. GAGNEB.

Caulis longus, durus, ramoſus, polline lanuginoſo viridi aut rufo obductus, ex qua nota facile dignoſcitur, tum foliis, quae nitida, pellucida, plicata & undulata, lanceolata, in pilum exeunt, & ex caule ramiſque magis exſtant, quam priorum. Setas non vidi. Rami valde graciles, ramoſi. Bulbilli paſſim in alis foliorum, luteſcentes.

ibid. *lin.* 39. ſubjunge: Omnibus penſitatis, malo omittere, donec iterato occurrat. A DILLENIANO diverſus eſt.

*Ad pag.* 105. *lin.* 23. poſt *montibus*, interſere, aux combes de *Vallanvron.*

ibid. *lin.* 22. dele *Tiguro*, & ſcribe: lectum circa antrum M. *Gamor.*

ibid. *lin.* 55. ſubjunge: DILL. pro ſequente habet a quo differt omnino foliis ſere ovalibus, habitu, foliis in ſummis ramulis congeſtis. An potius varietas n. 34?

*Ad pag.* 106. *lin.* 7. ſubjunge: *Hypnum denticulatum pennatum pinnulis duplicatis recurvis* DILL. Sylv. Muſc. p. 266. T. 34. f. 5.

*Ad pag.* 107. poſt *lin.* 20. interſere.

1. A. POLYTRICHUM quadrangulare Juniperi foliis brevioribus & rigidioribus DILL. Sylv. p. 326. f. 2. ubi ſynonyma vide, quae omnia ad ſequentem retuleram MORISONI utrumque &c.

Dudum inter meos fuit, in ſylvis vulgaris, durior, humilior, foliis magis adpreſſis. Miſit etiam M. GAGNEBIN.

ibid. *lin.* 29. ſubjunge, *Polytrichum quadrangulare minus Juniperi folis piloſis* DILL. Sylv. p. 426. T. 54. f. 3. qui multa ſynonyma meae plantae ſeparat, & aliam facit, pilo in folio deſtitutam.

ibid. *lin.* 1. GESNER ad radicem M. *Furkmatt* Glaronenſium.

ibid. *lin.* *Muſcus alpinus major, foliis Juniperi tenuiſſime ſerratis, capitulo tereti, calyptra tomentoſa* MICHELI. p. 109. n. 4.

I. GESNER circa antrum M. *Gamor.* An diverſus?

ibid. *lin.* 20. ſubjunge: *Polytrichum parvum Aloes folio*

*folio ſerrato capſulis oblongis* DILL. Sylv. p. 429. T. 55. f. 7. Annon & n. 6. p. 428. An ſufficit folii varietas?

*Ad pag.* 108. *lin.* 9. ſubjunge: *Polytrichum Bryi ruralis facie capſulis ſeſſilibus majus.* DILL. Sylv. muſc. p. 430. T. 55. f. 8.

ibid. lin. 16. ſubnecte: Expungenda haec ſpecies, certe ex meis.

ibid. dele *lineam* 22.

ibid. *lin.* 34. ſubjunge: *Polytrichum Bryi ruralis facie capſulis ſeſſilibus minus* DILL. Sylv. p. 431. T. 55. f. 9.

ibid. *lin.* 39. ſubjunge:

Ipſo DILLENIO fatente hujus vix niſi varietas eſt Polytrichum 5.

*Ad pag.* 109. *lin.* 28. ſubnecte:

DILLENIUS in *hiſt. muſc.* p. 340. habet pro varietate n. 1. ſed nihil habet adfinitatis, quod vel ex ſolo ſitu capitulorum in brevibus ſetis per cauliculos exeuntium cognoſcas. Ecce priorem ejus ſententiam „ſimilem reperi, ſed ſtrigoſiorem in montibus *Cambriae* & dixi *Sphagnum ſubulatum viridiſſimum alpinum* &c. „ quod quidem in *hiſtoria* reperio p. 245. Sed diverſiſſimum eſt.

ibid. poſt *lin.* 31. interſere:

*Bryum piloſum molle ſetis intortis* DILL. Sylv. p. 373. T. 47. f. 33.

ibid. *lin.* 44. ſubjunge:

*Bryum heteromallum* DILL. Sylv. T. XLVII. f. 37. p. 375.

ibid. *lin.* ult. in fin. adde: Ad loca deliqueſcentis nivis in alpibus *Abbatiſcellanis Flühren*, quae *Toggicis* ſunt conterminae.

*Ad pag.* 110. *lin.* 10. ſubjunge:

*Bryum trichoides capſulis rubris cernuis* DILL. Sylv. Muſc. p. 390. n. 59. T. L.

ibid. *lin.* 24. ſubiunge:

*Bryum capillaceum breve, pallide & laete virens capſulis ovatis* DILL. Sylv. p. 380. T. 48. f. 43. Capſulae, quam noſtro, multo craſſiores.

ibid. *lin.* 39. ſub finem adde: I. GESNER in M. *Pilati*: ad radices M. *Galandae* SCHEUCHZER.

ibid. *lin.* penult. ſubjunge:

Poſſet ad 2. ordinem referri.

ibid. *lin.* ult. ſubnecte:

An *Bryum piloſum interrupte falcatum* DILL. Sylv. p. 376. T. XLVII. f. 38? Non recedit.

*Ad pag.* 111. *lin.* 45. ſubiunge:

Accurate recognita DILLENII deſcriptione ex barbatis ciliis adgnoſco, eſſe *Bryum unguiculatum & barbatum ſurculis in ſummitate craſſioribus* p. 383. T. 48. f. 47.

14. A. BRYUM ſtellare, nitidum, pallidum, capſulis tenuioribus DILL. Sylv. Muſc. p. 381. T. XLVIII. n. 44.

A praecedente nunc inter meos muſcos diſtinguo, foliis brevioribus, magis decuſſatis, & ſtellatis, ciliis minus manifeſtis, quae priori ſunt inter muſcos fere inſigniſſima.

ibid. *lin.* 46. ſubjunge:

Haec, ex brevitate operculi, eſt *Bryum tenue ſtellatum ſetis purpureis* DILL. Sylv. Muſc. p. 386. T. XLIX. f. 51. & planta, quam ego deſcripſi, non differt a priori n. 14.

ibid. poſt l. 50. interſere:

*Bryum tenue barbatum foliis anguſtioribus & rarioribus* DILL. Sylv. Muſc. p. 385. T. 48. n. 49.

*Ad pag.* 112. *lin.* 7. ſubiunge:

Eſt procul dubio *Bryum paluſtre aeſtivum confervae facie* DILL. Sylv. Muſc. p. 375. T. 47. f. 36.

*Ad pag.* 113. *lin. ult.* in fin. adde: I. GESNER in ſylvoſis humidis *Valeſiae.*

*Ad pag.* 114. *lin.* 10. in fin. adde: Sed ex *Sylva Muſcorum* video hoc nomine adpellari Hypnum meum n. 21. Verum lente admota, denuo invenio, ſetam ex folliculo prodire, verum adeo Hypnum eſſe, quod idem promittit habitus.

ibid. *lin.* 49. dele 32. & repone 31.

ibid. *lin.* 50. ſubjunge:

Microſcopio folia contemplatus latiuſcula invenio, & fere ſimilia n. 31. Sed differt roſula ſ. caule multo breviori. Operculum breve, conicum.

ibid. *lin.* 52. ſub fin. adde: Omnino DILL. Sylv. p. 391. T. L. f. 61.

*Ad pag.* 115. *lin.* 3. ſubnecte:

Diverſum eſt. Seta ex roſula prodit ad baſin novi ramuli; folia perangusta confertiſſima, capſula ventricoſior.

ibid. *lin.* 8. ſubiunge: An *Bryum ſtellare hornum ſylvarum, capſulis magnis nutantibus* DILL. Sylv. p. 402. T. 50. f. 71?

ibid. *lin.* 17. in fin. adde: Operculum longa acu terminatur, qua nota a DILLENIANA differt.

ibid. poſt *lin.* 21. interſere:

Omnino hoc eſt *Bryum pendulum foliis variis pellucidis capſulis ovatis* DILL. Sylv. muſc. p. 43. T. 53. f. 79. Ita folia docent & operculum mammillare.

ibid. lin. 41. ſubiunge:

Omnino ex operculo, eſt *Bryum pendulum ſerpilli folio longiore pellucido capſulis oblongis cuſpidatis* DILL. Sylv. p. 416. T. 53. f. 80.

ibid. *lin.* 4. ſupra ultimam ſubjunge:

33. A. BRYUM pendulum ſerpilli folio rotundiore pellucido capſulis ovatis DILL. Sylv. muſc. p. 416. T. 53. f. 81.

Si quidem a priori diverſum, dudum inter meas eſt, ſaepe repertum in ſylvis locisque humidis, pariter repens uti Jungermanniae, ſed quando floret, roſulas faciens ex quinque foliolis maximis & ovalibus, quales ſubinde ſcobiferae repeṙiuntur. Mihi proximum, aut idem videtur, priori n. 33.

*Ad pag.* 116. *lin.* 22. ſubjunge:

*Bryum lanceolatum pellucidum capſulis rotundis pendulis carneis* DILL. repetito in Sylv. muſc. p. 400. T. L. n. 69. Pallorem foliorum, quo certo dignoſcitur, omittit.

ibid. lin. 32. ſubnecte:

*Bryum annotinum paluſtre capſulis ventricoſis pendulis* DILL. Sylv. muſc. p. 404. T. 52. f. 72.

*Ad pag.* 117. *poſt lin.* 38. interſere: STAEHELINUS muſcum miſit, adfinem argenteo nitore ſupremi cauliculi, ſed foliis imis virentibus, laxioribus, ovalibus, in pilum terminatis, diverſum omnino. Setae ſiccae & capſulae ſulcatae, curvulae, cernuae, alterius plantae mihi viſae ſunt. A. n. 63. DILLENII hic ipſe muſcus etiam differt.

ibid. *lin.* 49. ſubjunge:

*Bryum*

*Bryum ſtellare roſeum majus capſulis ovatis pendulis* DILL. Sylv. p. 411 T. 52. f. 77.

*Ad pag.* 118. *lin.* 11. ſubiunge:

*Bryum ſtellare roſeum pendulum minus capſulis & ſetis longioribus* DILL. Sylv. Muſc. p. 412. T. 52. f. 78.

ibid. *lin.* 29. in fine adde: Sed alio revocat DILLENIUS.

*Ad pag.* 119. *poſt lin.* 7. interſere:

DILLENIUS in hiſtoria muſcorum vocat *Mnium ſerpilli foliis tenuibus pellucidis* p. 332. T. XXXI. f. 2. huc enim, non ad priorem ſpeciem, mea pertinet. Sed certo Bryum eſt, & pulverulenta capitula in roſulas adoleſcunt. De hac planta ea verba dixi in epiſtola, quae citat DILLENIUS p. 229. non de aliis Mniis verioribus: Eorum enim Mniorum particulae ſpermaticae placentae fungoſae propriae adhaerent, neque in folia expanduntur. De Mniis etiam DILLENII 5. 6. vehementer ſuſpicor, meras eſſe Jungermannias. Valde ſaepe earum extremos ramulos macilento fine vidi, quaſi capitato: Sed verum germen eſſe, non florigeram machinam, ego quidem perſuadebar, & confirmabar tum analogia Bryi mei 45. tum incredibili Mniorum horum cum Jungermanniis ſimilitudine.

ibid. *lin.* 32. ſubjunge:

*Bryum paluſtre, ſcapis teretibus ſtellatis, capſulis magis ſubrotundis* DILL. Sylv. Muſc. p. 340. T. XLIV. f. 2.

ibid. *lin.* 33. in fin. adde: & GAGNEBIN, locis non adſcriptis.

ibid. *lin.* 42. ſub fin. adde: Sylv. Muſc. p. 233. T. XXXI. f. 3.

*Ad pag.* 120. *poſt lin.* 5. interſere:

Mr. GAGNEBIN nuper aliam plantam miſit, duriorem, ſummitatibus ramorum conicis, folii mucrone longo, &, quod in nullo muſco vidi, per ſiccitatem bifido, trifido, ſummitate ſtellata, pulverifera. Sed ſetae deſunt. Legit in palude *des Rouſes* prope *des Bois*.

2. MNIUM Trichomanis facie foliolis integris DILL. Syn. III. *pag.* 97. Sylv. Muſc. p. 236. T. 31. f. 6.

Dudum inter meas fuit, ſed pro varietate alicuius Jungermanniae habita. Tota laete viret, brevibus & vix uncialibus cauliculis, qui adeo ſtipati ſunt, ut erigantur, inferne folioſi, ſuperne paulatim rareſcentibus foliolis, demum nudi. Folia ſubrotunda, continua, diſticha. Summus caulis craſſa roſula terminatur, quam & ipſam potius pro germine, quam pro capitulo pulverulento habeo. *Rodae* nuper frequentem reperi, & accuratius ſum contemplatus.

ibid. *lin.* 28. in fin. adde: Videtur tamen huc pertinere maxime icon H. I. in Sylv. Muſc. T. LXIX. f. 1.

ibid. *lin.* 37. ſubjunge:

Vel eadem, vel proxima, & foliis paulo rarioribus diverſa eſt, quam miſit I. GESNER, cum nomine *Jungermanniae alpinae purpureae Cambricae* &c. MICHEL. p. 6. T. 5. f. 16. lectam ad celebrem cryptam ſeleniticam M. *Gamor*. Meae characterem conſtituit cauliculi firmitudo & craſſities pro ratione magnitudinis, qua omnes Jungermannias ſuperat.

ibid. *lin.* 41. ſubjunge:

*Lichenaſtrum auriculatum pinnis minoribus crenatis* DILL. Sylv. Muſc. p. 490. T. LXXI. n. 18.

*Ad pag.* 121. *lin.* 8. in fin. adde: Omnino, nam eodem loco reperi, quo RUPPIUS.

ibid. *lin.* 16. ſubnecte:

Cum nulla icone DILLENIANA convenit.

ibid. *lin.* 20. ſub fine adde: Nuper vero *Rodae* abunde ad rupes.

ibid. *lin.* 25. in fin. adde: Facies eſt f. 23. T. LXXI. in opere DILLENIANO: multifida tamen folia in notis meis non invenio.

ibid. *lin.* 36. ſubjunge: *Lichenaſtrum imbricatum majus ſquamis conpreſſis & planis* DILL. Sylv. p. 496. T. LXXII. f. 26.

ibid. *lin. penult.* ſubjunge:

*Lichenaſtrum Aſplenii facie pinnulis laxioribus* DILL. Sylv. Muſc. p. 482. T. LXIX. n. 2.

*Ad pag.* 122. *lin.* 11. in fin. adde: lectam prope antrum M. *Gamor*.

ibid. *lin.* 14. ſub fin. adde: Nulla icon DILLENIANA ſatis accedit. Sed ſpecimina ſicca forte mutata ſunt.

ibid. *lin.* 18. ſubjunge:

*Lichenaſtrum Trichomanes facie ex baſi & medio florens* DILL. Sylv. p. 484. T. LXIX. n. 7.

ibid. *poſt lin.* 24. interſere:

Huic ſatis ſimilem miſit, puto, STAEHELINUS, cauliculis & foliis planis, diſtinctis iſtis, ovalibus obtuſis, longioribus quam priori: Flores deſunt. An *Lichenaſtrum Trichomanis facie polyanthemon breve & repens* DILL. Sylv. Muſc. p. 485. n. 9. & T. LXX.

ibid. *lin.* 27. ſubiunge:

*Lichenaſtrum Trichomanis facie minus ab extremitate florens* DILL. Sylv. p. 486. T. LXX. n. 10.

*Ad pag.* 123. *lin.* 12. ſubiunge:

Huc forte Lichenaſtra DILL. 12. 13. 14. quorum obſcura eſt diverſitas. Ad minimum f. 20. Synopſeos ipſe reduxit.

ibid. *lin.* 19. ſubiunge:

*Lichenaſtrum trichodes minimum in extremitate florens* Sylv. p. 505. T. 73. f. 37.

ibid. *lin. ultima* ſubjunge,

*Lichenaſtrum arboris vitae facie foliis minus rotundis* DILL. Sylv. p. 505. T. LXXII. n. 32 adeoque priora ſynonyma ad ſequentem ſpeciem transferenda ſunt.

*Ad pag.* 124. *lin.* 14. ſubjunge:

*Lichenaſtrum imbricatum minus ſquamis convexo concavis* DILL. Sylv. p. 497. T. LXXII. f. 27.

ibid. *lin.* 29. ſubnecte:

*Lichenaſtrum imbricatum Tamariſci Narbonenſis facie* DILL. Sylv. p. 499. T. LXXII. n. 31.

ibid. *lin.* 28. in fin. dele *punctum* & repone *comma*, dein adde: neque etiam nunc evidens eſt diverſitas, poſt notas DILLENII, qui utramque ſpeciem inter eas fuiſſe teſtatur, quas a. 1739. ad ipſum miſi.

ibid. *lin.* 48. ſub fin. adde: Ad *Silam* copioſe I. GESNER.

*Ad pag.* 125. *lin.* 42. ſubjunge:

*Lichenaſtrum exiguum capitulis nigris e cotylis parvis naſcentibus* DILL. Sylv. Muſc. p. 513. n. 46. T. 74. omnino huc pertinet.

*Ad pag.* 126. *lin.* 40. poſt *diſpoſitis*, interſere:

In ſterilibus ſpeciminibus aſperae, ovales, planae eminentiae, excutiae vel ſtrigilis ſimiles, per extrema folia diſperguntur.

ibid. *lin.* 41. ſubjunge:

2. HEPATICA minor anguſtifolia capitulo hemiſphaerico MICH. p. 3. T. 2. f. 3.

*Lichen pileatus anguſtifolius dichotomus* DILL. Sylv. Muſc. p. 520. T. 75. f. 3.

I. GESNER in paluſtribus & rivulis ſylvae *Keſerholzlein.*

*Ad pag.* 127. *lin.* 14. ſubjunge:

*L. fontanus maior ſtellatus aeque ac umbellatus & cyathophorus* DILL. Sylv. p. 523. T. 76. f. 6.

ibid. *lin.* 23. in fin. adde: In eadem, ſed rarius, umbellas reperi.

ibid. *lin.* 28. ſubjunge:

*Lichen domeſticus minor ſtellatus pariter & umbellatus & umbellatus & cyathophorus* DILL. Sylv. p. 527. T. 77. f. 7. quem vide

ibid. *lin.* 29. ſub fin. adde: I. GESNER *im Kräuel* circa *Tigurum*, ad muros.

ibid. *lin.* 46. ſubjunge:

Repetitis experimentis reperio, bacillos ſtellatos ab ipſis primordiis ſuis diviſos eſſe, etiam quando nullo adhuc ſubnato pediculo folio inſident. Adeoque priorem conjecturam revoco.

*Ad pag.* 128. *lin.* 12. ſubnecte:

Icon DILLENII hiſt. T. LXVIII. n. 4. non bona eſt, ſpeciminis forte vicio. Florigeram ſetam poſſideo.

ibid. *lin.* 21. ſubjunge:

Inter DILLENIANAS fere referam ad n. 18. T. 78. Noſtrae certe pili ſubiecti quaſi pro nido fuerunt, etſi non viderim ex foliis enaſci.

ibid. *lin.* 23. in fin. adde: I. GESNER in agris humidis circa *Riehen.* Niſi iſta ſpecies, ex loco natali, fuerit *Lichen* DILLENII n. 10.

*Ad pag.* 129. *lin.* 10. ſupra *ult.* adde in aquoſis circa *Hiltelingen. Dans les marais de Villeneuve, allant a Roche* M. GAGNEB.

*Ad pag.* 131. *lin.* 9. poſt, Alpinae.

Add. In M. *Uetliberg*, ibidemque ramoſa varietas GESNER.

ibid. *lin.* 8. a fine, poſt, MURALT. p. 725.

Add. & GESNER. GAGNEB. *au Pelard, ſur la Cibour au lieu dit la Vagniere & à la Combe d' Ambeſſu.*

*Ad pag.* 132. ſub *lin.* 21. *Lonchitis minor* MUR. p. 681.

Add. *Struthioſera* MUNTING. ic. 86.

ibid. *lin.* 33. congenerem eſſe oportet.

Add. Diverſa eſt & eam hactenus habui pro Polypodio 4. quod vide.

*Ad pag.* 134. *lin.* 19. HUBERUS.

Add. In vetuſtis muris circa *Glaronam* & *Matt* GESN. In deſcenſu *Spelugae* verſus *Campum dulcinum* SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 135. *lin.* 27. ſupra vineas.

Add. SCHEUCHZ. inter *Clavennam* & *fort Fuentes*: & in montibus vallis *Averſanae.*

ibid. *lin.* 31. T. T. 318.

Adde In quavis pinna quini, ſepteni.

*Ad pag.* 136. *lin.* 12. facit varietatem β.

Adde Eam circa *Martiniacum* reperit GESNER.

ibid. *lin.* 18. a fine, I. GESNERUS miſit.

Add. Lectam prope M. *Blattenberg* Glaronenſium. GAGNEBIN. *au cul des prez, & ſur la montagne de l' Anvers.*

*Ad pag.* 138. *ſub lin.* 15. a fine,

Adde *Filix minor paluſtris repens* RAJ. Syn. III. p. 122. n. 7.

Inter *lin.* 2. & 3. a fine,

Collatis nunc ſpeciminibus, quae *Rodae* in Thuringia legi, facile has duas plantas ſeparo. Et ſpecies quidem 2. diſtinguitur ramis petiolatis, nervis glabris, foliis acutioribus, glabrioribus, ramis longe decreſcentibus. Species vero 3. ad quam pertinet *filix minor Britannica* &c. H. OX. III. f. 17. ſeparatur a priori, ramis cum principe nervo late confluentibus, nervo & ſaepe toto folio ſubhirſuto, obtuſioribus, mollioribus, longe velocius decreſcentibus. Hujus 3. varietas fuit lobis extremis fere Barbareae, quam in valle *Urſaria* legi; planta vero legitima extremas pinnas pariter imminuit, ut aliae filices.

*Ad pag.* 139. *ſub lin.* 18.

Accuratius examinata hac planta, rejicio haec ſynonyma, & RAJANUM quidem refero ad n. 2. Eſt enim haec planta ipſiſſima *Struthiopteris* Cordi, de qua vide ſynonyma in Struthiopteride n. II. & adde, MUNTINGII iconem cum nomine *Struthioferae* ſcapos ſeminales utcunque exprimere. Huic ergo filici perpetuum eſt, folia ſterilia in orbem pulcherrime diſpoſita producere, uti plumulae in inſtrumento luſorio *un volant*; ex centro vero foliorum ſcapos: Eos juniores legi, complicata folia, referentia quaſi Oſmundae ſcapos, ſenſim tamen ſe explicantia, tota pulverulenta ex CORDI & AMMANNI obſervatione, quae pulverem concuſſa diſpergere dicuntur. Eſt ergo haec altera ſpecies Struthiopteridis.

*Ad pag.* 140. *lin.* 17. paria.

Adde. In amplioribus ſpeciminibus pinnulae omnino pene ſemipinnatae ſunt, ſemper tamen adgnoſcitur apice bidentato & tridentato, & viridiſſimo colore.

ibid. *lin.* 28. Aquilegiae.

Adde RAJUS ſuam in fiſſuris rupium *Jurae* & *Salevae* M.

ibid. *lin.* 8. a fine, ad Limagum reperit.

Adde I. GESNER *bey Binningen* prope *Baſileam.*

*Ad pag.* 141. *lin.* 9. *Creux du Vent* &c.

Adde Rhaeticam in *Pilati* M. SCHEUCHZER.

ibid. *lin.* 12. a fine, inveni a. 1736.

Adde *A la Cote de l' Anvers prez de Renan & á Valanvron* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 142. *lin.* 13. in ſubalpinis ubique.

Adde In M. *Uetliaco* & *Legerberg* I. GESNER. *A la Cote de l' Anvers de Renan* GAGNEB.

ibid. *lin.* 14. a fine, in M. *Waſſerfall* C. B.

Adde In ſaxoſis udis alpium GESNER.

*Ad pag.* 143. *ſub lin.* 24.

Adde *Michelfeldae* vulgare, & paſſim ad *Rhenum.*

*Ad pag.* 144. poſt *lin.* 7. a fine,

Adde Repetitis experimentis invenio, RAJUM omnino recte ſenſiſſe. Caulis huic 7. teretior quam tertio, folia duodecim, tredecim, & ultra, quae *polyſtachyo* ſex ſunt, ad novem usque; eorumque internodia novem, quae eidem pauciora ſunt; fine graci-

graciliori, quem folia *polyſtachyi* craſſiorem nacta ſunt fulcioremque.

*Ad pag.* 146. *lin.* 20. a fine, calyce trifolio.
Adde Semina ovato-triquetra, conjuncta.

*Ad pag.* 147. *lin.* 17. in *Jugo* & alibi.
Add. GESN. in M. *Furkmatt*, in *Gemmio* & alpibus *Abbatiſcellanorum*.

*Ad pag.* 150. *lin.* 18. a fine, GAGNEBIN.
Adde *Dans le marais de Mommolin, & de la Chaux d'Abelle.*

*Ad pag.* 152. *lin.* 10. Arboreſcit.
Adde Altiſſimam & ſpecioſiſſimam habeo a D. GAGNEBIN, lectam *aux Combes de Vallanvron.*

*Ad pag.* 153. ſpecie 10.
Add. Capſulas hujus ſpeciei nuper inveni, tomentoſas, ſquamis nigris, ut omnino videatur varietas eſſe prioris n. 9. foliis alternis, inferne lanuginoſis.

*Ad pag.* 154. ante *lin.* 1.
Adde β. SALIX pumila julis incana lanugine pubeſcentibus SCHEUCHZER. in *Gemmio*, in pratis praealtis M. *Surſee*.
Non differt a priori, uti ex ſpeciminibus I. GESNERI confirmor.
ibid. *lin.* 14. *Neunenen* &c.
Adde In M. *Chaſſeral* GAGN.
SCHEUCHZERUS videtur a BOCCONIANA diſtinguere, & hanc in alpium jugis, illam in M. *Pilati* & ad radicem M. *Titliaci* ponere. Sed ſatis certo eadem eſt.
ibid. *lin.* 27. jugo nivoſo *Furcae*.
Adde In alpe ſumma *Krajalp* apud *Abbatiſcellanos* GESNER.
ibid. *lin.* 38. in *Furca*.
Add. In *Furcae* parte ſeptentrionali, *Septimo* M. &c.
ibid. *lin.* 40. ipſe legi.
Adde In alpibus ſupra *Villeneuve* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 155. num. 19. Quam in *Gemmio* reperi,
Adde Et miſit D. GAGN. lectam *au roc mil deux.*

*Ad pag.* 158. *lin.* 15. a fine, Juli ex alis foliorum ſeſſiles.
Adde Semina pene rotunda, plana, lignei coloris, tubis brevibus, repandis.

*Ad pag.* 161. *lin.* 25. circa Tigurum.
Adde I. GESNER circa *Badam*.

*Ad pag.* 162. *lin.* 8. prope *Meyenfeld* I. B.
Adde inter *Ragaz* & *Chur*. SCHEUCHZER in valle *Domeſtica*, & alibi.
ibid. *lin.* 30. & in *Grimſula* copioſe.
Adde I. GESNER. circa *Engelberg* & in ſylva ſupra thermas Leucenſes.
ibid. *lin.* 3. a fine, conglomeratis albentibus.
Adde Semen bacca multo minus, nigrum, rotundum, hilo exciſum, compreſſum.

*Ad pag.* 164. *lin.* 10. Bacca nigra, ſphaerica.
Adde Semina hinc elliptice convexa, inde duas facies planas convergentes habent.
ibid. *lin.* 29. pro, quinquefidus, ſcribendum, ſemiquinquefidus.
ibid. *lin.* 30. apice ſimplici,
Adde Craſſo, utcunque bipartito.
Ead. *lin.* Stamina quinque (25. facit BOERH.) in petalorum ſinu.

*lin.* 31. pro, dipyrena, legendum, tetrapyrena.
ibid. *lin.* 4. a fine, verſus M. *Falconarium* &c.
Adde Circa *Ferriere* vulgaris GAGN.
ibid. *lin.* ultima: ſi folia huic magna pingerentur.
Adde Bacca nigra, majuſcula, quaſi bicollis: ſemina quatuor, elliptica, verum triedrica, una facie convexa, duabus planis, ad angulum obtuſum convenientibus.

*Ad pag.* 165. *lin.* 5. polyſperma.
add. Semina ſubrotunda, ſuperficie eleganter aſpera.
ibid. *lin.* 25. in Helvetia calidiori.
Adde *Dans les cotes de la Vanne* milliaris a *Ferriere* diſtantia GAGN.

*Ad pag.* 167. Notae FRAXINI: Ex vaginis bifoliis adſurgunt pediculi ramoſiſſimi, ſingulis ramis ultimis duos ferentibus Apices. Craſſi iſti, ſanguinei, biloculares, polline albo pleni. Inmaturi conglomerantur in mori ſpeciem, laxantur adulti in paniculam. Nihil petalorum.
ibidem, ante ULMUS adde: CELTIS fructu nigricante.
TURNERUS apud I. B. ait ſe unam arborem prope Clavennam, ad ingreſſum alpium reperiſſe. Nemo autem ab eo tempore vidit.
ibidem. Notae ULMI: Umbellae florum ad unum pediculum, pene ſeſſiles, ad ramos. Flos laxus, albicans, apicibus purpureis, rotunde quadrifidus, quinquefidus. In centro floris erigitur fructus bicornis, corniculis ſpongioſis loco tubarum, inſtar chelae cancri ad ſe invicem converſis. Circa fructus originem filamenta quatuor, ad ſex usque, longiora flore. Maturi fructus cornua minuntur, ut pene ovalis videatur, compreſſus. Intus ſemen unicum.

*Ad pag.* 168. *lin.* 3. proceram arborem.
Adde In Rhaetia SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 169. *lin.* 22. a fine, circa *Grindelwald* &c.
Adde I. SCHEUCHZER. ad *Spelugae* M. radices verſus *Campum dulcinum. Dans les combes de Vallanvron* &c. GAGN.
ibid. *lin.* 20. a fine, Flos mas major eſt.
Adde Ut ſolet. Fructus brevis: ſemen nitens, triquetrum.
ibid. *lin.* 7. a fine, I. GESNERUS hanc plantam miſit.
Adde Ex *Abbatiſcellanis* alpibus.

*Ad pag.* 170. *lin.* 26. in deſcenſu *Spelugae*.
Adde GESNER ex alpibus, paſſim naſcentem. SCHEUCHZ. in M. *Joch*: auf *Egg Angelimontanorum*. Iidem Weſtmorlandicae nomen non habent.
ibid. *lin.* 41. quae dicuntur *Rieſeren*.
Adde I. GESNER. ex alpibus *Abbatiſcellanorum*. SCHEUCHZER. in *Bärenboden* Glaronenſium, in Valle *Praegallia* Rhaetorum. M. GAGNEBIN ad lapides *aux Combes de Vallanvron, & de Beaufond.*

*Ad pag.* 171. *lin.* 3. Seminum involucrum leve.
Adde Et nitens, triquetrum. Valvulae exteriores naturaliter integro margine ſunt, verruca ſubinde notatae.
ibid. *lin.* 24. a fine, nullis foliis inſidentibus.
Adde Alae verruca notatae.

*Ad pag.* 172. *lin.* 15. folia calycis ſerrata.
Add. Et quaſi ſpinoſa, longiora. Verrucae conſpicuae.

*Ad pag.* 173. *lin.* 21. Semen nigrum.

*Ad pag.* 174. *lin.* 32. tubae craſſiſſimae.
Add. Semen majus, late reniforme.

*Ad pag.* 175. Ante 5. CHENOPODIUM.
CHENOPODIUM foliis oblongis, dentato-ſinuatis, racemis nudis multifidis. LINN. Cliff. p. 84. ROYEN. p. 219.

*Botrys* FUCHS. p. 179. TRAG. p. 887. MATTHIOL. p. 853. bene, CAMER. Epit. p. 598. CORD. Hiſt. p. 106 *b.* GESNER Hort. p. 250 *b.* Coll. p. 93 *b.* DODON. p. 34. LOBEL. ic. p. 228. CAES. p. 158. LUGD. p. 932. TABERN. p. 14. AICHSTETT. aeſtiv. ord. 13. T. 2. f. 3. RAJ. p. 196. BLAKWALL. T. 314.

*Botrys plerisque botanicis* I. B. III. p. 398.
*Botrys ambroſioides vulgaris* C. B. P. &c.
*Atriplex odorata ſ. ſuaveolens* H. OX. II. p. 605.
*Chenopodium ambroſioides folio ſinuato* I. R. H. &c.
In ruderoſis circa *Bernam* frequens, ſed ſpontaneam eſſe non ſperaveram: nunc invenio a I. B. circa *Genevam*, & a SCHEUCHZERO ad ripam *Rhodani* in *Valeſia inferiore* lectam fuiſſe.

Caulis ramoſiſſimus, hirſutus & viſcidus, uti tota planta. Folia fere ſemipinnata, laciniis anguloſe dentatis. Ex ſuperiore parte caulis plurimi rami, folioſi, & ex foliorum alis floriferi petioli, foliis breviores, gerentes denſa, rotunda, ſeſſilia muſcaria. Flores ex more gentis.

Odor vinoſus, penetrantiſſimus, vires promittit: Antaſthmaticam eſſe, & ad inflationem hypochondriorum valere lego. Purulentis exſpuentibus mire prodeſt MATTHIOL. p. 852. Sed raro in uſu eſt.

ibid. *lin.* 15. a fine, eriguntur.
Add. Semen perexiguum, lenticulatum.

*Ad pag.* 176. *lin.* 18. a fine, IONQUET.
Add. In via montana verſus Albulam M.
ibid. *lin.* 13. a fine, ſimplicibus antennis.
Add. Nigrum.

*Ad pag.* 177. *lin.* 17. pro unum ſemen membranaceum, ſcribe, folliculus membranaceus, bicorni apice. Intus ſemen nigrum, lucidum, fere ovale.

*Ad pag.* 178. *lin.* 18. *obſ.* 211.
Add. Semen conpreſſum, ex ovali acuminatum.

*Ad pag.* 179. *lin.* 22. tetraëdrum.
Calyce majus, roſtratum, nitens.

*Ad pag.* 180. *lin.* 29. SCHULZIUS.
Add. Talem *Bienna* ex vineis miſit Mr. GAGN.
ibid. *lin.* 35. macula ſature purpurea.
Add. Semen planum, ſubrotundum, roſtro acuto, nigrum, lucens,

*Ad pag.* 184. *lin.* 14. ubique.
Add. In M. *Uetliberg* GESN.
ibid. ante PERCHEPIER.
Add. 2. *Alchimilla* Linariae folio, floribus & vaſculis in foliorum alis ſeſſilibus. SHAW. Catal. plant. Afric. n. 14.
I. GESNER. in alpibus, & inter meas reperio.
Non videtur differre a priori, neque ſufficere petiolorum brevitatem.

*Ad pag.* 185. *lin.* 16. It. IV. p. 329.
Add. Conſentit varietatem eſſe I. GESNER.
ibid. *lin.* 23. pediculi faciunt.
Add. Semen ex ovato acuminatum.
ibid. *lin.* 42. varietas.
Add. Lecta in M. *Regio.*
ibid. ante 3. ALCHIMILLA &c.
Add. Alchimilla minor hirſuta cinericia Italica in M. *Zürichberg.*
Non videtur differre a priori.

ibid. *lin.* 4. a fine, C. B.
Add. Et SCHEUCHZ. In alpibus *Abbatiſcellanis* & M. *Pilati* I. GESN.

*Ad pag.* 187. *lin.* 4. ad CHERLERIAM pertinere.
Add. Eſt omnino *Knawel* 2 teſte I. GESNERO.
ibid. *lin.* 15. a fine, *Fiſmat* Uriorum.
Add. Et pratis M. *Tſchierae.*
*Eadem lin.* Lunae Rhaetiae.
Add. In M. *Hohen-Maſmer* & *Tieffencaſten Abbatiſcellanorum.* In M. *Regio* GESNER.

*Ad pag.* 188. *lin.* 26. a fine, utrinque levia.
Add. Bacca nigra, ſphaerica; in ea ſimilis nux, nitida, quae ſemen continet ex ovali acuminatum.
ibid. *lin. ultima,* & *Dolaz.*
Add. SCHEUCHZER in montibus *Valleſiae.*
ibid. *lin.* 27. tota aeſtate.
Add. I. GESN. prope *S. Gallum, beym Muſchelberg.*

*Ad pag.* 190. ante 3. TITHYMALUS &c.
Add. TITHYMALUS Characias amydaloides. SCHEUCHZER. ad ſepes vallis *Domeſticae* inter *Richenoviam* & *Balneum rubrum.*
Hactenus pro *Tithymalo lunato flore* habui: neque de SCHEUCHZERI planta licet definire. Simillimis certe locis alibi in Helvetia naſcitur.

*Ad pag.* 191. *lin.* 3. circa *Baſileam.*
Add. In *Jura* M. circa *Ferriere* ubique.
ibid. *ſub lin.* 9. Pariter, uti Cypariſſias, punctis croceis notatur.
ibid. *lin.* 22. nulla parte nuda.
Add. Parvus caeterum & rotundus: Semen nitens, rotundum.
ibid. *lin.* 34. *Genevam.*
Add. *aux Convers* & *á Clermont* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 192. *lin.* 27. a fine, quam Cypariſſiae.
Add. Ab eo tempore *Jena* ſpecimen nactus omnino conjungo, etſi folia latiora ſint, & ab imo ad ſummum ramoſe floreat. Toto enim charactere conſentit.

*Ad pag.* 193. *lin.* 21. petalisque lunatis.
Add. Semen ovale, linea alba diſtinctum.
ibid. *lin.* 13. a fine, ovarium leve.
Add. Trigloboſum, exiguum. Semina pene ſemi-ovalia.

*Ad pag.* 194. *lin.* 7. argutiſſimis corniculis.
Add. Semina foveis nigris ſingulari modo notata.
ibid. *lin.* 23. non acris. Add. Semina ex ovatis acuminata, rugoſa, & reticulata.

*Ad pag.* 196. *lin.* 24. calidioris Helvetiae.
Add. v. g. circa *Douane, Bonneville* GAGNEB.

*Ad pag.* 198. *lin.* 29. I. C. BAUHINUS.
Add. I. GESN. in *Sila* fl.

Ad

*Ad pag.* 200. *lin.* 10. *Broja* &c.
Adde In lacu *Tigurino* I. GESNER.

*Ad pag.* 202. ad 2. PENTAPTERIS &c. In hac ſpecie nuper flores ſuperiores rubros perfecte maſculos reperi, inferiores feminas.
ibid. *lin.* 7. a fine, *Michelfeldae.*
Add. I. GESN. Tiguri in foſſis, quas lacus adluit.

*Adpag.* 203. *lin.* 4. a fine, Add. in M. *Zürichberg* GESNER.

*Ad pag.* 204. *lin.* 6. a fine, breviores ariſtae.
Adde Semen pariter oblongum, hinc ſulco profunde diviſum, inde convexum.

*Ad paginam* 207. *lin.* 20. lege EX SUMMO DORSO &c.

*Ad pag.* 208. *ſub lin.* 18.
Adde γ. Varietas ſpica prolifera duplici verſu diſpoſita, I. GESNERUS *Tiguri.*

*Ad pag.* 209. *lin.* 21. a pago *Art.*
Add. GAGNEBIN in umbroſis & humidis, v.g. in via *de la Cibour*, ubi a pago *Renan* adſcenditur & ad oras *Dubis* fl. Differt a n. 8. locuſtis evidentius hirſutis, a. n. 9. foliis inferne glabris.

*Ad pag.* 214. *lin.* 16. in *Wylerfeld.*
Adde GAGNEBIN in ſuis montibus.

*Ad pag.* 218. *lin.* 18. in dumetis abunde.
Adde Circa *Thermas Fabarias*, *Legerio* &c. SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 222. *lin.* 16. *Michelfeldae* legi.
Adde Mr. GAGNEBIN *au cul des prez* in extrema valle *Combe de Vallanvron.*

*Ad pag.* 223. *lin.* 21. non habet.
Adde Copioſiſſime inter *Jenam* & *Rodam* reperi.

*Ad pag.* 225. *lin.* 25. peſtis frugum.
Adde Circa *Ferriere* abunde in avena GAGNEB.

*Ad pag.* 230. *lin.* 18. a fine, circa lacum felinum. tum in alpibus locuſtis rarioribus.
ibid. *lin.* 16. & ſeqq. a fine, pro verbis, *calycis glumae* &c. usque ad *tantum*, *duo* ſcribendum, altera gluma brevis, ſicca, fuſca: altera longa, mucrone ariſtae ſimili terminatur. Intus duae villoſae glumae aequales. Ad majorem exterius baſi adſidet ariſta bicolor, longior ſua gluma: ab altera ex medio dorſo brevior exit. Semen ovale, tubis duabus, & duobus ſtaminibus comitatum.
Deſtillatum bonam aquam angelorum praebet, quae odoribus recipiendis ſit aptiſſima BOCCONE *Muſ. di Piant.* p. 67.

*Ad pag.* 231. *lin.* 1. vere floret.
Adde In M. *Utliberg* I. GESN.
ibid. *lin.* 25. Locuſtae ſexflorae.
Adde Semen ellipticum, acutum.
ibid. *lin.* 18. a fine, montis Tſchierae.
Adde In altioribus *Abbatiſcellanorum* & *Rhaetorum* GESNER. GAGNEBIN in *Creux du Vent.*

*Ad pag.* 233. *lin.* 5. folliculi exeunte.
Adde Semen ellipticum.

*Ad pag.* 235. *lin.* 18. habeo.
Adde Ex *Lüzelalp Abbatiſcellanorum.*

*Ad pag.* 241. *lin.* 7. adfine eſt.
Adde Semen breve, triangulare.

*Ad pag.* 242. *lin.* 12. ſupra *Bernam.* add. In paludibus circa *Goudeba.*

*Ad pag.* 244. *lin.* 33. vulgaris eſt.
Add. Baſileae GAGN.
ibid. *lin.* 4. a fine, add. circa *Ferriere* GAGNEB.

*Ad pag.* 246. *lin.* 15. *Ochſenſtock*, add. in M. *Tſchiera*, &c.
ibid. *lin.* 38. non rarum.
Add. GAGN. aux marais de *Goudéba, prez des Brenets.*

Adde *Ad pag.* 247. ſub *linea* 21.

* SCIRPOCYPERUS panicula glomerata, e ſpicis imbricatis conpoſita.
I. SCHEUCHZER. in pratis udis *Linthae* fl. adjacentibus.
Fateor me dubitare, neque perſuaderi indigenam eſſe.

*Ad pag.* 249. *ſub linea* 7.
Add. Varietatem ſpica vix ſemunciali, ſed tres & quatuor lineas lata, ex paludoſis ſuis miſit GAGNEBIN.

*Ad pag.* 250. *lin.* 21. ovato-triquetrum,
Adde pene margaritae forma, baſi peracuta, fine etiam contracto & exacuto.
ibid. *lin. ult. Itin. Hercyn.*
Add. M. GAGNEBIN in M. *Waſſerfall*, & in paludoſis *de la Chaux d'Abelle.*

*Ad pag.* 251. *lin.* 22. altiſſimorum montium.
Add. GAGNEBIN aux *Pontins ſur l'Anvers de Renan*, & in M. *Pouillerel.*

*Ad pag.* 253. *lin.* 9. Reliqua prioris.
Adde Ovaria ſpadicea, dilutiora quam priori.

*Ad pag.* 255. *lin.* 9. vulgaris eſt.
Add. GAGNEB. in *Ferriere.*
ibid. *lin.* 20. a fine, Adde triquetrus, oblongus.
ibid. *lin.* 4. a fine, *Eymatten* diſtributus.
Add In valle dicta *Combe de Vallanvron* GAGNEB.

*Ad pag.* 256. *lin.* 19. a fine, SCHEUCHZERUS deſcribit.
Adde Semina ovalia, majuſcula.

*Ad pag.* 257. *lin.* 17. a fine, M. *Aviculae.*
Adde Et opacis atque ſylvoſis *viae malae,*

*Ad pag.* 259. *lin.* 14. & ſeq. pro, Calyx ſexfidus, ſcribendum, Petala, aut foliola calycis ſena, ſuperne latiora, ſagittata, quaſi triangularia, intus cava, continent (ſtamina) gemellis rotund. &c.
*lin.* 15. In Capſula:
Add. Triloculari, ſuperne conica hexagonice-acuminata.

*Ad pag.* 260. *lin.* 28. *Lachen.*
Adde Minimum in coenoſis circa *Lachen* ponit SCHEUCHZERUS in *Catal* GAGNEBIN *Michelfeldae.*
ibid. *lin.* 4. a fine, Ex Alſatia habeo.
Add. GAGNEBIN *ſur les eloges pas loin de la Brigarde ſur le chemin de Ferriere à S. Imier.*

*Ad* p. 261. ſub linea 7.
M. GAGNEB. Typham legit prope influxum *Rhodani* in lacum *Lemanum*, prez de *Boveret*, ovali fere clava, duas uncias alta: an eamdem? Sola enim adfuit in ſpecimine pars femina.

*Ad*

*Ad pag.* 262. *lin.* 2. a fine, *Genevae.*
Add. GAGN. *à la Combe de Vallanvron*, & prope *Liniéres.*

*Ad pag.* 263. *lin.* 25. a fine, *Tiguro* miſit.
Add. In montoſis circa *Tigurum* GESNER.

*Ad pag.* 264. *lin.* 9. circa *Vettis.*
Add. In M. *Regio.*
ibid. *lin.* 21. trans *Rhenum.*
Add. Proxime priorem *Michelfeldae* legit, & cum hoc nomine miſit M. GAGN.

ibid. *lin.* 2. a fine, verſus *Deſſ.* &c.
Add. Ad viam qua Bienna itur ad pagum *Douanne* GAGN.

*Ad pag.* 265. *lin.* 14. poſt *copioſe*, interſere: In alpe *Sattel* verſus *das Oehrli* Abbatiſcellanorum. *A la montagne de Pouillerel, au Chaſſeral, & au Creux des Biches* GAGN.
ibid. *lin.* 54. in fin. adde: Ovarium longum, ob juga inter valvas eminentia fere triquetrum.

*Ad pag.* 37. *lin.* 34. in fin. dele punctum & repone comma, dein adde: maxime elatior.

*Ad pag.* 268. *lin.* 22. in fine adde: ad Silam & in M. *Uetliberg* I. GESNER.
ibid. *lin.* 58. in fin. adde: ad radices M. *Uetliberg* & in *Höckler* I. GESNER.

*Ad pag.* 270. *lin.* 6. in fin. adde: Multas varietates miſit M. GAGNEBIN, in ejus enim patria vulgo provenit. Paſſim in montoſis circa *Tigurum* & *S. Gallen* GESNER.
ibid. *lin.* 28. poſt *Rang*, interſere: & *Chaſſeral* GAGN.
ibid. *lin.* 35. poſt *breviſſimum*, interſere: Ovarium ex ovali acuminatum.
ibid. *lin.* 56. in fin. adde: Circa *Ferriere* abunde, etiam *rufo* flore. In M. *Gamor, alten Alp*, & *Regio* M. GESNER.

*Ad pag.* 271. *lin.* 14. poſt *Saleve*, adde: *Chaſſeral, Tete de Rang.*
ibid. *lin.* 15. in fin. adde: in alpibus paſſim, praeſertim in *Schwende* Abbatiſcellanorum I. GESNER.
ibid. *lin.* 27. poſt *Abbatiſcellanorum*, interſere: In M. *Surſee* paſcuis ſupra ſylvam SCHEUCHZER.
ibid. ead. *lin.* in fin. adde: Eadem eſt n. 9. ex literis I. GESNERI.

*Ad pag.* 272. *lin.* 11. ſubjunge:
Flore *albo* miſit M. GAGN.
ibid. *lin.* 21. poſt *longius*, interſere: Ovarium ovale.
ibid. *lin.* 51. poſt *ultra*, interſere: fiſtuloſus.
ibid. *lin.* 61. in fin. adde: GAGN. *dans les combes de Valanvron.*

*Ad pag.* 273. *lin.* 39. ſub fin. adde: Ovarium breve, leveque.
ibid. *lin.* 61. poſt *legi*, interſere: & miſit M. GAGN.

ibid. *lin* penult. poſt *cubitalis*, adde: durior, ſolidior, ſerius floret.

*Ad. pag.* 274. *lin.* 4. in fin. adde: Ultimam nunc diſtinguo caule non fiſtuloſo, habitu nudiori, ſolidiori, foliis anguſtioribus, floris etiam lineolis regularibus, medio ſegmento triangulari, quod vulgari ſubrotundum eſt, tota ora evidentius ſerrata.
Dein ſubjunge:
*ORCHIS palmata alpina flore luteſcente teſticulato I. SCHEUCHZER in M. *Tſchiera* rariſſime.
ibid. *lin.* 48. in fin. adde: Circa *lacum Felinum* GESNER.

*Ad pag.* 275. *lin.* 8. in fin. adde: *A la Vanne* GAGN. In *Uetliberg & Höckler* I. GESNER.
ibid. *lin.* 13. poſt *acuminatum*, interſere: Faux floris calcar incipit, fere lineae longitudine.
ibid. *lin.* 31. in fin. adde: GAGN. *a la Ferriere pres le Saignelet.*
ibid. *lin.* 49. ſub fin. adde: In pratis humidis circa *S. Gallen, Appenzell, im Rheinthal* I. GESNER.

*Ad pag.* 276. *lin.* 11. in fin. adde GAGN. paſſim, v. g. *a la Coute du droit de Renan.* In M. *Regio* GESN.
ibid. *lin.* 18. ſub fin. adde: Siliqua brevis, rubra.
ibid. *lin.* 24. in fin. adde: Miſit etiam M. GAGNEBIN.
ibid. *lin.* 20. ſub. fin. adde: *Dans la cote du droit de Renan au haut de la Charriere* GAGN. In *Uetliaco* M. & *Hoekler* I. GESNER.
ibid. *lin.* 45. in fin. adde: Siliqua longa, ſeminibus & lineis fructum percurrentibus albis.

*Ad pag.* 277. *lin.* 12. poſt literam *M.* interſere: I. GESNER in ſylvoſis M. *Höckler.*
ibid. *lin.* 54. in fin. adde: Nuperiores obſervationes me docuerunt ſtaminum fabricam eamdem eſſe in Helleborine; diverſitas adeo eſt in figura labelli, cui in Helleborine initium longe tumidum, cavum eſt, & huic quaſi articulata bractea ovalis, eundo diminuta: In Ophride labelli pars cava minor eſt, pars pendula eundo lateſcit, & dividitur.

*Ad pag.* 278. *lin.* 10. in fin. adde: Circa *Ferriere* non rara.
ibid. *lin.* 14. poſt *facto*, interſere: tribus ovatis, duobus minoribus ellipticis.
ibid. *lin.* 15. Machina ſtaminum fit ſquama convexa: ſuprema, ſquama concava, ima; medio apice, qui & ipſe ſquama fit & vero biloculari pollinis conceptaculo, cavae ſ. imae ſquamae innixo, quem tertio loco dicta ſquama imminens protegit.
ibid. *lin.* 29. in fin. adde: Vulgaris circa *Ferriere.* In ſylvis circa Tigurum I. GESNER.
ibid. lin. 32. poſt *flexis*, interſere: ſerratis.
ibid. lin. 35. in fin. adde: Ovarium breve, ovale, tribus jugis majoribus, tribus minoribus eminentibus notatum. Labellum in origine depreſſum, quaſi calcar inchoat.
ibid. *lin. ultima.*
A. 1742. miſit ſpecimen, lectum in fageto *de la Sombaille*, & alias *au haut du bas Monſieur* dimidiae leucae diſtantia a *Chaudefond.* Adeoque vera eſt indigena. Character, quantum video, eſt in labello exiguo, integro, oblongo, obtuſo, ad baſin denticulo utrinque praedito. . . .

I. CORALLORRHIZA

*Dentaria* ἄφυλλος *tertia ſive* κοραλλοειδής CLUS. Pann. p. 449. ic. p. 450.
*Dentaria coralloide radice ſ. aphyllos III.* CLUS. Hiſt. p. CXX.

*Denta-*

*Dentaria aphyllos minor* TABERN. p. 848. I. B. II. p. 781.

*Dentaria coralloide radice* AICHST. Aeſt. Ord. 4. T. 4.

*Orobanche radice coralloide* C. B.

*Orobanche ſpuria ſ. Corallorhiza* RUPP. p. 242. cum icone.

Radix alba, teres, ramoſa, ramis obtuſe terminatis. Scapus aphyllos, dodrantalis. Ovarium longum, gracile. Flos herbaceus, pallens, labellum exalbidum, in umbilico purpureis radiis ſtriatum CLUS.

*Ad pag.* 279. Gladiolus naſcitur in agris M. *Zurichberg* magna copia I. GESNER.

*Ad pag.* 280. Iridem n. 2. reperi nuper naſcentem circa *Bubek & Waldek.* Flos totus cyaneus eſt, petalorum reflexorum origo alba, linea imberbis, pars reflexa venis ſaturate cyaneis picta. Tubae bracteae bifidae, ſerratae, cum arcu acuminato intus ſub fiſſura eminente. Caulis tripedalis, fructus ovato triquetrus.

*Ad pag.* 282. ad Crocum α adde Valvae fructus longae, reflexae, undulatae. Semina ex rotunditate acuminata, rubra, quaſi ſubtiliter villoſa. Poſt γ. adde.

Alias varietates Croci miſit Mr. GAGNEBIN, in cujus patria fere perinde, ut alibi *Colchica*, vulgo naſcuntur. Inter eas eſt I. varietas ſimilis τῃ α, ſed baſi, adeoque toto flore immaculati candoris. II. Alia minor, cui forte nomen γ melius conveniret, oris albis, coeruleo trium petalorum centro & pene totis his petalis coeruleis, ſtriatis lineis violaceis; tribus vero aliis petalis albis, adſperſis colore cyaneo diluto.

III. I. GESNER *in der Schwendi Abbatiſcellanorum* reperit & in alpibus *Glaronenſibus*

Crocum vernum album latifolium flavo flore varium C. B. I. R. H. Qui eſt

*Crocus vernus latifolius flavo vario flore Conſtantinopolitanus* LOBEL. Adverſ. p. 437.

*Crocus luteus lineis nigris* SWEERT. floril. T. 5.

*Croci verni latifolii flavi vario flore* 1 [& 2] *ſpecies* [utraque] *flore ſimplici* [& duplici] I. B. II. p. 644.

β Altera varietas flore copioſiori purpura picto CLUS. ib.

γ *Flore duplici* EIUSD.

Si eumdem recentem vidi „ ſex rubras ſtrias habet in petiolo florigero. Petala tria exteriora acutiora, majora, intus crocea, extus ſtriis atro purpureis vel ſpadiceis pulchre pinguntur. Interiora tota crocea ſunt, ſola baſi ſpadicea. Evidentiſſima in tubis cavitas.

*Ad pag.* 283. Colchicum vulgare albo flore I. GESNER in M. *Regio*

*Ad pag.* 285. Narciſſus n. 2. *au mont de la Suze audeſſus de Boinod* GAGN.

Ad ejusdem deſcriptionem adde „ Valvulae ovarii robuſtae, ovales, ſemina nigerrima, ex triquetro conica, mucronata.

*Ad pag.* 285. Ipſam nunc plantam nactus lectam *au fond de la Combe Bioſſe* eundo verſus *Chaſſeral*, facile definio eſſe

*Polygonatum III.* CLUS. Pann. p. 266. *latifolium ramoſum* EIUSD. p. 267. SCHWENCKF. p. 162.

*Polygonatum IIII. latifolium ramoſum* CLUS. Hiſt. p. 276.

*Polygonatum latifolium III.* TAB. p. 756.

*Polygonatum latifolium ramoſum* I. B. III. p. 530. C. B. P. H. OXON. III. p. 537. RAJ. p. 665. *

TOURNEFORTIUS & recentiores fere non habent; neque quisquam a CLUSIO hanc plantam certo vidit.

II. BAUHINI huc referunt *Laurum Alexandrinam* MATTHIOLI p. 1215. & de icone CAMERARII in Epitome p. 936. certum eſt. MATTHIOLANA, ſi huc pertinet, eſt ex peſſimis, ob petiolos ſubrectos &c.

„ Radices fiunt fibris craſſis plurimis. Caulis cubitalis. Folia alterna, diſtantia, lata baſi ſeſſilia, caulem amplexa, ovato lanceolata, ampla & tenera. Florigeri petioli ſingulares, ſub foliis orti, uniflori. Flos. . . [Lilii convallium ſimilis, profundius ſexfidus ſegmentis reflexis CLUSIUS]. Fructus amplus, oblongus, minoris Corni ſimilis.

I. SCHEUCHZER legit in ſaxoſis & ſylvoſis M. *Tſchiera.*

IBID. *Polygonatum 3.* naſcitur etiam in ſylvis *Valeſiae & Rhaetiae* I. GESNER. *Au Creux du Vent, a Pertuis* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 288. Ad Polygonatum 4. adde „ in ſylvoſis *Valeſiae & Rhaetiae* I. GESNER

ibid. adde „ Bacca violacea, ſemina ſphaerica, numeroſa, cerei coloris.

*Ad pag.* 289. ad var. ς. adde „ ſpica longiori florum octo, decim, reperit M. GAGNEBIN *le long des Convers, au bec de l'Oiſeau*, ego vero Jenae. Sed nihil verae eſt diverſitatis.

*lin.* 10. ſupra finem, dele totam.

*Ad pag.* 290. *lin.* 11. dele totam. Cum enim eo tempore de Lilio, praeter Martagon, in Helvetia, naſcente, non inaudiviſſem, GESNERIANUM ſynonymon ad eam ſpeciem traxi, quam noveram indigenam eſſe.

Ad deſcr. Lilii I. adde „ fructui valvas nigras, membraneas, nitentes eſſe, ſemina ex ovalibus acuminata, quaſi marginata, foliacea, flava.

Deinde adde

2. LILIUM foliis ſparſis corollis campanulatis, erectis, intus ſcabris LINN. Cliff. ROYEN p. 31. [qui LIRIUM ſcribit]

*Lilium rubrum ſ. aureum* BRUNF. p. 43.

*Hemerocallis* MATTH. p. 873. CAMER. Epit. p. 616.

*Hemerocallis prior Matth.* LUGD. p. 1498.

*Lilium rufum* TRAG. p. 792.

*Lilium croceum* FUCHS. p. 365.

*Lilium rubens vel croceum alterum* GESNER Hort. p. 265. ex MATTH.

*Lilium purpureum majus* DODON. p. 189. AICHST. Vern. Ord. 5. T. 6. f. 1. 2. *Dodon.* LUGD. p. 1493.

*Lilium ſylveſtre flore croceo* CAES. p. 419.

*Lilium aureum majus* TAB. p. 639.

*Martagon Chymiſtarum* &c. LOB. ic. p. 164.

*Lilium rubens vel croceum majus* I. B. II. p. 688. RAJ. p. 1110.

*Lilium purpurocroceum majus* C. B. MOR. II. p. 411. S. 4. T. 21. f. 17. I. R. H.

*Lilium flavum rubens* SWEERT. T. 46. de BRY. T. 64.

β *Flore pleno* C. B. AICHST.

I. GESNER in alpibus *Abbatiſcellanorum auf Bodmen.* SCHEUHZER inter *Art* & *Schweitz*: ad lacum *Rivarium* & trans *Gotthardum* M.

Radix alba, prioris, & habitus, & folia. Differt his inordinatis, colore floris e flavo rutilo, qui intus ſaturatioribus punctis maculatur, tum in primis petalis in apice non reflexis, ſed leniter repandis, ut in *albo Lilio.*

3. LILIUM purpuro croceum minus C. B. MORIS. II. p. 411. I. R. H.

*Lilium rubens vel croceum montanum* C. GESNER Hort. p. 264 *b.* videtur, cum bulbo ſit albo, flore Lilii candidi, folio anguſto.

*Lilium puniceum non bulbiferum minus* CLUS. Hiſt. p. 136. Ita C. B.

*Lilium ſylveſtre minus non bulbiferum* CLUS. Pann. p. 143.

*Lilium purpureum minus* DODON. p. 198. *minimum* LOB. ic. p. 167. icon interior.

*Lilium purpureum alterum minus* LUGD. l. c.

*Lilium rubeum vel croceum minus* I. B. II. p. 689. RAJ. p. 1110.

In montibus *Tigurinorum* C. GESNER: In *Glaronenſibus* MURALTUS.

A priori differt anguſtia foliorum, cum vix linea aut duabus lineis latiora ſunt. Lubens omitto varietates bulbiferas & aliorum colorum.

*Ad pag.* ead. ad Fritillariam adde.

β *Albo flore* GAGNEBIN in literis.

Nuper variegatae plantam ſiccam miſit idem. CLUSIUS primus deſcripſit Pann. p. 169.

Radix bulboſa eſt, quaſi bifida. Caulis pedalis, cubitalis, folia rara, anguſta, patula. Flores pauci, longe petiolati, penduli. Petala elliptica, conniventia, ex purpureo & albo in ſpeciem tabulae latruncularíae varia, intus linea viridi ad dimidium diviſa. Apices craſſiſſimi. Ovarium eundo lateſcit, & hiſcit tribus valvis ovalibus. Semen ſemicirculare, flavum, foliaceum.

*Ad pag.* 291. Hemerocallidis I. ſemina inaequaliter pyramidalia, nigerrima.

IBID. Hemerocallis 2. in M. *Hohen-Maſner* & *Sattel Abbatiſcellanorum* I. GESNER.

*Ad pag.* 292. Phalangii 2. ſemina ſunt cunei ſphaerici, nigri. Valvae breves, fere orbiculatae. Fructus niger, rotundus.

*Ad pag.* 293. Prior varietas Phalangii 3. naſcitur im *Kaeferhölzlein* I. GESNER.

*Ad pag.* 294. Ornithogalon 1. in pratis circa *Silam* I. GESNER.

*Ad pag.* 295. Porrum 4. in *Hohen-Maſmer* & *Wagenlücken* Abbatiſcellanorum. SCHEUCHZER in aquoſis *auf Joch* & *ad lacum Engſtlanum*

Poſt Porra adde.

5. Poſtquam in Germania, circa *Sulze* & *Erford* alteram ſimilem plantam reperi, altiorem tamen, petalis non verrucoſis, foliis planis, ad duas lineas latis, nunc ad hanc ſynonymon RAJI removeo. Eſt autem

5. PORRUM planifolium, capite ſphaerico, non bulbifero, ſtaminibus alterne trifidis.

*Allium ſphaerocephalon purpureum ſylveſtre* RAJI p. 1120. cum in claſſe planifolia habeat.

*Porrum radice granulata & grumoſa* RUPP. p. 123.

*Scorodopraſum latifolium ſpontaneum Italicum floribus dilute purpureis* [ſed noſtro ſature purpuraſcunt] MICHEL. p. 25. T. 24. f. 5.

Huc videntur pleraeque veterum plantae pertinere, quas ad n. 4. retuli. Sed definire non licet. RAJUS *Genevae* legit.

Radicis tunica alba numeroſos nucleos continet. Caulis firmus, cubitalis & altior. Folia ad tres lineas lata, graminea. Vagina ſub capite brevis, continuo perit. Caput pene ſphaericum. Flores petiolati, petala exteriora acutiora, linea eminente diſtincta, ſature purpurea, interiora dilutiora, nulla linea eminente. Bulbi in capite nulli. Odor peſtilens. Colores perſiſtunt, & pulchriores fiunt.

*Ad pag.* 294. *lin.* 5. 6. Haec nomina pertinent ad Porrum n. 4.

*lin.* 9. adde In M. *Oehrli Abbatiſcellanorum* CLEMENT apud SCHEUCHZERUM p. 258.

*Ad pag.* 297. Allium 2. adde naſci in ruderibus ſaxoſis vallis *Praegalliae.* Eamdem plantam miſit M. GAGNEBIN pro *Allio ſylveſtri latifolio capitato purpuraſcente* C. B. lectam in eodem loco natali, quod adlegat C. B. diverſam a Cepis, ſtaminibus liberis, floribus parvis, petiolatis.

*Ad pag.* 298. ad Allium 5. adde. *In Hohen-Maſmer Abbatiſcellanorum* I. GESNER. SCHEUCHZER. *auf den alpfeldern ob Schennis.* Ad montes glaciales vallis *Grindeliae* utraque varietas copioſe. In M. *Oehrli* CLEMENS l. c.

Ad idem Allium adde, ſemina magna, nigra, pene ſphaerica, Allii ſapore. Valvae cordiformes, per maturitatem revolvuntur.

Poſt Allium 5. adde.

* 6. ALLIUM alpinum minimum albo amplo flore SCHEUCHZER.

In M. *Splügen*: ad Thermas *Fabarias.* In ſummis pratis M. *Tſchiera* ſed rarius.

Annon fuerit noſtra *Hemerocallis* 2. quam SCHEUCHZERUS non habet.

*Ad pag.* 299. poſt Veratrum adde.

2. VERATRUM flore atrorubente.

SCHEUCHZER in alpibus: ſed locum non addit, & a nemine repertum lego.

*Ad pag.* 305. Glaucii ſemina craſſe reniformia, fuſca, ſulcata, transverſim lineata.

IBID. Chelidonii ſemina pene ovata, rugoſa, nitida, magnum funiculum retinent.

*Ad pag.* 306. *lin.* 4. adde petala Chriſtophorianae ſunt unice deformationes ſtaminum. Semina dimidiae partes taleolarum cylindri ellipticae.

*Ad pag.* 307. Filipendula 3. naſcitur auf dem *Wiedikomer ried* I. GESNER.

*Ad pag.* 308. Thalictrum n. 4. paſſim in pratis alpinis Rhaetorum SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 309. Thalictrum 7. naſcitur ad *Silam* & in M. *Uetliberg* I. GESNER. Siliquae ei ſunt in tota gente maximae, longe mucronatae, tribus alis elevatae. Intus ſemen ellipticum, acutum, atropurpureum.

Ad

*Ad pag.* 312. Aconito n. 1. Semina anguloſa, utcunque tetraedra, nigra, tota eminentiis aſpera.

*Ad pag.* 313. Napello ſemina irregulariter tetraedra, nigra, rugoſa.

*Ad pag.* 315. Ad Reſedae Char. adde.

„ Calyx profunde & inaequaliter ſexfidus eſt: ſcutum petalorum ſuperiorum ſerratum, transverſim latum: Scutum mediorum non dentatum. Petala duo ima exigua, etiam duas ligulas, ſed capillares, ex ungue ſuo emittunt. Styli tres, breves & craſſi. Recte ergo ERNDL.

*Ad pag.* 318. *lin.* 2. adde „ Semina nigra, obiter rugoſa, ovata, germine magno, adnato.

*Ad pag.* 319. *lin.* 2. adde „ transverſim rugoſae, ſemina minuta lucida, cuneiformia, facie una convexa, duabus planis & convergentibus. Edulia eſſe Mr. GAGNEBIN. Caulis aliquando, ſed rarius, ramoſus eſt.

*lin.* 8. adde Siliquae breves, latae. Semina ex ovali acuminata, baſi diſtincta.

*Ad pag.* 322. ad Ranunculum 1. adde I. GESNER legit in M. *Gamor*, & habet pro *graminifolio bulboſo*. SCHEUCHZER cum eodem nomine in alpibus Rhaeticis altioribus.

ibid. Ranunculi 2. Squamae in ſiceis ſpeciminibus viſae, fuerunt ovaria abortiva. Deleantur ergo tres ultimae voces nominis, & quatuor noviſſimae deſcriptionis.

*Ad pag.* 323. *lin.* 2. GAGNEB. in paludoſis *prez des bains de Bretiege.*

*Ad pag.* 325. Ranunculi 8. n. 11. ponit SCHEUCHZER inter *Thermas Fabarias* & Coenobium, & ad radicem M. *Titelsberg.*

Ad eundem „ adde C. B. videtur dixiſſe de foliis caulis ſuperioribus, eorum enim lobi petiolati ſunt. Nullum vero novi Ranunculum montanum, qui folia ima repentis habeat, lobos nempe foliorum petiolatos.

*Ad pag.* 326. Ranunculi II. ſynonymon 3. dele, pertinet enim ad Anemonen 4.

*Ad pag.* 331. Anemone 4. *Auf dem Oehrli & hinter dem Sattel Abbatiſcellanorum* I. GESNER.

*Ad pag.* 332. Anemone 7. in via montana verſus *Albulam* M. I. GESNER. I. SCHEUCHZER in ſaxoſis & ſylvoſis altioribus M. *Tſchiera* ſupra *Andern.*

*Ad pag.* 333. Anemone 10. in M. *Regio* I. G.

Poſt Anemonem 10. adde.

* PULSATILLA rubra coeruleave SCHEUCHZERI, quam paſſim in alpibus naſci ait, non videtur alia eſſe.

Poſt Anemonen 11. adde

* 12. PULSATILLA alpina flore purpuraſcente hiſpido & nutante.

I. SCHEUCHZER in ſummis pratis M. *Tſchiera.* Nihil licet definire.

*Ad pag.* 334. in deſcriptione Clematidis, dele ſemina pappo argenteo villoſa, & lege, ſiliquae pene ovatae, villoſae, dum juniores.

*Ad pag.* 337. Caryophyllatae 4 varietas IV. *an dem Mühlebach im Rieſchbach* prope *Tigurum* I. GESNER.

IBID.

Comarum naſcitur in turfaceis circa *Wangen* IDEM.

*Ad pag.* 338. Ad ejusdem deſcriptionem adde. Placenta ovalis, pappum brevem inter ſemina emittit, quae majuſcula ſunt, rotunda, conpreſſa.

*Ad pag.* 339. Quinqueſ. album majus alterum I. GESNER in rupibus *Abbatiſcellanorum*, maxime *beym wilden Kirchlein.* Album minus alterum SCHEUCHZER in ſaxoſis ad lacum *Rivarium.*

*Ad pag.* 340. ad Potentillam 5. In M. *Chaſſeral* & *Tete de Rang* GAGNEB.

ibid. ad fin. Placenta modice pappoſa.

IB. Poſt n. 6. adde.

* QUINQUEFOLIUM alpinum repens ſcrotinum MORIS Hort. Bleſ. p. 298. I. R. H.

I. GESNER in *Valeſia inferiori.*

Suſpecta mihi planta, cum in magno opere eam omiſerit MORISONUS, in praeludiis vero plurimas, nemini viſas, varietates recenſeat.

IBID. ad n. 8. Cum hoc nomine plantae in M. *Jugo* naſcentis meminit SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 342. l. 3. SCHEUCHZ. ad radices M. *Titliaci.*

Ad n. 13. ad *lin.* 10. adde & *Fragaria ſterilis alpina cauleſcens* EIUSD. in Catal.

*Ad pag.* 343. *lin.* 6. adde. *Auf der Krajalp Abbatiſcellanorum.*

ibid. ad Fragariam. ε. Varietas fructu parvi pruni magnitudine *aux Combes de Vallanvron*, & in umbroſis Jurae M. GAGNEB.

*Ad pag.* 344. ad Rubum I.

In alpp. Rhaeticis I. GESN.

Et ſub finem; ſemen magnum, reniforme, ſuperficie reticulata.

*Ad pag.* 345. n. 3. Semen prioris ſed minus.

*Ad pag.* 346. in deſcriptione Ribis 1. dele Tuba in fine &c. & lege Tubae duae, diſtinctae, baſi barbatae.

In Rube 2. dele. In paludoſis circa *Wengi*, & lege circa *Ferriere* abunde, v. g. *a la Combe de Vallanvron.*

In deſcriptione *lin.* 3. lege Fructus pene rubens, grate dulcis.

*Ad pag.* 347. in Ribe 4. Circa *Wengi* prope *Buren* in paludoſis.

*lin.* 3. in deſcriptione adde. Racemi rari, flores nutantes, magni, uti Uvae criſpae, calyce ſubrubente, petalis erectis, ſpecioſis, ex albo virentibus. Tuba craſſa, ſimplex, apice leviſſime diviſo.

ibid. Ad vires adde. „ nuper infuſum theiforme ſcopo diuretico & aphrodiſiaco commendari cepit.

*Ad pag.* 348. Roſa 2. *a la Combe Bioſſe, & aux combes de Vallanvron* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 350. Roſa 8 circa *Ferriere* in ſylvis & dumis.

*Ad pag.* 350. Ad Sorbi characterem adde. Ita LINNAEUS ſed fructus omnino pentaſpermos eſt, etſi aliqua ſemina abortiant. A Meſpilo adeo ſolis differt Tubis.

*Ad pag.* 352. Meſpilus 2. Inter *Curiam* & *Rohtenburg*

*tenburg* ad ripam SCHEUCHZER. Ad viam ſtratam ſupra *Bonneville* GAGNEB.

*Ad pag.* 353. Crataegus n. 1. In M. *Chaſſeral* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 354. Varietas β Crataegi 2. a *Ferriere* & prope *Boinod* GAGN.

*Ad pag.* 359. poſt Helianthemum 2 adde.
* HELIANTHEMUM ſ. ciſtus humilis folii Sampſuchi capitulis valde hirſutis I. R. H. SCHEUCHZER in alpibus Helveticis.
„ Cauliculi rigidi, folia conjugata, Majoranae, hirſuta, flores ex hirſuto pediculo lutei, calyx villoſus, ſtriatus.
An diverſum a n. 2.

** HELIANTHEMUM alpinum myrthifolium hirſutum.
SCHEUCHZER & GESNER in alpibus Helveticis.
Mihi omnino ignotum eſt.
Ad Helianthemum n. 3. adde: in M. *Septimo* SCHEUCHZER.
Et in deſcriptione „ Valvulae ſubhirſutae, ſemina ex rotundis acuminata, baſi excavata.

*Ad pag.* 360. Helianthemi ultimi loca natalia caſu omiſſa ſunt. Supra *Bonneville* legi, in *Gemmio* M. & in *Valeſia*. Ibidem I. GESNERUS. I. BAUHINUS *Genevae* circa *Champé*, & circa *Genevam* in ſaxoſis RAIUS. In *Gotthardo* M. SCHEUCHZER.
IBID. Hyperici 1. varietas β in montanis Jurae & alpium vulgatior eſt. In deſcriptione adde. Semina ovato-cylindrica, transverſim rugoſa.

*Ad pag.* 361. Hyperici 5. ſemina ſubrufa, ad lentem ſubaſpera, & quaſi villoſa.

*Ad pag.* 362. Hyperici 6 ſemen minutius, evidenter rugoſum.

*Ad pag.* 363. *lin.* 3. adde Semina nigra, reniformia.
ibid. Malvae n. 2. Semen minus reniforme, ſubrotundum, utrinque depreſſum.

*Ad pag.* 364. *lin.* 3. Ad agros circa *Huningam* C. B.
*Lin.* 7. adde „ capſulae nigrae, albo villo hiſpidae; ſemen liveſcens, reniforme breve, leveque.

*Ad pag.* 365. *lin.* 5. adde Semina conpreſſa, ex ovatis acuminata, ſulcis valentibus & undulatis inſcripta.

*Ad pag.* 367. dele lineam 7. ſupra ultimam, & refer ad n. 8.

*Ad pag.* 368. Geranii 9 deſcriptioni adde „ Capſulae ſubhirſutae, ſemen ejiciunt, pene nigrum, ex reniformi cylindricum.
ibid. Geranium 10 in montanis ſupra *Valenz* SCHEUCHZER. In pomariis circa *Ferriere* GAGNEBIN.
Deſcriptioni adde. Roſtrum breve. Capſulae ad apicem transverſis ſulcis aſperae. Semen leniter reniforme.

*Ad pag.* 369. Ad deſcriptionem adde. Semina rufa, ovalia, a valvis rugoſis non ſeparantur.

*Ad pag.* 371. *lin.* 3. varietas β in M. *Legerberg* I. G.

*Ad pag.* 372. *lin.* 4. Semen ſemiovale, hinc convexum, inde planum, acuminatum.

*Ad pag.* 374. in Viſcagine 2. dentes valvarum ſunt ſex. Semina ordinatis elegantibus aculeis aſpera.

*Ad pag.* 375. Viſcaginis 3. Semina pene reniformia, pariter elegantibus aculeis inſcripta.

*Ad pag.* 376. *lin.* 7. *In der Krajalp* I. G.

*Ad pag.* 377. Deſcriptioni Lychnidis 2 adde „ Valvae quinae. Semina magna, e cuneiformibus reniformia, eleganter aſpera.
ibid. Lychnidis 3 ſemina ex ovatis reniformia, ex glaucis nigra, opere reticulato aſpera.

*Ad pag.* 378. Lychnidis 4 ſemina minuta, glauca, reniformia, aſpera.

ibid. Saponaria 1. ex *Gemmio & alpibus Abbatiſcellanorum* I. G.

*Ad pag.* 379. Saponariae 2. ſemina minus evidenter rugoſa, reniformia, conpreſſa.
ibid. Saponaria 4. *auf der alten alp Abbatiſcellanorum* I. G.

*Ad pag.* 381. Tunicae 2. ſemina ab altero latere cava, fine eminente, inde depreſſa linea dividuntur.
ibid. Tunica 3. *a la Sauge* GAGN.

*Ad pag.* 382. Tunica 4 albo flore in adſcenſu ad caſtrum *Sarunetum* SCHEUCHZER.
Ad finem deſcriptionis adde. Semina tenuia, breviter ovata, plana, nigra. Petala lanugine ſubtili tota pubeſcunt.
Ad Tunicam 5. adde

γ Flore albo. Supra *Malojam* M. in adſcenſu ad M. *Lunguin* SCHEUCHZER.
Deſcriptioni adde „ Semina prioris ſpeciei.
Tunica 6. Circa *Neufchatel* & *Vallangin* GAGNEBIN.

*Ad pag.* 383. Caryophyllus ſylveſtris biflorus, *in der alten Alp*, *auf Gamor* I. G.

Poſt *lin.* 8. adde.
β *Flore albo.* In M. *Maloja* & *S. Bernhardini* SCHEUCHZER.
ibid. Tunica 8. ad ſcopulos lacus *Rivarii* SCHEUCHZ.
Ad Tunicam 10. adde, & ad *Juram* M. ſupra *Genevam.*

*Ad pag.* 384. *lin.* 4. adde. Ubique in alpibus provenit. SCHEUCHZER in *Jugo* M. GAGNEB. *au haut de la Charriere neuve allant au droit de Renan.*
ib. Myoſotis 2. in *Jugo* & *Septimo* M. SCHEUCHZER.
Poſt Myoſotin 2. adde
* Myoſotis alpina pumila myrthifolia I. GESNERI.
Annon varietas?
*ibid.* Myoſotis n. 3. In pratis circa *Ferriere* GAGN.

*Ad pag.* 385. *lin.* 3. Semina reniformia, breviora, ſuperficie obſcure aſpera.

ibid. Alſine 1. *Baſileae* lecta eſt a I. G. *a la Chaux d'Abelle* in paludoſis a GAGNEBIN.

Ad

*Ad pag.* 386. *lin.* 5. adde Semina breviter reniformia, ordinatim aſpera.

*Ad pag.* 387. *lin.* 5. Semina, qualia ſecundae.

*Ad pag.* 388. *lin.* 4. Circa *Nidau* SCHEUCHZER.

ibid. Alſine 10. *Baſileae* in ſegetibus provenit I. G.

ibid. Alſine 11. in alpp. *Abbatiſcellanis* GAGN.
ibid. poſt Alſinen 11. adde.

* ALSINE caryophylloides ſubhirſuta capillaceo folio, pulchro flore albo.
SCHEUCHZER in alpp Helveticis.
Puto eamdem eſſe undecimae.

*Ad pag.* 390. *lin.* 8. add. Semina reniformia, aſpera,
n. 17. SCHEUCHZER in dumetis vallis *Vettenſis*, in locis udis M. *Septimi*, in deſcenſu *Gemmii* M. ad *Thermas*.
ibid. poſt n. 18. adde.

I. GESNERUS diſtinguit Alſinen alpinam minorem glabram, & eodem nomine plantam recenſet ad radicem M. *Galandae* natam SCHEUCHZERUS.

*Ad pag.* 392. Cherleriam legit I. G. in M. *Regio*, & *auf der alten Alp Abbatiſcellanorum*.

*Ad pag.* 393. poſt Sedum I. adde.

* SEDUM latifolium floribus magnis albicantibus I. B. III. p. 689.
*Cotyledon altera ſecunda* CLUS. p. LXIII.
*Sedum majus montanum dentatis foliis* C. B. ex CLUSIO, RAJ. p. 688. *

SCHEUCHZER in alpibus: in *Abbatiſcellanis* I. G.

„ Roſulae uti in majori ſpecie „ caulis dodrantalis, folioſus, erectus, floribus onuſtus, albicantibus, petala ſex magna. . . .

* * SEDUM majus montanum dentato folio alterum C. B. RAJ. p. 688. *

*Cotyledon altera II. altera varietas* CLUS. Hiſt. p. LXIV.
*Sedi latifolii flore albicante ſpecies magis dentata* I. B. III. p. 689.
Ut dicam quod res eſt, cum neque CLUSIUS neque I. B. *Sedum* tomentoſum deſcribant, de eo ipſo loqui videntur.

*Ad pag.* 394. Sedum 4. in valle *Engſtlana* infra *Joch* SCHEUCHZER.

*Ad pag.* 395. *lin.* 6. GAGNEBIN *aux Combes de Vallanvron* & circa *Chaux de Fonds*.
Et deſcriptioni adde „Semina oblonga, tenuiſſima.

*Ad pag.* 396. Sedum 12 in patria mea vulgatiſſimum eſt GAGN.

*Ad pag.* 398. Sedum 17 GESNERUS in pratis humidis circa *S. Gallen* & *Rheinthal*. Videtur autem dicere de *Sedo paluſtri ſubpurpureo*.

*Ad pag.* 400. Saxifraga 3. In M. *Joch*, & humidis *Abbatiſcellanorum* I. G.

*Ad pag.* 401. Saxifragae 5. deſcriptioni adde. Tubae extenuatae in fructu ſuperſunt. Is brevis eſt, facie hiſcit modica, & ſemina continet brevia, tenuiſſima.

*Ad pag.* 401. n. 6. Ex alpp. *Abbatiſcellanis* I. G.

*Ad pag.* 402. n. 8. Etiam in M. *Leger-* & *Uetliberg* I. G. & deſcriptioni adde „ ſemina minuta, fuſca, acuminata. Ovarium modico oſculo hiat.

*Ad pag.* 403. *lin.* 8. In M. *Gamor* I. G.
ibid. Saxifraga 12. in eodem M. *bey der Drachenhöhle* I. G.

*Ad pag.* 404. *lin.* 7. SCHEUCHZER in alpibus *Rhaeticis*, in M. *Septimo*.

*Ad pag.* 405. *lin.* 5. adde. Exotica videtur. In *catalogo* enim non habet. I. G.

ibid. Saxifraga 18. in M. *Gemmio*, *Furkmatt*, *Pündtnerberg* I. GESNER.

*Ad pag.* 408. deſcriptioni n. 1. adde ſiliquam ſubhirſutam eſſe.

*Ad pag.* 409. *lin.* 8. GAGNEBIN *au bord des marais des Chaux d'Abelle.*
ibid. var. α n. 4. IDEM α *la Combe Gréde, a la Combe de Vallanvron.*
Et poſt γ adde.

δ Foliis quinis IDEM *a la Combe Gréde* eundo ad M. *Chaſſeral*.
ibid. deſcriptioni ſpeciei 5. adde „ſemina glauca, qualia octavae.
ibid. *linea* 3. ſupra ultimam add. „ in M. *Chaſſeral* prope cryptam glacialem GAGN.

*Ad pag.* 410. ad finem Epilobii 8.
Semina olivae forma, hinc convexa, inde ſulco diviſa.

*Ad pag.* 411. adde Onagrae ſemina anguloſa, difformia.

*Ad pag.* 413. Paridis ſemina triquetroconica, obſcure ſulcata & aſpera.

*Ad pag.* 416. Ad finem Vaccinii 1. Semina qualia 2do.

ibid. Vaccinium 2. *dans les marais de Chaux d'Abelle* & *des Pontins* GAGNEBIN.

ibid. ad finem paginae „ ſemina flava, pene lunata.
Hanc apud Hercynios, Juranos, & Thuringos ajunt eſſe, quae inebriantes baccas ferat.

*Ad pag.* 420. *lin.* 10. Adde ad finem „rotundus in noſtris, valvis ad calycem hiantibus, tuba ſuperſtite.

*Ad pag.* 421. *lin.* 48. Adde ad finem „ per aetatem perinde calveſcunt, uti ſequenti.

*Ad pag.* 422. *lin.* 22. Adde ad finem „ nuces & alae reticulatae. Illae intus lanuginoſae, foetae ſemine ex ovato acuminato.

*lin.* 33. *Au Couti en allant a Pertuis* GAGN.

*Ad pag.* 428. poſt. *lin.* 25. adde.
β *Flore rubente* GAGN.

*Ad pag.* 430. *lin.* 17. Ad finem adde. Omnino, ſtirpem enim RIVINI *Jenae* legi, in ſylva *Wellmeſe*, a RUPPIO indicatam, Hippomarathri ſimilem, ſed calycis defectu diverſam.

*Ad pag.* 433. ante ETHUSAM.

1. PHELLANDRYUM foliis imis capillaceis.

*Myriophyllum* MATTH. p. 1167. CAMER. Epit. p. 896.

*Millefolium aquatile* DOD. p. 584.

*Myriophyllum aut Maratriphyllum paluſtre* LOB. ic. p. 789.

*Millefolium, foeniculum aquaticum* TAB. p. 73.

*Millefolium aquaticum foeniculo ſimile umbelliferum* I. B. III. p. 4.

*Myriophyllum prius* LUGD. p. 770.

*Millefolium paluſtre primum* SCHWENKF. p. 138.

*Millefolium aquaticum umbellatum capillaceo & brevi folio* C. B. Baſ. p. 42. Sed in horto ſicco C. B. flores Hottoniae cum foliis Myriophylli miſti fuerunt.

*Millefolium aquaticum* RAJ. p. 459. *

Mr. GAGNEBIN in foſſis *Michelfeldenſibus* aprili M. Ego Gottingae ſemel abſque flore reperi.

Radices fibroſae, albae, ex uno capite multae, longae, fiſtuloſae, I. B. Folia ad terram minutiſſime diviſa, perampla, triangularia, caeterum quovis Meo ſubtiliora. Alia tamen vidi laxiora, & propiora Phellandryo, qualia etiam ex vaginis naſcuntur. Caulis ſpithamalis; vaginarum latus albusque margo. Umbellae non amplae, generales nudae, peculiares latiuſculis foliis ſuccinctae. . . . Flores recentes, fructusque non vidi.

*Ad pag.* 434. ante LIGUSTICUM adde.

*BULBOCASTANUM*

TOURNEFORT. T. 161. RIVIN.

BUNIUM LINN. n. 208.

Involucrum utrumque multifolium, latiuſculum. Petala aequalia, apice reflexo. Fructus longe ovalis, ſemina ſemielliptica, placenta coronata, gibba, per ſiccitatem evidenter ſtriata. Radix bulboſa, quod rariſſimum eſt in hac gente.

1. BULBOCASTANUM GESN. Hort. p. 250 *b*. TAB. p. 143. I. B. III. p. 30.

*Oenanthe prima* MATTH. p. 866. abſq. flore, CAM. Epit. p. 609. LUGD. p. 782.

*Bunium* GESN. Hort. p. 251. ROYEN. p. 107.

*Bulbocaſtanon* DOD. p. 433. RAJ. Hiſt. p. 440. Syn. III. p. 209.

*Bulbocaſtanum grandius Dod Bunium* LUGD. p. 774. &

*Bulbocaſtanum mas Tralliani* IBID. p. 773. male

*Nucula terreſtris ſeptentrionalium* LOBEL. ic. p. 745.

*Pancaſeolus vulgo* CAES. p. VII. c. 29. flore facit purpureo.

*Bulbocaſtanum majus folio apii* C. B. MOR. III. p. 274. T. ſeminum H. h. I. R. H. autour de Par. p. 403.

GAGNEBIN in omnibus agris vallis *S. Imier*.

Radix edulis, ſubdulcis. Folia ima longa, petiolata, pinnata, pinnis & pinnulis ramoſis, omnibus nervi latitudine, planis, extremis lobulis lanceolatis. Ex vaginis tenujora proveniunt, nitida omnia & laevia. Umbellae amplae, albae. Semen aromaticum.

Multum nutrire & Venerem movere dicitur.

β *Minus*, videtur foliis differre tenujoribus.

*Ad pag.* 436. ad finem Sii adde „Sium ſegetale ſcribit ſe legiſſe M. GAGNEBIN, ſed ſpecimina deſunt, quae plenam fidem faciant.

*Ad pag.* 438. *lin.* 2. adde GAGN. in M. *la Montagne chaude* ſupra *Villeneuve*.

ibidem *lin.* 8. *a la combe de Vallanvron* GAGNEBIN.

*lin.* 58. adde in rupibus *le Moron* & *a Pertuis* GAGNEB.

*Ad pag.* 449. *lin.* 7. adde. In ſegetibus ſupra *Douanne* eundo verſus *Deſſ.* GAGN.

*lin.* 35. pro *anguſti*, lege „ ad octo, latiuſculi. Petala cordiformia.

*Ad pag.* 453. *lin.* 23. adde ad muros in pago *S. Blaiſe* GAGN.

*Ad pag.* 454. *lin.* 27. adde. Petala interiora modice inaequalia, exteriora evidentius. Dantur etiam flores mares.

Varietatem glabram nuper miſit GAGNEB. ex pratis circa *Ferriere*.

*Myrrhidem odoratam* reperit idem *au bec de l'Oiſeau*, ſed ait a veterinario, dudum mortuo, ante plures annos ſatam nunc in pratis multiplicari.

*Ad pag.* 456. *lin.* 43. adde in M. *Chaſſeral* & circa *Ferriere* GAGN.

*Ad pag.* 458. *lin* 43. adde *Au haut de la Charriere au droit de Renan* GAGN.

*Ad pag.* 459. *lin.* 10. adde Circa *Ferriere* GAGN. ibid. ad finem paginae adde:

2. APARINE vulgaris ſemine minori VAILL. p. 14. & T. IV. f. 4.

M. GAGN. au haut *de la Combe Gréde*.

Neque VAILLANTIUS evidentes notas diſcriminis dedit, neque in ſpecimine adgnoſco aliquas.

3. APARINE ſemine leviori RAJ. Hiſt. p. 484. Cat. Angl. p. 24. Syn. III. p. 225. HERM. TILL.

*Aparine ſemine levi* IONQ. p. 14. H. Bleſ. p. 49. H. R. P. I. R. H. DILL. Gieſſ. p. 150. VAILL. p. 14. T. IV. f. 3. FABR. EG. II. p. 144. BOERH.

*Aparine foliis levioribus & ſemine leviore* H. OX. III. p. 330.

*Aparine vulgaris ſeminibus glabris* RUPP. BUXB.

*Gallium humilius folio hirſuto ſemine minus aſpero* MARTIN p. 44.

In hordeo circa *Ferriere*, ſed uberrime au *Locle* GAGN.

Humilior eſt vulgari, pedalis, & cubitalis, caeterum aſperis etiam foliis & caule; uti flos convenit, & modus florendi in ramoſis ramis ex alis foliorum. Differt ſemine tuberculoſo potius, quam hiſpido, neque adhaerente.

*Ad p.* 460. ad notam δ adde „Jenae nuper plantam inveni, a vulgari ſupino diverſam, totam glaucam, duriorem, erectam, ad tres pedes altam, cum habitu gracili, parum ramoſo, niſi in ſumma planta, foliis ſubtus cavis, & albis, durioribus, fine ſpinuloſo. Ergo nunc, mutata ſententia eam ſeparo.

*Ad pag.* 464. *lin.* 3. ante ultimum adde„ *dans les Combes de Vallanvron.* GAGN.

*Ad*

*Ad pag.* 465. *lin.* 30. adde Pro veneno haberi & vomitum ciere GAGNEBIN.

*Ad pag.* 472. Plantaginem latifoliam minorem legit Mr. GAGN. in M. *Chaſſeral au plan de l'Agaſſe.*

*Ad pag.* 473. Gentianam I. Idem circa *Ferriere* in paſcuis.

*Ad pag.* 474. *lin.* 32. Varietatem Flore albo *a la Joux du Plane prez de Pertuis* GAGN.
ibid. Cruciata in pratis circa *Ferriere* frequens eſt IDEM.

*Ad pag.* 478. Gentianam folio Aſclepiadis legit IDEM *a la montagne Chaude ſupra Villeneuve.*

*Ad pag.* 479. Gentianam n. 14. IDEM in paludoſis *aux Pontins.*

*Ad pag.* 483. Ανωνυμωνα dixit RENEAUME, non obſervata cauſa varietatis, quae in Primulis obtinet. Omnibus enim, dum juniores ſunt, tuba floris eſt longitudine, dimidio brevior eadem adulto flore.

*Ad pag.* 487. Hottoniam circa *Erlach* GAGN.
ibid. Trifolium fibrinum IDEM *aux Pontins, & ſur l'Anvers de Renan.*

*Ad pag.* 491. Campanulam 2. in ſegetibus circa *S. Imier* GAGNEB.
Poſt n. 2. adde IDEM in valle *la Combe de Vallanvron* Campanulam legit, ampliſſimam, altiſſimam, folio tenerrimo, glabro, nondum mihi perſpectam.

*Ad pag.* 495. *lin.* 7. IDEM in pratis circa *Ferriere.*

*Ad pag.* 496. *lin.* 4. IDEM in M. *Chaſſeral & a Boinod.*
ibid. III. lege IIII.

*Ad pag.* 504. Violam tricolorem repentem etiam legit *a Chaux de Fonds* eundo a *Boinod aux Crocettes de la Sagne.*

*Ad pag.* 506. Alkekengi odore moſchato Argentorati legit IDEM.

*Ad pag.* 516. Cerinthe n. 2. abunde naſcitur Jenae ad pedem M. *Kunizberg* e regione pagi *Nauer.* Flos totus pallet, neque dentes revolvuntur.

*Ad pag.* 517. Pulmonariae 2. varietatem γ. legit IDEM circa *Ferriere.*

*Ad pag.* 518. Lithoſpermum 2 *a Pertuis.* IDEM.

*Ad pag.* 519. Cynogloſſum 1. legit circa *Vevai, Lutry* & in toto pago *Valdenſi* GAGN.
ibid. Ad deſcriptionem adde „flori plicas intermedias eſſe, albentes, uti Scorpiuro.

*Ad pag.* 520. Cynogloſſum 3. a *la Rancuniére & a la Combe Gréde* GAGN.

*Ad pag.* 529. Veronica maxima naſcitur *a la dent de Jaman, a la cote de l'Anvers* IDEM.

*Ad pag.* 534. Veronica n. 17. *flore albo* GAGN. *a la Sombaille.*

*Ad pag.* 536. Myagrum 3. prope *S. Aubin* & in ſegetibus *aux Brenets* GAGN.

*Ad pag.* 537. *lin.* 1. poſt Scaber *lege* in adulta & ſicca planta.

*Ad pag.* 538. Alyſſon 3. *a la Combe Bioſſe, aux rochers de Pertuis,* & *ſur Chaſſeralle* GAGN.

*Ad pag.* 539. Drabam 3. A *tete de Rang, a Pertuis* IDEM.

Ad *pag.* 543. *lin.* 6. poſt *albi* adde Petala ovalia, duo majora, minora totidem.

Ad *pag.* 552. Siſymbrium n. 12. Baſileae ad pontem Rheni prope curiam Naviculariorum GAGN.

*Ad pag.* 556. Dentaria 1. *aux Combes de Vallanvron* ID.

*Ad pagin.* 557. Dentaria II. ibidem, *in Combe Bioſſe* &c. ID.

*Ad pag.* 558. Cardamine 3. ID. *aux Convers.*

*Ad pag.* 559. poſt n. 4. Varietatem folio ampliſſimo, ſaepe ad terram unico, aut ternato, miſit Mr. GAGNEBIN.

*Ad pag.* 562. Arabis 1. *au pié du roc mildeux, a la Combe Bioſſe, a celle de Vallanvron* IDEM.
ibid. ante n. 4.
3. ARABIS foliis hiſpidis, amplexicaulibus, dentatis, caule erecto, ramoſo.
GAGN. *au cul des Roches entre le Locle & les Brenets.*
Caulis cubitalis, ab imo ad ſummum ad ſingula folia ramoſus, una cum foliis hiſpidus; amplexicaulia iſta, longe elliptica, per oram ſerrata. Flores ramos terminant, exigui, qua nota facile ſeparatur ab Arabi I. Omnino perſuadeor eſſe plantam RAIANAM, dictam p. 562. n. 3.

*Ad pag.* 564. Heſperis 3. *au Pelard* GAGN.

*Ad pag.* 573. Ad characterem Coronillae adde „ealycem quaſi bilabiatum eſſe, ſuperiori denticulo breviter fiſſo.

*Ad pag.* Coronillam n. 4 legit au *Mildeux* GAGN.

*Ad pag.* 575. Ad Coluteae characterem „calycis dentes ſuperiores ſemicirculariter exſcindi (in noſtra) inferiores rectiores eſſe.

*Ad pag.* 585. Trifolii n. 11. petala ita cohaerent, ut pro monopetalo haberi queat.

*Ad pag.* 592. Viciae n. 7. „Calycis ſegmenta ſuperiora ad ſe invicem recurvantur, inferiora rectiora, graciliora, longiora ſunt. Flos ſtrictus, ochroleucus. Vexillum ungue lato, bractea reflexa, emarginata. Alae fere vexillo aequales, ovatae, auriculis maximis. Carina bipes, mediocriter acuta.

*Ad pag.* 622. *lin.* 12. poſt ſegmentis, adde, medio minori.

*Ad pag.* 625. Melampyri galea fiſſa eſt, non emarginata.
*Lin. ult.* adde Huic denticulus calycis quintus minimus accedit & ſupremus.

*Ad pag.* 633. *lin.* 7. dele longis ſpinulis armatus.
*Lin.* 8. poſt lineatae, adde ſecundae minores, plica incipiunt.

*Ad pag.* 643. ad Stachyn n. 3. adde.
Huic Galea nimis evidenter bifurca eſt, quam ut in hoc ordine fere ferri poſſit.

*Ad pag.* 677. Carduus 4. in ſylva *Wellmeſe* prope *Jenam* abunde provenit.

*Ad pag.* 687. Arction deleatur ex ſynonymis & referatur ad ſpeciem 2.

Ad Tabulas Generum.

*Ad pag.* 33. dele *Berberin.*
ibid. Exime *Meum* & pone poſt Cicutam.

*Ad pag.* 34. poſt Pervincam adde
VIII. ISOSTEMONES HEXAPETALAE.
Berberis T. 1.

*INDEX.*

# INDEX.

Abies 147
*Abies* 149
*Abrotanum* 697
*Abſinthium* 550. 694. 695. 696. 713. 716.717.731
*Acacia* 355
*Acanthium* 674. 676. 683
*Acanthus* 447. 682
*Acarizoba* 425
*Acciptrina* 550. 557
Acer 421
*Acetabulum* 394
*Acetoſa* 168. 169. 170
Achillea 712
*Achillea* 734
*Achilleos* 480
*Acinaria* 413
*Acinos* 653. 654
Aconitum 312
*Aconitum* 306. 314. 325. 327. 331. 412.413. 556.737.738
*Aconito cognata* 326. 330
*Acopa* 487
*Acorum* 259. 281
Acorus 259. 775
*Acorus* 281
Acroſtichum 134
*Actaea* 306
*Acus moſchata* 369
*Acuta ſpina* 354
*Adianthum* 106. 107. 108. 116. 133. 134. 136. 137. 140
Adonis 319
*Adoxa* 412
*Aegilops* 204. 213. 225. 227. 228
*Aegopodium* 427
*Aſſodillus* 289
*Agaricum* 5. 26. 27. 28. 29. 32. 33. 57. 58. 60. 61. 89
Agaricus 59
*Agaricus* 39. 41. 42. 43. 57. 58. 60. 61. 89. 90
Agaricofungus 57
Agaricomerulius 33
Agaricopolyporus 26
Ageratum 629
*Ageratum* 734
*Agrifolium* 468
Agrimonia 407
*Agrioriganum* 657
*Agripaume* 639
*Agroſtema* 371
*Agroſtis* 218. 219. 229
Αἰγωλεθρος 611.
*Aira* 215. 217. 218. 223. 224. 225
*Airelles* 415
*Ajuga* 540. 632. 634
*Aizoon* 393. 395. 396. 397. 398. 402. 561. 562
*Alabaſtritis* 556
*Alaſaſa* 357
*Alcea* 363
*Alchemilla* 184.
Alchimilla 184. 774
*Alchimilla* 184. 186. 774
Alectorolophus 623
*Alectorolophus* 620. 621. 622. 623
*Alga* 2. 5. 199. 200. 201. 328
*Algoides* 198
*Aliſma* 275. 276. 277. 278. 300. 378. 458. 483. 484. 737
*Alizier* 357
Allekengi 508. 783
*Alleluja* 364
*Alliaria* 553
Allium 296
*Allium* 295. 296
Alnus 164
*Alni effigie* 354.
*Alopecuros* 205. 493. 499
Alſine 385. 780. 781
*Alſine* 198. 199. 372. 374. 379. 380. 383. 384. 385. 391. 466. 467. 487. 519. 533. 534. 538. 555. 608. 609. 641.
*Alſinella* 391
*Alſinoides* 608
Althea 364
Alyſſon 537
*Alyſſon* 457. 458. 522. 533. 536. 539. 540. 624. 645. 646.
*Amanita* 37. 41. 42. 46. 49. 50. 52
*Amaradulcis* 507
Amaranthus 176
*Amarella* 606
*Ambroſia* 420. 542. 697
*Ambubeja* 761
*Amelanchier* 353
*Amellus* 725
*Ammi* 430
*Amomum* 347
*Ampelopraſum* 296
*Ampelos* 334
*Anacampſeros* 394. 395
Anagallis 481
*Anagallis* 385. 407. 481. 527. 528. 608
*Anagyris* 591
*Anblatum* 611
*Anchuſa* 513. 514. 515. 518. 519. 521
Andromeda 416
*Androſace* 486. 487
*Androſaemum* 360. 361. 362
*Andryala* 753
Anemone 331. 779
*Anemone* 285. 304. 318. 320
*Anemonoides* 332. 333
Angelica 445
*Angelica* 427. 435. 442
*Angelicae vitium* 427
Anonis 588
*Anonyma* 609
*Anonymos* 183. 416. 417. 423. 577. 603
*Anoſtemon* 483
*Anſerina* 338
*Anthemis* 711. 714. 717. 718
Anthericum 291
Anthoceros 127
*Anthora* 313
*Anthoxanthon* 230
*Anthriſcus* 449. 453
*Anthyllis* 183. 389. 566. 570
*Antipater* 702
Antirrhinum 613
*Antirrhinum* 314
*Antithora* 313
*Antoniana* 408. 409. 410
*Antora* 313
*Apargia* 758
*Aparine* 457. 458. 459. 460. 522. 782
*Apate* 756
Aphaca 567
*Aphaca* 597. 598. 599. 600. 739. 751
*Aphanes* 184
*Aphyllanthes* 497. 669. 689
*Aphyllanthi affinis* 667
*Apios* 596
Apium 427
*Apium* 323. 428. 431. 433. 436. 443. 444. 445. 451. 453
*Aponogeton* 198
*Apollinaris* 512
Aquifolium 467
Aquilegia 310
*Aquileja* & *Aquilina* ib.
Arabis 561. 783
*Arabis* 563
*Arachidna* 596. 611
*Arachus* 602. 603
*Aracus* 595. 598. 600. 601
Arbutus 415
*Archangelica* 590. 641
*Arction* 675. 617. 688
*Arctoſtaphylon* 416
*Arenaria* 387. 388. 389. 390
Aretia 585
*Argemone* 303. 304. 338
*Argentaria* 185
*Argentilla* 307
*Argentillae ſimilis* 306
*Argentina* 335. 338
*Aria* 353. 354
Ariſtolochia 196. 774
*Ariſtolochia* 604. 505
*Ariſtolochiae ſimilis* 412
*Armerius* 374. 378. 381. 382. 383
*Armoracia* 555
*Armoraria* 378
Arnica 736
*Artanita* 499
Artemiſia 694
*Artemiſia* 694. 719
*Arthritica* 482. 483. 484
Arum 261
*Aruncus* 306
Arundo 221
*Arundo* 255

*Aſarine*

*Aſarine* 707
Aſarum 195
Aſclepias 525
*Aſtyron* 360. 361. 362
Aſpergillus 6. 763
Aſperugo 522
*Aſperugo* 459
Aſperula 457
*Aſperula* 457. 458. 459. 460
*Aſphodeliris* 291
*Aſphodelus* 289. 290. 294
Aſplenium 134
*Aſplenon* 132
*Aſplenum* 135. & *Aſplenus* ibid.
*Aſſenzo* 695. 714
After 725
*Aſter* 412. 693. 711. 724. 725 735
*Aſterias* 457. 479
*Aſteriſcus* 693 710
Aſterocephalus 668
Aſtragaloides 569
*Aſtragaloides* 570. 603
Aſtragalus 565
*Aſtragalus* 569. 600. 603
*Aſtragali ſimilis* 573
Aſtrantia 439
*Aſtrantia* 445. 446
*Athamantha* 426. 451
*Athanaſia* 721
Atractylis 685
*Atractylis* 685
*Atragene* 334
Atriplex 173
*Atriplex* 174. 175. 176
*Atropa* 509
*Aubepine* 354
*Aucuparia* 351
*Avellana* 160
Avena 222
*Avicularia* 496
*Auricula muris* 379. 384. 388. 519. 531. 533. 742. 745. 746.
*Auricula urſi* 484. 485
Azalea 416
*Azalea* 417

*Baccharis* 704
*Bachbonen* 528
*Bagolae* 352.415
Ballota 648
*Ballote* 641
*Balſamina* 505
*Balſamita* 505. 693
*Balſamum* 417. 418
*Baptiſecula* 691
*Barba caprae* 306
*Barba capri* 306. 307
*Barba caprina* 306
*Barba hircina* 758
*Barba Jovis* 570
*Barbula hirci* 758
*Barbarea* 549. 560. 561
*Bardana* 675
*Bartſia* 625
*Beccabunga* 528
*Bechion* 705. 708
*Been album* 373. 374
*Beerwurtzel* 426
*Beinhültz* 527
Belladonna 509
Bellidaſtrum 723
*Bellidioides* 720. 721
Bellis 722
*Bellis* 667. 668. 713. 717. 719. 720. 721. 723
*Bellium* 720
*Benedicta* 336
Berberis 424
*Bergmännlein* 331. 332
*Bergmüntz* 651
*Berula* 528
Betonica 645
*Betonica* 380. 381. 382. 383. 533 618. 643. 645
*Betonicum* 382
Betula 158
*Betulus* 158
Bidens 709
*Bifolium* 277. 278
*Bipinella* 429
Biſcutella 541
Biſtorta 178
*Bizwurz* 331. 478
*Blattaria* 406. 480. 510. 511. 512
Blitum 176. 774
*Blitum* 174. 176
Boletus 23
*Boletus* 25. 26. 29
*Bonus Henricus* 174
Borrago 524
*Borrago* 522
*Botrys* 633. 774
*Botrytis* 6
*Boviſta* 12
*Brachyſiphonios* 482
*Branca urſina* 447
*Braſſica* 560. 561
*Braunwurtz* 619
*Briza* 212. 213
Bromus 227
Brunella 636
*Brunella* 585. 634
*Bruſcus* 415
Bryonia 505
*Bryonia* 165
Bryum 108. 771
*Bryum* 102. 103. 770
*Buccinum* 314
*Bugle* 634
*Bugloſſa* 513. 523. 523. 524
Bugloſſum 523
*Bugloſſum* 519. 521. 522. 523. 524
Bugula 633
*Bulbine* 286
Bulbocaſtanum 782
*Bulbocaſtanum* 453
*Bulbocodium* 285. 291
*Bulboſa* 291
*Bulbus* 292. 293. 294
*Bunium* 549. 782
Buphthalmum 710
*Buphthalmum* 319. 320. 717. 718. 721
Bupleurum 436
*Bupleurum* 666
*Burſa paſtoris* 538. 539. 542. 543. 545. 546. 562
*Butomon* 281
Butomus 299
Buxbaumia 10
Buxus 163
Byſſus 4. 763
*Byſſus* 2. 36. 62. 88

Cacalia 705
*Cacalia* 707
*Cacatrepola* 689
*Calamagroſtis* 221. 222. 247. 258. 260. 299
*Calamenthum* 649. 651
Calamintha 651
*Calamintha* 649. 654. 658. 659. 726
*Calamus aromaticus* 259
*Calathiana* 473. 474. 476
Calceolus 276
Calcitrapa 689
*Calendula* 722
*Callitriche* 199
*Caltha* 319. 797
Caltha 722
*Camarinna* 162
*Camelina* 537. 550
*Cameraria* 608
Campanula 490. 783
*Campanula* 498. 608. 617
Camphorata 183
*Cannabina* 644. 645. 704. 705. 710
*Cannabinae ſimilis* 711
*Cannabis* 644
*Cantabrica* 379
*Capillus veneris* 137
*Capnos* 604. 605
*Caprago* 576
Caprifolium 464
*Caprifolium* 457
*Caput Gallinaceum* 577
*Caput monachi* 739
*Carara* 542
Cardamine 557. 783
*Cardamine* 547
*Cardamines affinis* 560
Cardiaca 539
*Cardopatium* 686
*Carduocirſium* 667. 682. 683
Carduus 676. 783
*Carduus* 672. 673. 674. 675. 679. 680. 681. 683. 684. 685. 686 687.
Carex 243
*Carex* 234. 235. 236. 237. 240. 242. 259
*Carlina* 678. 682

*Carlina* 685
Carpinus 158
*Carpinus* 423
Carpobolus 13
Carum 428
*Carvi; Caros, Careum* &c. 428
*Carvifolia* 442
Caryophyllata 335. 779
*Caryophyllata* 331. 335. 374. 401
*Caryophyllus* 375. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390.
Caſſida 635
*Caſſuta* 469
Caſtanea 160
*Caſtanea* 568
*Catanance* 315. 505. 594
*Cataputia* 189. 190
Cataria 649
Caucalis 448
*Caucalis* 452
*Ceanothus* 346
*Cedrus* 150
Celtis 773
*Centaurea* 687. 688. 689. 690. 691. 692
*Centaurium* 374. 475. 480. 672. 687. 688. 690
*Centauroides* 678
*Centummorbia* 481
*Centunculus* 384. 386. 389
Cepa 295
*Cepa* 285. 295
*Cepaea* 398
Ceraſus 356
*Ceraſus* 354. 357
*Ceraſtium* 383. 384. 385
*Ceratocephalos* 709. 710
Ceratophyllon 201. 203
Ceratoſpermum 768
*Cerefolium* 452. 453. 454
Cerinthe 515. 713
*Cerinthe* 515
*Cerreta* 678
*Cervaria* 334. 444
*Cervicaria* 490. 491. 493
*Cerviſpina* 163
*Ceterach* 135
Chaerophyllum 452. 782
*Chaerophyllum* 453. 454
*Chaerophyllo ſimilis* 184
*Chamaebalanos* 596. 597. 603
*Chamaebatos* 344
*Chamaebuxus* 607
*Chamaeceraſus* 353. 355. 357. 464 465.
*Chamaeciſſus* 634. 652. 653
*Chamaeciſtus* 358. 359. 360. 399. 416. 417
Chamaeclema 592
*Chamaecypariſſus* 633
Chamaedrys 630
*Chamaedrys* 335. 529. 530. 532.
*Chamaedry ſimilis* 335. 625
*Chamaefilix* 136
*Chamaegeniſta* 592
*Chamaejaſme* 486
*Chamaelea* 187. 188
*Chamaeleon* 677. 682. 685. 686
*Chamaelinum* 372
Chamaemelum 716
*Chamaemelum* 314. 320. 711. 714. 718. 719. 721
*Chamaemeſpilus* 352
*Chamaenerion* 408. 409. 410.
*Chamaeorchis* 269
*Chamaepitys* 507. 540. 633. 634. 714.
*Chamaepyxos* 163
*Chamaerrhododendron* 416. 417. 418
*Chamaerrhodos* 349
*Chamaerubus* 344
*Chamomilla* 711. 718
Chara 196
*Cheiranthus* 563
*Chelidonia* 305. 319. 321. 604. 605.
Chelidonium 305. 783
*Chelidonium* 305. 321
Chenopodium 174. 774
*Chenopodium* 183
Cherleria 391. 781
*Chironia* 359
Chondrilla 755
*Chondrilla* 740. 741. 748. 749. 754. 755. 756.
*Chriſtimanus* 271
Chriſtophoriana 305
*Chryſaea* 505
*Chryſanthemis* 359
*Chryſanthemum* 324. 693. 709. 710. 711. 712. 720. 727. 731. 734. 737.
Chryſocome 703
*Chryſocome* 698. 699. 700
Chryſoſplenium 189
*Cicer* 568. 569. 588. 590. 601 602.
*Cicercula* 595
*Cichoria* 752. 761
Cichorium 761
*Cichorium* 751. 752. 759
Cicuta 433
*Cicuta* 433. 436
*Cicutaria* 432. 433. 434. 435. 436. 452. 453. 454
*Cicutariae ſimilis* 452
Circaea 456
Cirſium 679
*Cirſium* 523. 676. 677. 679. 686
*Ciſſampelos* 173
*Ciſtus* 316. 359. 360. 416. 417. 418
Clathroidaſtrum 8. 763
Clathroides 10. 763
Clavaria 14. 763
Clavariae affinis 17
Clematis 333. 779
*Clematis* 332. 526
*Clibenkraut* 459
Clinopodium 653
*Clinopodium* 642. 625
*Clymenum* 596. 618. 619
Clypeola 539
*Cneorum* 187. 378
*Cnicum* 678
*Cnicus* 679. 685. 686
*Cochlearia* 542
*Cochleata* 578
*Codiaminum* 285
*Codianum* 285
Colchicum 282. 777
*Colubrina* 282
*Colus Jovis* 689
Colutea 575. 783
*Colutea* 573. 574. 575. 607
*Coma aurea* 703
*Coma coerulea* 626
Comarum 337. 779
Conferva 1. 763
*Conium* 434
*Conſiligo* 317
*Conſolida* 515. 516. 735
*Conſolida aurea* 734
*Conſolida media* 634. 635
*Conſolida regalis* 314
*Conſolida ſaracenica* 734
*Convallaria* 287. 288
*Convallium* 287
*Convolvulum* 173
Convolvulus 488
*Convolvulus* 173
Conyza 704
*Conyza* 703. 709. 710. 711. 724. 725. 726. 727. 729. 730. 731. 735
*Conyzella* 725
*Conyzoides* 693. 724
*Corallo fungus* 15. 28
Coralloides 15. 763
Coralloidi adfinis 17
Corallorrhiza 278. 776
*Corchorus* 427. 746
*Coris* 628
*Cornucervi* 542
Cornus 463
*Coroneola* 592
*Coroneolae affinis* 593
Coronilla 573. 783
Coronopus 542
*Coronopus* 471
Corrigiola 391
Corylus 159
*Corymbifera* 713
*Coſmoſandalos* 276
*Cota* 718
*Cotoneaſter* 352. 353
*Cotula* 711. 717. 718. 732
*Cotyledon* 392. 393. 394. 400. 401. 402. 425 781
*Cracca* 598. 599. 600. 601
*Crambe* 536
*Craſſula* 394
Crataegus 353. 780


*Cratae-*

*Crataegus* 353
*Crataegonum* 625. 626
*Crepis* 750
*Creſcione* 435
*Creſpinus* 424
*Creſſio* 549
*Criſpina* 346
*Criſpula* 373
*Criſta* 625. 627
*Criſta Galli* 624
*Crithamus* 436
*Crithmum* 436
*Crocum* 281
Crocus 281. 777
*Crucialis* 462
*Cruciata* 457. 459. 460. 461. 462. 474. 477
*Crus galli* 323
*Cucubalus* 373. 377
*Cucullata* 611
*Culices* 266
*Cuminum* 314. 428
*Cyanoides* 689. 691
Cyanus 690
*Cyanus* 688
Cyathoides 17
Cyclamen 499
*Cyclaminus* 165. 288. 499. 500
*Cymbalaria* 613
*Cyminum* 442
*Cynapium* 433
*Cynocephalos* 616
*Cynocrambe* 195
*Cynogloſſa* 520. 521. 522
*Cynogloſſoſpermum* 521
Cynogloſſum 521. 783
*Cynogloſſus* 515
*Cynorrhodus* 347. 349. 350
*Cynoſorchis* 262. 263. 264. 265. 266. 272. 273
*Cynoſurus* 232
*Cyperella* 248. 251. 256. 257. 258
Cyperoides 234
*Cyperoides* 243. 244. 245. 246
Cyperus 246
*Cyperus* 245. 246. 247. 251. 252. 257
*Cypripedium* 277
Cytiſus 591
*Cytiſus* 575. 584

*Dactyliobotanos* 404. 534
*Dactylus* 220
Damaſonium 300
*Damaſonium* 275. 276. 277. 737
*Daphne* 187
*Daphnoides* 188
*Daſyſtephane* 178
*Datura* 489
*Daucoides* 448. 449
Daucus 450
*Daucus* 426. 429. 430. 431. 432. 433. 440. 443. 444. 448. 451. 452
Delphinium 314
*Dens leonis* 363. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 751. 760.
Dentaria 556. 783
*Dentaria* 609. 611. 777
*Dentellaria* 551. 724
*Denticulata* 412
*Dianthus* 381. 382
*Diapenſia* 449
*Dichotophyllon* 202
*Dictamnus* 311. 312
Digitalis 616
*Digitalis* 618
*Dioſpyros* 353
Dipſacus 672
*Dipſacus* 685
*Diuretice* 737
*Dodecatheon* 504
*Döni* 318
*Dorella* 537
Doronicum 738
*Doronicum* 723. 735. 736. 737.
Dorycnium 570
Draba 538
*Draba* 538. 561. 562. 563 783
*Draco* 712
*Dracunculus* 712. 713. 714
*Droſera* 373
*Droſium* 185
Dryas 335
*Drymopogon* 306
*Dryopteris* 138. 140. 142
*Dulcisamara* 507

*Eberwurtz* 679. 689
*Ebulus* 466
*Echinophora* 441. 449
*Echioides* 519. 521. 523
Echium 513
*Echium* 493. 515. 518. 519. 520. 523
*Eghelo* 591
*Eglentina* 350
*Elaeagnos* 155
*Elaphoboſcum* 146
*Elatine* 173. 470. 496. 521. 533. 534. 597. 613. 614
*Elenium* 727
*Eleoſelinum* 427
*Elichryſum* 598. 699. 700. 701
*Elleborine* 287. 298. 317. 319. 320
*Elzbeere* 357
Embolus 8
*Emerus* 575
*Empetron* 182. 461
Empetrum 162. 773
*Endivia* 751. 756
*Enula* 728
Ephedra 145
*Ephemerum* 286
Epilobium 408. 781
*Epimedium* 130. 320
*Epimelis* 352
Epipactis 277
*Epipactis* 275. 276.
*Epithymum* 469. 585
Equiſetum 142. 772
*Equiſetum* 197. 202
*Eragroſtis* 213. 214
Erica 418
*Erica* 162. 360. 414. 416. 418
*Ericoides* 416. 627
Erigeron 724
*Erigeron* 731. 732. 733. 750
Erinaceus 31
*Erinus* 494. 629
*Erini affinis* 190
*Eriocephalos* 680. 681
*Eriophorum* 250. 251
Eruca 553
*Eruca* 548. 549. 550. 551. 552. 554. 555. 561
*Erucula* 553
*Ervilia* 596
Ervum 602
*Ervum* 594. 595. 597. 598
Eryngium 455
*Eryngium* 436. 689
*Eryſimum* 172. 549. 550. 551. 552. 553. 561. 564
*Eryſimi ſimilis* 561
*Eryſithales* 679
*Eſparſette* 577
*Eſula* 189. 190. 191. 192. 193. 194. 505
Ethuſa 433
Euonymus 423
*Euonymus* 417
Eupatorium 704
*Eupatorium* 407. 618. 638. 704. 709. 701
*Euphorbia* 189. 190. 191. 192. 193. 194
*Euphragia* 627. 628. 629
Euphraſia 628
*Euphraſia* 386. 519. 520. 533. 609. 625. 627. 628
Ευρυθαλεια 474

*Faba inverſa* 262. 591
*Fabaria* 394
Fagopyrum 172
*Fagotriticum* 172
Fagus 160
*Fagus* 158. 160
*Falcaria* 436
*Falcata* 579
*Favagella* 321
*Febrifuga* 719
*Feehdiſtel* 684
*Fegopyron* 172
Ferrum equinum 573
*Ferrum equinum* 573
*Ferula* 592
*Feſtuca* 204. 208. 209. 212. 223. 225. 227. 228. 230
Ficaria 312

*Ficus Idaea* 464
*Filago* 530. 700. 701. 702. 703
*Filicaſtrum* 132. 772
*Filicula* 133. 134. 136. 138. 139. 140. 141
Filipendula 306. 778
*Filipendula* 432. 602. 621
*Filius ante patrem* 408. 409. 410
Filix 132.
*Filix* 132. 133. 134. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 772
*Fiſtularia* 621. 622. 623
*Flammula* 322. 334
*Fleiſchblum* 581. 626
*Flos adonis* 320
*Flos ambarvalis* 606
*Flos cheiri* 563
*Flos crucis* 606
*Flos cuculi* 374. 378. 559
*Flos garyophyllus* 381
*Flos S. Jacobi* 731.
*Flos S. Johannis* 720
*Flos Jovis* 376
*Flos regius* 314
*Flos Solis* 358
*Flos tinctorius* 724. 726. 727
*Flübirlin* 352
*Flühblümlein* 484
Foeniculum 425.
*Foeniculum* 198. 328. 431. 432. 487. 612
*Foeniculus* 329
*Foenum Burgundiaçum* 578
*Foenum Graecum* 568
*Fontalis* 180. 200
*Fontilapathum* 200
Fontinalis 95. 768
*Fontinalis* 200
*Forbeſina* 709
*Forbicina* 710
Fragaria 335. 779
*Fragaria* 335. 342. 779
*Fragum* 335
Frangula 164. 773
*Fraxinea arbor* 350
*Fraxinella* 287
Fraxinella 311
Fraxinus 167. 773
*Frauendiſtel* 673
Fritillaria 290 780
*Frumentum Saracenicum* 172
*Fucus* 62. 80
Fumaria 604
*Fumaria* 612
*Fumus terrae* 605
Fungoidaſter 58.
*Fungoides* 19. 20. 21. 22. 23
Fungus 34. 764. 765
*Fungus* 11. 12. 14 15 18. 19. 20 21. 22. 23. 24. 26. 27. 28. 29 30. 31 32. 33. 57. 58. 60. 61. 81. 89. 90.

Galega 576
*Galega* 603
Galeopſis 644
*Galeopſis* 619. 639. 640. 641. 642. 643. 645. 646. 650
*Galiopſis* 640
Galium 460. 782
*Galium* 458. 459. 460. 461. 462
*Gallitrichum* 638
*Gallium* 457. 458. 782
*Garlobſtuden* 415
*Garoſinus* 175
*Garyophyllata* 335. 400
*Garyophyllaea* 382
*Gattaria* 649
*Gauchblume* 539
Geaſter 13. 763
*Gemſchwurz* 737
Geniſta 592
*Geniſtella* 592. 593
*Gensblum* 538. 720
Gentiana 473. 783
*Gentiana* 376
*Gentianella* 473. 474. 475. 676. 477
Geranium 365. 780
*Gerontopogon* 158
*Geum* 335. 336. 337. 399. 400. 401. 402
*Gigharum* 261
*Gingidium* 449
*Githago* 376
Gladiolus 279. 777
*Gladiolus* 280. 281. 299
*Glans terrae* 596
*Glaſtifolia* 560
*Glaſtum* 516. 535
Glaucium 304. 778
*Glaucoides* 406. 407
*Glaux* 406. 407 565. 566. 568. 571. 577
*Glechoma* 652.
Globularia 667
*Glycypicros* 507
*Glycyrrhiza* 565. 566
Gnaphalium 250
*Gnaphalium* 698
Gramen 203 - 234. 775
*Gramen* 129. 235. 236. 237. 238. 239. 240 241. 242 244. 245. 246. 247. 249 250. 251. 252. 254. 256. 257. 258. 385. 386
*Gramen bulboſum* 301
*Gramen floridum* 385. 386
*Gramen Parnaſſi* 288. 316
*Graminifolia* 129. 198
*Gratia Dei* 358. 635
Gratiola 617
*Gratiola* 416
*Groſſularia* 346. 347
*Gruinalis* 365. 366. 367. 368
*Guadarella* 315
*Guldinkraut* 632

*Halicacabum* 508
*Halimus* 464
*Hamaemelis* 353
*Hannebana* 512
*Hartriegel* 463
Hedera 165
*Hedera* 652. 653
*Hedypnois* 739. 751
Hedyſarum 577
*Hedyſarum* 573. 574. 575. 577
*Helenium* 727. 728. 735
Helianthemum 358. 780
*Helianthemum* 399
*Helichryſum* 698. 699. 700. 701
*Heliochryſos* 703. 716
Heliotropium 520
*Heliotropium* 519. 520. 521
*Helleboraſtrum* 317. 319
Helleborine 274. 776
*Helleborine* 182. 277. 477
*Hellebororanunculus* 318
*Helleborum* 298
Helleborus 317
*Helleborus* 298. 319. 320. 439. 440
*Helminthotheca* 752
Helxine 172. 173. 177. 456. 438. 489
Hemerocallis 290. 778
*Hemerocallis* 289. 777
Hemionitis 134. 707
*Hendelkraut* 404. 734
Hepatica 126. 771
*Hepatica* 125. 126. 127. 128. 189. 316. 320. 321. 328. 457. 458
*Hepaticoides* 1. 121. 122. 124. 125
*Hepatorium* 704. 709
*Heptaphyllon* 185. 339
*Heracantha* 686
*Heraclea* 642
*Heracleum* 447
*Herba alba* 694
*Herba articularis* 373
*Herba Barbarae* 549
*Herba cancri* 520
*Herba cervi* 334
*Herba coſtae* 760
*Herba cruciola* 256
*Herba fullonum* 474
*Herba fumana* 360
*Herba gattaria* 649
*Herba Gerardi* 427
*Herba Jacobaea* 732
*Herba S. Jacobi* 731. 732
*Herba impia* 702
*Herba Judaica* 635. 642. 646
*Herbae Judaicae ſimilis* 645. 646
*Herba S. Kunigundae* 704
*Herba Leporina* 584
*Herba ocymi foliis* 456
*Herba Paralyſis* 483
*Herba Paris* 412
*Herba perforata* 360
*Herba rena* 446
*Herba Roberti* 369
*Herba Sacra* 650
*Herba Simeonis* 363

*Herba d. Stephani* 456
*Herba Trinitatis* 504
*Herba Turca* 183
*Herba venti* 333
*Herba urinalis* 614
*Herba vulneraria* 184. 439
*Herminium* 269
*Hermodactylus* 283. 499
Herniaria 182
*Herniaria* 183. 186
Heſperis 563
*Heſperis* 552 553. 561. 562. 563
*Heſperidi ſimilis* 562
*Hiberis* 559
Hieracioides 750
Hieracium 742
*Hieracium* 73. 740. 741. 742. 750. 751. 752. 758. 759. 760
*Hierobotane* 529
*Himmelſtengel* 476
*Hippagroſtis* 131
*Hippia* 386
*Hippion* 476
*Hippocrepis* 573
*Hippolapathum* 170
*Hippomarathrum* 430. 442
*Hippophae* 162
*Hippophaeſtum* 689
*Hippoſelinum* 427
*Hippuris* 143. 144. 197
*Hircibarba* 758
*Hirculus* 399
*Hirundinaria* 481. 525
*Hirzwurz* 335
*Holoſteum* 134. 145. 254. 384. 386. 387. 390. 471
*Holwurtz* 604
Hordeum 204
*Horminum* 638. 639
Hottonia 487. 783
*Houx* 468
*Humulus* 166
*Hundtszung* 515
*Hyacinth Aſphodelus* 294
*Hyacinthus* 285. 286. 289. 292. 293
*Hydna* 31. 32
*Hydroceratophyllon* 202
Hydrocharis 301
Hydrocotyle 425
*Hydrolapathum* 171
*Hydropiper* 181. 528. 709
*Hyeble* 466
Hyoſcyamus 512
*Hyoſcyamus* 410
*Hypereum* 338
Hypericum 360. 780
Hypnum 97. 768. 769
Hypochoeris 759
*Hypochoeris* 761
Hypopitys 411
*Hyſſopifolia* 406
*Hyſſopoides* 406. 629
*Hyſſopus* 358

*Jacea* 503. 504. 671. 678. 680. 682. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 709
*Jacobaea* 731. 732. 733. 734. 735. 736. 750
*Jacobaeoides* 731
Jaſione 496
*Jaſione* 489
*Jaſme* 486
Iberis 542
*Iberis* 543. 558. 559
*Ilex* 467. 468
*Illecebra* 397
Impatiens 505
Imperatoria 445
*Imperatoria* 439. 440. 445
*Impia* 702
*Ingruen* 526
*Innominata* 732
*Intubum* 761
*Intubus* 744. 751. 761
*Intybus* 752. 753. 754. 758
*Inula* 725
*Jouthlaſpi* 540
*Irio* 172. 549. 551. 555
Iris 279. 777
Iſatis 535
*Iſchaemum* 205. 220
*Iſokoroggi* 424
*Iſophyllon* 439
*Iſopyrum* 310. 487
*Iva* 633. 634. 714
*Juncago* 258
*Juncellus* 248. 249
*Juncoides* 250. 250. 257. 258
*Juncoidi adfinis* 258
Juncus 252
*Juncus* 244. 245. 247. 248. 249. 250. 251. 258. 299. 432
Jungermannia 120. 771
*Jungermannia* 126
Juniperus 146
Ιξοκαυλον 374. 378

*Kaiſerlin* 484
*Kaelberſchiff* 473
*Kartendiſtel* 623
*Keiri* 563. 564
Knawel 186. 774
*Knawel* 391
Κοιλανθη 478
Κραυροφιλον 375
*Kuchenſchell* 333

*Labrum veneris* 673
*Labruſca* 166
*Laburnum* 591
*Lactariola* 746 751
Lactuca 755
*Lactuca* 666. 753. 754. 755. 758. 759
*Ladanum* 645
*Lagopodium* 570
*Lagopus* 583. 584. 698
Lamium 640
*Lamium* 619. 640. 644. 650
Lampſana 759
*Lampſana* 555
*Lancea Chriſti* 660
*Lanceola* 471. 757
*Lantana* 467
*Lapathum* 174. 180. 200
Lapatum 168. 773
Lappa 675
*Lappa* 161. 448. 456. 686
*Lappago* 461
*Lappula* 581
*Lapſana* 555
Larix 148
Laſerpitium 440
*Laſerpitium* 445
*Lathyris* 189. 595. 596
Lathyrus 59
*Lathyrus* 597. 603
*Laurea* 323
*Laureola* 188. 777
*Ledoides* 416
Ledum 417
*Ledum* 416
Lentibularia 612
*Lenticula* 128. 129. 198. 199
*Lenticularia* 128
Lens 601
*Lens* 128. 129. 579. 602
*Leontodon* 740. 741
*Leontopetalon* 604
*Leontopodium* 520. 701
*Leonurus* 639. 640
Lepidium 546
*Lepidium* 543. 559
*Leucanthemum* 720. 721
*Leviſticum* 432
Leucojum 284
*Leucojum* 539. 543. 552. 560. 561. 562. 563 564
*Leuconarciſſolirium* 289
Libanotis 450
*Libanotis* 431. 440. 441. 443. 444. 754
Lichen 63. 765. 766. 767. 768
*Lichen* 62. 122. 124. 125. 126. 127. 128 177
Lichenagaricus 89
*Lichenaſtrum* 120. 771
*Lichenoides* 63. ſeqq. 766. 767. 768
*Lienenkraut* 465
Liguſticum 434
*Liguſticum* 441. 442. 451
Liguſtrum 527
*Liguſtrum* 164
*Liliago* 286. 292
*Liliaſtrum* 290
Lilium 289. 777. 778
*Lilium* 290
*Lilium convallium* 286. 288
*Limeum* 327
*Limneſium* 618
Limnopeuce 197
Limodorum 278
*Limodorum* 270 610
*Limonium* 179. 487. 665

Limoſella 609
Linagroſtis 250
*Linaria* 183. 184. 187. 371. 408. 537. 613. 614. 615. 703
*Linariae affinis* 612
*Lingua* 735
*Lingua cervina* 134
*Lingua paſſerina* 187
Linkia 62
Linnaea 608
*Linophyllum* 184
*Linoſyris* 703
*Linozoſtis* 194
Linum 370
Lithoſpermum 517. 783
*Lithoſpermum* 187. 520. 521
*Locuſta* 666
Lolium 206
*Lolium* 204. 212. 213. 228. 233. 376
*Lonchitis* 132. 136. 142. 276
*Lonicera* 464. 465
*Loto affinis* 569. 570
Lotus 571
*Lotus* 570. 571. 573. 579. 580. 581. 584. 587
*Lujula* 364
Lunaria 540
*Lunaria* 130. 131. 484. 539. 541. 730
Lunularia 125
*Luparia* 312
*Lupulinum* 580. 581
Lupulus 166
*Lutea* 315
Luteola 315
*Lutum* 315
*Luzerne* 579
Lychnis 376. 780
*Lychnis* 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 391. 691.
*Lychnoides* 388. 390
*Lycium* 164
*Lycoctonum* 312. 314
Lycogala 7
Lycoperdaſtrum 13
Lycoperdoides 13
Lycoperdon 11. 763
Lycopodioides 90
Lycopodium 90. 766
*Lycopodium* 92. 94
Lycopſis 523
*Lycopſis* 514. 520
Lycopus 660
*Lycoſtaphylon* 463. 464
Lyſimachia 480
*Lyſimachia* 406. 408. 409. 410. 411. 629 635. 636. 643
*Lythrum* 406

*Macaleb* 356
*Machaleb, Macholebum* &c. ib.
*Majanthemum* 287
*Majele* 484
*Malum* 351. 352
*Malus* 351
Malva 362
Marchantia 127
Mariſcus 251
*Mariſcus* 247
*Marrubiaſtrum* 648
Marrubium 548
*Marrubium* 639. 641. 643. 648. 660
Marſilea 124
*Martagon* 289. 777
*Maru* 515
*Mater violarum* 501
Matricaria 718
*Matricaria* 714. 719. 720. 721. 732
*Matriſylva* 458
*Mecon* 691
Medica 578
*Meelbaum* 467
*Meerhirs* 518
Melampyrum 625. 783
*Melandrium* 373. 374. 377
*Melanium* 503
*Melanoſchoenos* 244
Μελανοςικτη 479
*Melanthium* 316
*Melica* 216. 217
Melilotus 587
*Melilotus* 571. 572. 574. 579. 580. 582. 584
*Melinum* 639
Meliſſa 650
*Meliſſa* 640. 651
*Meliſſophyllon* 650
*Melittis* 650
*Menianthes* 487 & *Menyanthes*
Menoanthes 487. 783
*Menyanthoides* 609
Mentha 657
*Mentha* 649. 659. 660
*Menthaſtrum* 657. 658
Mercurialis 194
*Mercurialis* 505
Merulius 24. 764
Meſpilus 352
*Meſpilus* 353. 354
Meum 426
*Meum* 430. 431. 454. 612
*Mieſſbeer* 413
Milium 219
*Milium* 219. 626. 627
*Milium ſolis* 374. 518
*Millefolium* 201. 202. 328. 329. 487. 550. 612. 712. 713. 714. 715. 716. 783
*Millegrana* 182
*Milzatella* 641
Mnium 119. 771
*Mnium* 114. 118
*Mochus* 602
*Mollugo* 460. 461
*Moly* 295. 296. 297
*Molybdaena* 180
*Monophyllon* 288
*Monorchis* 269
Montia 608
*Morſus Diaboli* 671
*Morſus gallinae* 386. 534. 641
Morſus ranae 301
*Morum* 345
Moſchatellina 412
*Moſchatellina* 629
*Mouſtarda* 554
Mucilago 5
Mucor 7
*Muraria* 137
Muſcari 285
*Muſcatellina* 412
*Muſcipula* 373. 374. 375
*Muſcofungus* 65. 66. 67. 68. 72. 74. 76. 77. 79. 80. 88
Muſcoides 125
*Muſcus* 62. 63. 64. 65. 66. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 77. 79. 83. 92. ſeqq. ad 124. 129. 375. 378
*Muttellina* 451
Mutterwurz 737
*Muttrine* 431
*Myacantha* 689
*Myagroides* 539
Myagrum 536. 783
*Myagrum* 379. 537. 650
Myoſotis 383. 780
*Myoſotis* 519. 520. 538
*Myrica* 419
*Myriophyllon* 201. 202. 487 782
*Myrrhida* 369. 370
Myrrhis 453. 782
*Myrrhis* 448. 451. 452
*Myrrhoides* 452
*Myrtillus* 414. 415
*Myrtus* 416

*Napellus* 306. 312. 313. 779
*Narciſſoleucojum* 284
Narciſſus 284
*Narciſſus* 284. 291. 292. 393
*Nardum* 664
*Nardus* 203. 664. 665. 682. 737
*Naſturtiolum* 547
Naſturtium 543
*Naſturtium* 542. 547. 549. 550. 557. 558. 559. 560
*Natrix* 590
*Nenuphar* 202
*Neottia* 278
*Nepeta* 649. 658. 659
*Nerium* 417. 418
*Nidus avis* 278
Nigella 316
*Nigella* 376
*Nigellaſtrum* 376
*Niſeago* 375
*Niſſolia* 594
*Noli me tangere* 505
*Noſtoc* 20. 60. 62. 80
*Nucula* 782
*Nummularia* 481. 609
*Nuci metellae congener* 489
*Nux veſicaria* 423
Nymphaea 302
*Nymphaea* 301

O*bolaria* 609
*Ochſenzung* 523
*Ocymaſtrum* 377. 456. 618. 619. 654. 665
*Ocymoides* 374.375.376.377.378
*Ocymum* 172
*Odontides* 378
Odontites 627
Oenanthe 431
*Oenanthe* 307.620.782.
*Oenothera* 411
*Oleaſter* 161
*Olſenichium* 443
*Olus album* 666
Onagra 410.781
*Onagra* 409.410.
Onobrychis 557
*Onobrychis* 183. 496. 567. 568. 569. 577
*Ononis* 588. 589. 590.
Onopordon 679
*Onopordon* 676. 680
*Onopteris* 136
*Onopyxos* 676. 681
*Onoſma* 513
Ophiogloſſum 131
Ophris 277
Oψαν θη 474
Opulus 463
*Opulus* 421
*Orchiaſtrum* 274
Orchis 262. 776
*Orchis* 274 277 278
*Orchocarpos* 465
*Oreoſelinum* 431. 444. 445
Origanum 656
*Origanum* 653
Ornithogalum 294. 778
*Ornithogalum* 293. 596
Ornithopodium 572
*Ornithopodium* 574
*Ornithopodii ſimilis* 573
*Ornus* 158. 167. 351.
Orobanche 610
*Orobanche* 137.228.411.611.711
*Orobanchoides* 411
Orobus 602
*Orobus* 566. 570. 599. 602.
*Orvala* 631. 639
*Os leonis* 615.616
Oſmunda 130. 772
*Oſmunda* 133. 599
*Oſteocollum* 145
*Oſtericium* 427. 439
*Oſtrya* 158
*Oſyris* 614. 615. 703
*Otites* 375
*Oxalis* 168. 169. 170. 369
*Oxyacantha* 354. 424
Oxycoccus 413
Oxys 364

Padus 357
*Padus* 357
Paeonia 310
*Palma Chriſti* 271. 272. 273
*Palmaria* 402
*Palmata* 270. 271. 272 272
*Panaces* 441. 444
*Panax* 441. 447
*Pancaſeolus* 782
*Panicaſtrella* 233
Panicum 233
Papaver 303
*Papaver* 304. 305. 373. 374
*Paralyſis* 483
*Paralytica* 484
Parietaria 177
*Parietaria* 626
Paris 412. 781
*Parnaſſia* 316
*Paronychia* 137. 404. 538. 539. 540. 562.
*Parthenium* 714. 717. 719. 721
*Paſſerina* 187
Paſtinaca 446
*Paſtinaca* 442. 450 452
*Paſtoria burſa* 542. 545
*Pecten Veneris* 454
Pedicularis 620
*Pedicularis* 317.624.625.627.621
*Pelecinus* 576
*Pentagonium* 496
*Pentaphylloides* 337. 338. 342
*Pentaphyllum* 185. 337. 339. 340. 341
Pentapteris 201. 775
*Pentapterophyllon* 201
Peplis 406
*Peplos* 193
Perchepier 148
*Perfoliata* 437. 438. 480
*Perforata* 360
*Periclymenum* 464. 465
Perſicaria 179
*Perſicaria* 505
*Perſonata* 675
Pervinca 526
*Pes anſerinus* 174
*Pes columbinus* 366
*Pes Leonis* 184. 185
Petaſites 706
*Petroſelinum* 433
Peucedanum 442
*Peucedanum* 431
Pez za 18. 764
*Phalangitis* 290. 292
Phalangium 291 778
*Phalangium* 290. 291
*Phalaris* 250
Phallus 29
*Phaſiolus* 595. 603
Phellandryum 432. 782
*Phellandrium* 431
*Phillyrea* 527
*Phleos* 301
Phleum 231
*Phleum* 260
*Phlomis* 483. 511
*Phlox* 381
*Phoenix* 206. 212
*Phonos* 686
*Phthora* 328
*Phu* 480. 662. 663. 664. 665. 666
*Phyllitis* 134
*Phyllochnois* 635
*Phyllon arrhenogonon* 538
*Phyllon thelygonon* 402. 539
*Phyllo ſimilis* 486
*Phyſalis* 508
*Phyteuma* 494. 497. 668
*Picea* 147. 148. 149
Picris 751
*Picris* 758
*Picrium* 475
*Piloſella* 539. 562. 698. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 760
Pilularia 129. 772
*Pinaſtella* 197. 202
*Pinaſter* 149. 150
Pinguicula 611
Pinus 149
*Pinus* 149. 197
*Piper* 187. 188
*Piperaſtrum* 347
Pirola 420
Pirus 351
*Piſtacia* 423
*Piſtolochia* 604
*Piſum* 594. 595. 599. 600
*Pityoſpermum* 453
*Pityuſa* 190. 192
*Plantaginella* 609
Plantago 470 783
*Plantago* 300. 609
*Plantanaria* 259. 260
*Platanus* 421
*Poa* 211 213. 215. 231.
Podagraria 427
Polemonium 490
*Polemonium* 372. 373. 374. 665
*Poliifolia* 416
*Polium* 540 632
*Polyacantha* 689
*Polyacanthos* 681
*Polychreſtum* 444
*Polycnemon* 653. 658
Polygala 606
*Polygala* 566. 571. 573. 574. 577. 607
*Polygalium* 577
Polygaloides 607
*Polygalon* 565. 577. 606
*Polygalo ſimilis* 569.575
Polygonatum 286.777
*Polygonatum* 379
*Polygonifolia* 391
Polygonum 182
*Polygonum* 145. 173. 182. 183. 186. 387. 388. 391
*Polygono adfinis* 389
Polypodium 107
*Polypodium* 132
Polyporus 25. 764.
*Polypremnon* 666
*Polyſpermon* 176
Polytrichum 106. 769
*Polytrichum* 114. 115. 135

Populago 319
Populus 158
Porrum 294 778
*Porrum* 296. 297
*Portula* 407
Portulaca 392
*Portulaca* 395. 407. 608
Potamogeton 199
*Potamogeton* 178. 198. 201. 202
Potentilla 338. 779
Prenanthes 754
Primula 482
*Primula* 722
*Proſerpinaca* 182
*Protentilla* 338
*Prunella* 636. 637. 638
Prunus 355
*Pſeudoacorus* 281
*Pſeudoambroſia* 542
*Pſeudo amomum* 347
*Pſeudoapios* 596
*Pſeudoaſphodelus* 291
*Pſeudochamaebuxus* 607
*Pſeudochamaedrys* 529
*Pſeudocyperus* 239. 247. 252
*Pſeudocytiſus* 591
*Pſeudodamaſonium* 276
*Pſeudofumaria* 604
*Pſeudo helleborus* 318. 319. 319. 325
*Pſeudo Iris* 291
*Pſeudoleontopodium* 700
*Pſeudolimodoron* 278
*Pſeudoliguſtrum* 357
*Pſeudolyſimachium* 407. 408. 409
*Pſeudomarrubium* 660
*Pſeudomelanthium* 736. 737
*Pſeudomyagrum* 536. 537
*Pſeudonarciſſus* 285. 291
*Pſeudo-Orchis* 270. 277. 278
*Pſeudorhaponticum* 603
*Pſeudoſtachys* 642. 643
*Pſeudoſtruthium* 315
*Pſeudovaleriana* 666
*Pſyllium* 470
*Ptarmica* 799. 712. 713. 737
*Pteriadium* 140
*Pteridium* 140. 141
*Pterium* 133
*Pteris* 132. 133
Puccinia 16
An Puccinia 17
Pulegium 659
*Pulegium* 651. 654
*Pulicaria* 181
Pulmonaria 516. 783
*Pulmonaria* 73. 516. 518. 745. 746. 747
*Pulſatilla* 331. 332. 779
*Pycnocomos* 427. 671
*Pyraſter* 353
Pyrethrum 720
*Pyrethro ſimilis* 712
*Pyrola* 277. 316. 420. 421

*Quadrifolium* 581
Quercus 159
*Quinquefolium* 337. 338. 339. 340. 341. 779
*Quinquefolio ſimilis* 339

*Radicula* 548
*Radix cava* 604. 605
*Radix Idaea* 416
*Radix Rhodia* 394
*Ranunculoides* 328. 329
Ranunculus 321. 779
*Ranunculus* 128. 300. 301. 310. 318. 319. 320. 321. 329. 330. 331. 333. 335. 412. 425.
*Raphaniſtrum* 536. 555
Raphanus 548
*Rapiſtrum* 536. 548. 555
*Rapum* 379. 490. 491. 492. 494. 495. 498
Rapunculus 497
*Rapunculus* 491. 492. 491. 492. 494. 495. 497
*Rapuntium* 497 498
*Regina prati* 306
Reſeda 315. 779
*Reſeda* 316
*Reſtabovis* 589
*Rha* 687
Rhamnoides 161. 773
Rhamnus 163
*Rhamnus* 161. 162. 164
*Rhaponticoides* 678. 686
Rhaponticum 687
*Rhaponticum* 690
*Rhinanthus* 624
*Rhodiola* 394
*Rhododaphne* 408
*Rhus* 607
Ribes 345. 779
Riccia 128. 772
*Robur* 159
Rorella 372
*Rorida* 372
*Rorippa* 550
Roſa 347
*Roſa* 373. 416. 417
*Roſae ſimilis* 376
*Roſea radix* 394
*Ros marinum* 416
*Ros ſolis* 372
Rubeola 457
*Rubeola* 457. 460
*Rubertiana* 369
Rubia 462
*Rubia* 457. 458. 459. 460. 461.
Rubus 343. 779
*Rubus* 348
*Rubrkraut* 700. 702
*Rumex* 168. 169. 170. 171. 172. 174.
Ruta 411
*Ruta canina* 620
*Ruta capraria* 576
*Ruta lunaria* 130
*Ruta muraria* 133. 137
*Ruta pedicularia* 621
*Ruta pratenſis* 380
*Ruta ſylveſtris* 361

*Sagina* 387. 390.
*Sagina* 300. 301.
Sagittaria 300
*Sainfoin* 574
Salicaria 405
*Salicaſtrum* 507
Salix 151. 773
*Salix* 664
*Saliunca* 664. 665
*Salſirora* 372
Salvia 638
*Salvia* 632 643
Sambucus 465
*Sambucus* 463. 464
*Sanamunda* 187
*Sanguen* 463
*Sanguinaria* 365
*Sanguinea vinga* 463
*Sanguiſorba* 469
Sanicula 449
*Sanicula* 330. 400. 401. 403 404 405. 439. 611
Saponaria 373. 780
*Satureia* 626
*Satyrium* 262. 263. 265. 266. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 277. 278
Saxifraga 399. 781
*Saxifraga* 186 189
*Saxifragia* 137. 308. 374. 388. 390. 428. 429. 430. 431 442. 451. 458. 464. 486. 551. 556. 587.
Scabioſa 669
*Scabioſa* 496. 497 667. 668 669. 671. 672. 688. 689. 690.
Scandix 454
*Scandix* 184. 452
*Scariola* 755
Scheuchzeria 258
Schoenus 251
*Schoenus* 244
*Scilla* 293
*Scirpocyperus* 247. 775
*Scirpoides* 245. 256
Scirpus 247
*Scirpus* 216. 244
*Sclarea* 638. 639
*Scleranthus* 186
*Scolopendria* 134. 135
*Scolymus* 686
*Scopa* 419
*Scordium* 631. 632
*Scorodonia* 632
*Scorodopraſum* 295. 778
*Scorodotis* 632
*Scorpioides* 519. 520
Scorpiurus 519
Scorzonera 757
*Scorzoneroides* 758
Scrophularia 618
*Scrophularia* 321. 394

*Scutella-*

*Scutellaria* 606
Securidaca 576
*Securidaca* 574
Sedum 392. 781
*Sedum* 189. 391. 399. 400.401. 402. 403. 404. 405. 486. 539. 614
*Sedo affinis* 299
Selagnoides 94
Selago 94
*Selago* 183
Selinum 443
*Selinum* 431
*Sempervivum* 392. 393. 395. 396. 397. 398
*Senacio* 549
Senecio 730
*Senecio* 708. 725. 750
*Serapias* 270. 272. 273. 276
*Seriphium* 550
*Seris* 756. 761
*Sermontanum* 441
*Serpentaria* 178
*Serpentina* 471
*Serpyllifolia* 406. 609
*Serpyllum* 654. 655. 656. 662
*Serratula* 678. 692
*Seſamoides* 184. 315. 317. 375
*Seſamum* 537
Seſeli 430
*Seſeli* 426. 431. 434. 435. 437. 440. 441. 442. 443. 454
*Sferracavallo* 573
Sibbaldia 342
Sideritis 647
*Sideritis* 369. 450. 469. 470 627. 628. 636. 643. 644. 646. 660. 715
*Sideriti congener* 645
*Sigillum mariae* 275. 276
*Sigillum Salomonis* 287. 288
*Silaum* 442
*Silaus* 432
Silene 375
*Silene* 374
*Siler* 423. 441. 442. 443
Silybum 684
*Silybus* 686
Sinapi 553
*Sinapi* 549. 550. 552. 553. 560
*Sion* 528
*Siphonium* 227
Siſymbrium 548. 783
*Siſymbrium* 557. 558. 563. 658
*Siſyrinchium* 293
Sium 435. 783
*Sium* 548. 549. 557
*Smilax* 288. 373. 489
*Smyrnium* 445
*Solanifolia* 456
Solanum 507
*Solanum* 412. 413. 489. 508. 509
*Solatrum* 179. 507
Soldanella 488
Solidago 729
*Solidago* 406. 722. 734. 735. 736. 737
*Solſequium* 761
Sonchus 752
*Sonchus* 754. 755. 757. 759
*Soncho affinis* 759
*Sophia* 550
Sorbus 350
*Sorbus* 353. 354
*Soſandrum* 410
Sparganium 259. 775
*Spartum* 203
*Speculum* 496
*Spergula* 380. 387. 388. 389. 390. 390. 391. 609
Sphaerocephalos 9
Sphagnum 95. 768
*Sphondylium* 447
*Spica Celtica* 665
*Spicant* 132
*Spina acida* 424
*Spina alba* 354. 674. 684
*Spina appendix* 354
*Spina cervalis* 164
*Spina cervina* 163
*Spina infectoria* 164
*Spina ſtella* 689
*Spindelbaum* 432
*Spiraea* 467
Spondylium 447
*Spongia* 5
Squamaria 611
*Squamata* 611
Stachys 646
*Stachys* 646
Staehelinia 624
*Staehelinia* 627
*Staphylaea* 423
Staphylodendron 423
*Stella herba* 185
Stellaria 198
*Stellaria* 185
*Stoebe* 689. 690. 709
*Stoechas* 699
Stramonium 489
*Stratiotes* 129. 202. 301. 487. 714. 715. 716
Struthiopteris 132. 772
*Struthium* 378. 379. 445
Succiſa 671
*Succiſa* 673
*Suillus* 29
*Superba* 382
Symphytum 514
*Symphytum* 516. 517. 633. 636. 637. 729
*Synanchica* 458

T*aeda* 140
Tamariſcus 419
*Tamarix* 419
*Tamarus* 165
Tamnus 165. 773
*Tamus* 165
Tanacetum 693
*Tanacetum* 712 713 714. 715. 716. 720. 721
*Tapſus* 510
Taraxacum 730
*Taraxaconoides* 741
*Tarchon* 712
*Taubneſſeln* 640. 641
Taxus 146
*Telephium* 394. 395
*Tertianaria* 639
*Tertiola* 613
*Terrae glandes* 596
*Teſticulus* 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 272. 274
*Tetragonia* 423
Tetralix 418
*Tetrorchis* 274
*Teucrium* 529. 530. 531. 532. 533. 625. 630. 632. 633. 639
Thalictrum 307. 778
*Thalictrum* 550
*Thalietrum* 308
*Thamaecnemon* 379
*Thelycrania* 463
*Thelygono affinis* 401
*Thelypteris* 133
Theſium 183. 774
*Theſium* 757
*Thlaſpi* 169 538. 540. 541. 543. 544. 545. 546. 547
*Thlaſpidium* 541. 542. 543
*Thora* 327
θυλακιτις 477
Thymelaea 187. 774
*Thymelaea* 187
Thymus 654
*Thymus* 654
*Thyſſelinum* 443
Tilia 357
*Tilia* 167
Tithymalus 189. 774
*Tomentum* 702
*Tora* 312
*Tordylium* 426. 448. 449
*Tormentilla* 185. 339
*Tota bona* 174
Tozzia 609
*Trachelium* 490. 491. 492. 493. 498.
*Tragium* 312
Tragopogon 758
*Tragopogon* 758
*Tragorchis* 264
Tragoſelinum 428. 781
*Tragum* 145
*Tragus* 145. 395
*Treſlon* 578
Τρητορριζα 475
Tribuloides 468
*Tribulus* 202. 468. 578
*Trichomanes* 135. 136
*Tridactylites* 405
*Trifolia arbor* 591
*Trifoliaſtrum* 580. 581. 582. 588
Trifolium 580. 783.
*Trifolium* 321. 342. 364. 487. 571 572. 578. 579. 580. 587. 588. 590
Triglochin 258
Trinitas 320
*Triorchis* 266. 268. 270. 274
*Triphylloides* 586
*Triſſago* 630
Triticum 207
*Triticum* 626
*Trixago* 529. 630
*Trollius* 318

Tuber 14
*Tuber* 24
Tunica 381. 780
*Tunica* 380. 389
Turritis 560
*Turritis* 550. 562
*Tuſſilago* 319. 705. 706. 707. 708. 723. 736
Typha 260. 775
*Typha* 259

*Ulmaria* 346. 347
Ulmus 167. 773
Ulva 242
*Ulva* 1. 62. 125
*Umbilicus Veneris* 400. 402
*Ungula caballina* 708
*Unifolium* 288
Urtica 177
*Urtica* 619. 640. 641. 642. 643. 644. 645
*Utricularia* 612
*Uva criſpa* 346
*Uva marina* 145
*Uva ſpina* 346
*Uva verſa* 412
*Uva urſi* 416
*Uvularia* 490. 491. 492.

*Vaccaria* 379
Vaccinium 413. 781
*Vaccinium* 356. 413
*Valdebona* 444
Valeriana 662
Valerianella 666
*Valerianoides* 665
Veratrum 298. 778
*Veratrum* 317. 439
*Verbaſculum* 483. 484. 613. 692. 734
Verbaſcum 510
*Verbaſcum* 730
Verbena 661
*Verbena* 551. 660. 709
*Verbenaca* 624. 634. 661
*Verbeſina* 709. 710
Veronica 527. 783
*Veronica* 613
*Veſicaria* 508
*Vetonica* 378. 381. 530. 646
Viburnum 467
Vicia 598. 783
*Vicia* 591
*Victorialis* 279. 291. 298
*Vinca* 526
*Vincetoxicum* 478. 525
Viola 500. 783
*Viola* 283. 381. 474. 477. 485. 487. 496. 540. 541. 550. 556. 563. 564. 611
*Viorna* 334. 467
*Virga aurea* 703. 725. 729. 730. 734. 735
*Virga paſtoris* 672
*Virga regia* 616. 617
*Virga ſanguinea* 463
Viſcago 373. 780
*Viſcaria* 374
Viſcum 162
*Vitalba* 334
*Viticella* 334
Vitis 166
*Vitis alba* 506
*Vitis Idaea* 352. 353. 413. 414. 415. 436
*Vitis Idaeae adfinis* 416
*Vitis nigra* 165. 334
*Vitis ſylveſtris* 334. 507
*Volubilis* 173. 488. 489
*Vulgago* 321
Vulneraria 570
*Vulvaria* 175

*Waldmeiſter* 458
*Waldglyſſlin* 743
*Waldſchiben* 400
*Wallwurtz* 614
*Wilderſenf* 556
*Wolfswurtz* 312. 314
*Wollblum* 701

Xanthium 161
Xeranthemum 709
*Xiphion* 279. 281
*Xyloſteon* 464. 465

Zanichellia 198. 774

MVSEVM BRITANNICVM

# ERRATA.

Paucaaddidi, plura, ſed pleraque leviora, ſuperſunt

PRAEF. n. 12. l. 2. & colore *adde* floris.

ib. p. 5. n. 18. *lege* „Neſcio qua fronte BOBARTUS nonnisi 26 ſtirpes a I. BAUHINO inventas &c.

ibid. not. *a* l. 3. pro dicere *lege* diſcere.

ibid. p. 13. l. 1. fe *lege* fere.

ibid. p. 14. l. 14. tolerabiles *lege* tolerabilis.

ibid. p. 17. not. XXXIX. l. 14. 15. pro tere *lege* temere.

p. 31. *lege* animadverſiones.

p. 34. pro III. SEMINIBUS PLANIS ALATIS *lege* SEMINIBUS PLANIS ALATIS.

ib. *pro* PAPILIONACEAE I. DECASTEMONES lineas 16. & 20. *ita lege*
I. DECASTEMONEIS
I. BILOCULARES SEPTO DIVISAE
Aſtragalus T. 12.
II. UNILOCULARES.

p. 54. n. 162. l. 4. poſt. STAEH. Binningae ad ſalices *adde* lecti.

p. 66. cit. n. 22. & 33. MICHEL. Ord. VII. n. 83. *lege* 81.

p. 106. l. 3. *lege* Uniglumi.

p. 108. Polyt. n. 7. l. 2. pro Syn. III. p. 5. *lege* Syn. III. p. 91. n. 5.

p. 135. n. 4. pro I. GESNER. *lege* C. GESNER.

p. 163. & 165. ex rubrica *dele* JULIFERAE.

p. 202. inter ſynonyma Ceratophylli n. 1. l. 1. pro aquatium *lege* aquaticum.

p. 207. in titulis pro I. EX DORSOGLUMAE *lege* EX APICE GLUMAE.

p. 271. ORD. V. *lege* ORD. VI.

p. 282. l. 7. Circus *lege* Crocus.

ib. l. 10. AKETIUS *lege* ARETIUS.

p. 293. pro n. 5. *lege* n. 4

p. 294. l. 51. *lege* triangularia.

a p. 298. ad p. 320. *lege* DICOTYLEDONES.

p. 342. n. 13. l. 15. *pro* nona *lege* nana.

p. 392. in rubrica pro ANACAMPS. ſp. *lege* ANACAMPSEROS T.

p. 400. n. 6. *pro* Geum *lege* Saxifraga.

p. 472. l. 52. *pro* ultimae tres *lege* prima & duae ultimae.

p. 480. in ARETIA 5. l. 1. *dele* T. f.

p. 506. 507. *lege* 508. 509.

p. 535. inter ſynonyma Iſatidis l. 5. Gylaſtum *lege* Glaſtum.

p. 569. Atragaloides l. 2. in titulo, deme nomen LINNAEI, & pone poſt nomen ROYENIANUM in l. 3.

p. 636. l. 36. *pro* verum *lege* veterum.

p. 661. l. 7. *lege* VERBENA foliis laciniatis, ſuperioribus tripartitis.

p. 682. ad n. 10. *adde* aſteriſcum.

p. 687. n. 1. l. 9. *pro* Aretion *lege* Arction.

p. 689. ante CALCITRAPA *adde*
II. CALYCIS SQUAMIS RAMOSIS.

p. 702. l. 24. *pro* Lomentum *lege* Tomentum.

p. 709. Bidens 1. l. 5. Torbeſina *lege* Forbeſina.

p. 712. l. 24. hemiſphaericae *lege* hemiſphaerice.

p. 716. l. 21. arcum *lege* arcem.

p. 721. l. 3. ſupra ultimam, poſt Matricariae adde n. 3.

p. 740. l. 7. & alibi *pro* Aphaea *lege* Aphaca

p. 762. CCLIX. *lege* CCLXIX.